Dissertatio

Juridico-Politica

De

JURE PUBLICO IMPERII ROMANI.

Methodicè Conscripta

A

DANIELE OTTONE

Oringense D. U. J.

Accesserunt notæ à JOHANNE LIMNÆO *in hanc dissertationem scriptæ, cum Verborum & rerum Indice locupletissimo.*

Editio Novissima à Celeberrimo JC:to jam multis in locis aucta.

Cum Gratia & Privilegio Electoris Saxon:

WITTEBERGÆ,
Impensis Hæredum JOHANNIS BERGERI,
Prælò JOHANNIS HAKEN,
Anno M. DC. LIIX

Bibliopola Lectori
B. S. P.

Cum sæpius hactenus à plurimis Amicis Lector benevole exhortaremur, ut propter exemplarium priorum inopiam, dissertationes *Ampliss. Vir. Dni. D. Ottonis de* Jur. Publ. *Imper. Roman. denuò in lucem ederemus; propterea nō lucri turpis, sed illorum & Studiosæ juventutis gratiâ easdem typis iterū imprimi curavimus,* Limnæi notis *post textum semper hoc signo (L.) adpositis, mendisq́; diligenter sublatis; quibus ut ad commodum tuum utaris, & nostras expensas boni æquiq; consulas, per amicè & officiosè rogamus. Vale.*

Dabamus Wittebergæ
die 30. Septembris
Anno 1657.

7
3-15.

Hæred. Joh. Bergeri.

Illuſtribus & Generoſiſſ.
Dnn.

DN. LUDOVICO
EBERHARDO,
DN. PHILIPPO
HEINRICO,
DN. GEORGIO
FRIDERICO,
Fratribus Germanis,
Comitibus ab Hoenloe, ac Dominis in Langenburg,

Dominis meis Clementiſſ.

S. P.

ANnus jam labitur decimus, *Illuſtres & Generoſiſſ Comites, Domini Clementes*, quò ad Scholas publicas, tanquam ad uberiorem mercaturam bonarum artium à parentibus ſum miſſus, ubi cum totum Philoſophiæ curſum abſolviſſem, ad Jurispruden-

tiam,divinarum atq; humanarum rerũ ſcientiam,animum adjeci,quo in ſtudio ita mihi verſandũ putavi,ut privatis publica conjungerem, ſecutus præſcriptũ Imperatorum ac veterum Romanorum, qui,licet juris privati tanquã frequẽtioris,magisq́;in uſu poſiti,fuerint ſtudioſiores; de jure tamẽ publico multa quoq; ſcripta reliquerũt,veluti tituli in D.& C. d rebus ſa cris, Sacerdotibus & Magiſtratibus clariſſimè demonſtrant. Etſi autem utrumq́; hoc jus & privatum & publicum omni in Repub. eſt utilisſimum, maximeq́ue neceſſarium, hoc tamen quod circa Reip. ſtatum occupatur, à Conſiliariis, Senatoribus, iisq́; omnibus, ſuam aliquando qui operam Reip. navare cogitant, inprimis addiſcendum eſt;ſiquidem in conſiliis dandis non quæritur, quid Reip. ſit faciendum, ſed quid huic vel illi Reip. ſit faciendum. Non igitur generalisſima illa, de Rerumpub. origine, formis, incremento & decremento, de fœderibus, de belli indicendi conſcribendivè exercitus more & jure, & conſimilibus, cognitio ſufficit, ſed horum omninò omnium ſpecialem hæc & illa Reſpub. requirit. Specialia

autem

autem juris publici Romani (de quo præsens dissertatio instituta est,) capita, sunt de Imperatore, de Rege Rom. de vicariis Imperij, de Electorum origine, potestate, præeminentia aliorumq́; Principum, Comitum, Baronum dignitate & successione, item de Civitatibus imperialibus, & Nobilibus, de Comitiis imperij, Circulorū & Deputatorum, aliisq́; conventibus publicis, de Regalibus, confraternitatibus & & id genus aliis ad statum publicum pertinentibus materiis; quæ cum doctissimorum virorū cōmentariis feliciter, & nervosè sint explicatæ, periculosū semper existimavi, iis aliquid addere. Veruntamen quia illorum scriptis legitimam methodum deesse vidi, speravi me rem non ingratam vel inutilem studiosæ juventuti facturum esse, si ordinem iis adderem, quò difficile jurispublici studium & facilius redderem, & tautologiis, quibus juvenum ingenia miserè divexantur, purgarem. Idque eò libetius feci, quia putavi, hoc meo conamime, alios instimulari posse, ut cogitarent imposterum de modo, per quem studiosi Adolescentes ad scientiam juris publici absq́; laborum inutilium molestiis

possent deduci. Feci non quod volui, sed quod potui. Animus quidem erat singula accuratius disponere quod tamen hac vice fieri non potuit, cùm propter materiam specialissimam, quæ difficulter se præceptis includi patitur; tum propter temporis angustiam, & negotiorum multitudinē quæ vel revidendi facultatem mihi denegavit. Nemo igitur bonorum (malos quis curet?) mihi vitio dabit, si fortè non limata satis hæc, quæ ingenij exercendi gratiâ, & ob bonum publicum aliis communico, deprehendet; qui cogitaverit, voluntatem quandoque sine re laudem mereri. Tractatum non composui, sed dissertationem & disputationem, quam aliquando, si mens sana permanserit in corpore sano, plenius & majori diligentiâ persequi constitui.

Quod superest, *Illustres ac Generosissimi Comites, Domini mei clementes*, has meas lucubrationes illustri inclytoque sub nomine vestro lucem aspicere, inque aliorū pervenire manus passus sui; partim ut meam erga V. V. V. Generositates subjectionem, grati animi studium, ac perpetuam observantiam testatam facerem;

par-

partim verò ut ab obtrectatione, morsuq; invidorum & Zoilorum, qui sibi soli sapere videntur, sint immunes.

Vestras illustres Generositates submissè, ut decet, & humiliter oro atq; obtestor, ut literarium hoc munusculum serenâ & benignâ fronte accipiant, meq; solitâ gratiâ & bonitate prosequi pergant.

Deus Opt. Max. Vestras Generositates cum tota Hoenloica familia Ecclesiæ & Reipub. salvas & incolumes quàm diutissimè conservet, protegat, tueatur. Dabam Jenæ 4. Novèmb. Anni 1616.

V. V. V.

Generositatum

Humillimus

Cliens

M. Daniel Otto, Facultatis Philosophicæ in Illustri Salanâ p.t. Decanus.

MEO

D. M. OTTONI

Facult. Philoſ. De-
cano.

Publica jura docent pauci, quæ cauſa? requiris:
Ignorant multi publica jura Viri.
Ex paucis unus calles, doctiſſime, cultis
divulgasq; typis publica jura Viris.
Quid referent Patres? Laudes nummosq; ſuperbos,
Sic benè qui tractat publica publica alant.

JENÆ

M. Th. Sagittarius,
Prof. Publ.

NEſcio quæ mortale gen[illegible] dementia cœpit,
Ut ſibi victorum nomẽ in orbe velint:
Quærere, Fortunæ per fata, & cœtera facta
Quæ brevis ædificat, perbrevis hora rapit.

Hinc

Hinc cernas ſtruere hunc duro de marmore ſigna,
Quæ referant vultus ære notata ſuos.
Illum aſt æternā molē (ſic fingit) in imis
Ponere viſceribꝰ, vivat ut inde ſuper;
Tertium, inextinctum ad ſeros transferre nepotes
Nomē velle, aliquo ſplendidiore luto.
Omnia vētoſa ſed ſunt hæc omnia nugæ
Quas cū Autore ſuo deſtruit una dies.
In cineresq; leves ſolvit, poſt totq; labores
Et curas linquens nil niſi triſte FUIT.
Sola manet Genii ingenui vis im̄ortalis,
Æternūq; parat nomē ab arte decus:
Quod non ignis edax, non invidioſa vetuſtas
Diruit, aut perdit vis inimica mali.
Scilicet hanc vives, VIR præſtantiſſime, vitam,
Neſcia quæ Fati eſt, interitusq; ſui.
Sic longæva Themis Tibi ſpondet, lumine natum
Quæ placido excepit, dein benè Te excoluit.
Atq; recens (veterum præclara exorſa laborum
Non repetam, eulogio haud deſtituē-(da ſuo.)

Quod prodit dias monumentum in luminis oras
Confirmat, magnæ laudis & artis opus.
Crede mihi (nec ero hæc dicens tibi vanq Aruſpex!)
Publica poſt curam hanc fama parata tibi eſt;
Quæ nomenq; decusq; tuum ſuper ardua tollet.
Sydera ut hinc tandem præmia digna feras.

Chriſtophorus Sigismundus
Donaverus Ratisp.

PRimus es hâc methodo qui das JUS PUBLICUM in oras
Æthereas, Primus qui mihi JURIS iter
Monſtraſti; Tibi Primitias dent Cæteri honorum,
Primitias laudum grati animiq; dabo.

Georgius Gumpelzhaimer
Lynz. Auſtrius.

VIRO

VIRO AMPLISSIMO,

Domino

JOHANNI WENCKERO,

Favitori meo.

S.

Q*Vemadmodum utilitatis publicæ causa, præsidis religiosa constantia, Amplissime Wenckere, efficere debet* (*monitore Ulpiano* in l. 10. ff. de incend. ruina naufrag.) *ne piscatores nocte lumine ostenso fallant navigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoq; in periculum naves, & qui in eis sunt deducant: Ita etiam, eodem respectu illi qui utilitatis publicæ præsidium tenent, summa constantia in id incũbere debẽt, ne studiosa juvẽtus, quæ nocte ætatis obruta vivit, lumine aliquo erratico ostenso in avia syrtes, aut alia deducatur diverticula. Quoniã enim juvẽtus præcipuus*

Reipu-

Reipublicæ thesaurus est, proinde summa & cura & diligentia educari debet. In educatione verò, ingenij cultura supremum locum obtinet, ut multum referat quibus artibus, quibusve scientiis juventus imbuatur, quosve vel vivos, vel mortuos præceptores habeat. Etenim si quid mali, si quid falsi, si quid inepti, tenera ista ætas hauserit, postquam cœno, ut proverbium habet, pura aqua semel turbata est, nunquam invenies potum. Si privatum hoc foret malum, tolerabilius fortassis; at cum Rempub. ipsam haut rarò inficiat, inde periculosissimum meritò æstimabitur. Magnus ille JCtus Cujacius, solitus fuit dicere, parem se censere culpam ejus, qui unum juris auditorem deciperet, & illius qui totam Rempublicam proderet: sæpè enim contingere, ut qui falsa in scholis opinione imbueretur, idem ipse Reipul. gubernacula susciperet. Et hoc quidem Cujacius de sua professionis terminis. Beatus autem Lutherus, Tom. 2. Jenensi pag. 462. *ad genus totum hoc revocat, nec minus eum qui Scholarem negligit, peccare affirmat quam qui vitiat virginem. Non diffiteor animum distinguere delicta; ac proinde mitius cum illo agendum censeo, qui imbecillitate humana de-*

na deceptus falſa pro veris juventuti obtrudit; ſeverius autem cum cæteris, quorum conatus alius non eſt, quam fallere falſimonia. Verum cum & priores iſti noceant, licet citra affectum nocendi, quilibet, cui ſalus publica curæ eſt, illorum errores ſi novit, detegere, atq; juventutem ad regiam veri viam revocare debet. Hoc hactenus in omnibus ferè ſcientiis à quamplurimis tentatum, inæquali licet diligentia. Nemini ego in hoc ſtadio deſudanti, ſuam invideo laudem; mavelim tamen pleroſq; ſepoſitis ſcommatibus, atq; injuriis, utilitati publicæ inſerviiſſe. Non Dii fuerunt iſti, quorum errores notarunt, ſed homines, à quibus nihil humani alienum. Viatores à regia via ab errantes, ad ſemitam, non convitiis revocamus, ſed humanitate: idem planè & hac in literarum peregrinatione obſervandum fuerat, Et hoc quidem in præſentiarum ego obſervavi, quando in Domini Danielis Ottonis, amici olim mei, diſſertationem de jure publico, plurimis erroribus gravidam, notas ſcripſi, atq; in uſum ſtudioſæ juventutis brevibus monſtratum dedi lineis, quantum hic diſtent æra lupinis. Cæterum Tibi, ampliſſime Wenckere, notas has conſecrare volui, ſed & debui.

Volui

Volui, quia noui Te juris publici studio non indelectari: debui, quia tanta hactenus Tua in me benevolentia fuit, ut tribuendi promptitudine audaciam petentis longissimè superaveris. Levidense quidem, quod offero, munus est, sed Tibi non ingratum futurum, si eo apud Te loco fuerit, quo esse solent, quæ ab optima voluntate proficiscuntur. Scriptum argentinæ, Calendis Decembris, M. DC. XXVIII.

Amplit. tuæ.

addict.

JOHANNES LYMNÆUS.

Lectori

Lectori Benevolo.

ANTE aliquot annos Jenæ, amicus meus DANIEL OTTO, postea juris utriusq; Doctor, dissertationem de jure publico Imperij Romani scripsit, atque commun. exposuit luci. Avidè, quia methodus nova erat, à quam plurimis accepta fuit, & à me quoque tum temporis. Verùm ut primum eam aliis explicare sustinui, quam antea sanam æstimaveram, continua febri laborare deprehendi. Medicum hucusque expectavi, vel ipsum etiam autorem, sed nullus apparuit, malum in hecticam ivit. Incautior tamen ætas, ignara vitij, hanc hactenus familiari studio excipere perrexit. Ego contagionem veritus, hanc Κακεξίαν notam esse, & oportere & expedire duxi. Meum hoc, Lectores benevoli, si vobis placuerit studium, Valete & plaudite.

CLARISSIMO VIRO

DN. JOHANNI LIMNÆO,

Notas & Animadversiones

IN

DANIELIS OTTONIS J.U.D.

Jus Publicum publicè edenti.

Iustinianæi Cultores Codicis, Euge
Limnæo *applaudant; qui meditatus Opus*
Evulgat mundo, sublato errore vetusto,
Ottonis *purgat* Publica Jura *bene:*
Nec patrocinium sibi prisci sumit iniqui-
Ne mœstæ doctis inde bibantur aquæ
Atq; emendato dat Jura volumine, in illo
Imperii Rerum tota medulla latet.
Hoc sæpè expetiit Legum studiosa Juventus,
Qui glaciẽ frangat monstret iterq; prior,
Ergò quod referet Limnæo *Docta Caterva?*
Gratas cum magno fœnore laudis aget.

Dn. Fautori suo singulari
Honoris debiti ergò
scripsit

ABRAHAMUS Röderer,
Argent,

IURIS PUBLICI
CAPUT I.
In quo continentur
PROLEGOMENA.
De IV. Monarchiis in genere.
In nomine Domini nostri Jesu Christi, ad omnia consilia, omnesque actus feliciter progredimur.
l.2. in pr. C. de offic. Praet. Afric.

IMperiū definio (a) legitimam (b) in subditos imperandi potestatem. (c)

a) *Omnis* quę de re aliqua suscipitur disputatio à definitione debet incipere, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Cic. 1. *offic. & 2. de fin.* Mynſ. *ad pr. Inst.*

A *de*

de just. & jur. n. 5. Bald. *in proœm. Feud. n.* 8. Cagnol. *in l. omnis definitio. 202. de R. J.* Æmil. Ferret. *in l. 1. num. 14. D. de reb. cred.* Kirch. *l. 1 de legat. cap* 1. *n.* 1. Est enim potissima illa cujusq; rei pars, de qua Caj9 *in l. 1. de Orig. jur* imò fax & anima totius tractationis, quâ rectius perceptâ totum rectius percipitur negotium. Dn. Calvin. *de jurisdict. pag.* (*mihi*) 401. (*b*) Legitima est, quæ subditorum respicit utilitatem. Aut. disp. *de jur. principat. concl.* 2. *lit. a.* Ut enim tutela, sic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda. Cic. 1. *Offic.* Rex eligitur, non ut sese curet molliter, sed ut per ipsum ii, qui elegerunt, bene beateque vivant. Xenophon. *in memor. Socr. lib.* 3. Ut gubernatori cursus secundus, medico salus, Imperatori victoria: Sic moderatori Reipub. beata Civium vita proposita est, ut opibus firma, gloria ampla, virtute honesta sit Respub. *Salus enim populi suprema lex esse debet.* Hinc Claudian. *ad Imperator. Honoriũ:*

Tu Civẽ patremq; geras, tu consule cunctis,
Non tibi, nec tua te moveant, sed publica damna.

Quod

Quod bene intellexit Hadrianus Imperat. qui de Dione & Spartiano dixisse dicitur: se sic gesturum principatum, ut sciret rem populi esse, non suam. (c) Omnis potestas à DEO, omnis potestatis fonte uberrimo primitùs promanat, ac deinceps semper dependet; sed vel mediatè vel immediatè. vid. Dn. Calvin. *in tract. de jurisdict. pag.* 226. *& seq.* Atque hujus potestatis tanta est vis & necessitas, ut ea una fulcrum sit rerum humanarum, sine qua nec domus ulla, nec civitas nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest Cic. *3. de leg.* Nihil hic dicam de ortu rerumpub. de quo multi multa scripsêre. Cic. 1. *&* 2. *de Natur. Deor.* Patric. *lib. 1. de regno cap.* 11. Bodin. 1. *de Rep. c.* 6. *&* 4. *c.* 1 Lamb. Danæ. *lib.* 1. *Polit. Christ.* Keckerm. *in praecogn.* Polit. Schonb. *lib.* 1. *Polit. cap.* 4. Hoc saltem quæro: *An in statu innocentiæ aliqua politia fuisset?* Quod affirm. Sicuti enim ante lapsũ fuisset aliquod caput familię, sive aliquis paterfamilias, ita quoq; futurũ fuisset aliquod regimẽ politicũ, licet modꝰ regẽdi planè diversus futurꝰ fuisset ab eo, qui nunc est. Q.

Keckerm.*in præcogn.Polit.pag.* 12. *& disp. pract.*29.*q.*3 Buchan.*in dialog.de jur regn. apud Scotos.non procul à princip.* Thom. Aquin.*part.*1.*summæ quæst.*9.*art.*3. & 4. Scotus *in lib.*4.*sent.* Lombard. *dist.* 15. *quæst.*2. P. Gregor. *lib.*1. *de Repub.cap.*2. Danæ.*d.lib.*1.*Polit.Christ.cap.*4.Clar.Dn. Collega M. Heider. *in prælect. Pol. c.* 1. Velsth.*in quæst.Pol.dec.*8.*q.*1.*in fin.*Jacob. Arminius *disp.*21.*p.*267.

Sunt autem summa imperia sive Monarchiæ (a) quatuor: 1. *Assariacũ, seu Chaldæorum, sive Babylonicum.* 2. *Persicum.* 3. *Græcum sive Macedonicum,* & 4. *Romanum.* (b)

(a) Licet juxta vocabuli naturam omnia regna, principatus, Episcopatus, & Comitatus rectè Monarchiæ (*L*) nomine appellari possint: Usus tamẽ obtinuit, ut quatuor illa duntaxat Catholica & summa in mundo imperia, quæ à Deo per Danielem *cap.*2.& 7.prædicta sunt, Monarchiarum nomine solùm censeantur. Dn.Elias Reusnerus *in Isagog. hist. pag.*172. (b) P. de Andlo *lib.* 1. *de Imperio Romano cap.* 5. Johan.Schleid.*de IV. Monarch.* Philipp. Nico-

Nicolai *de regno Christi lib.1.cap.6.* Suidas *in historico opere, verbo* ... Dionys. Halicarnass. *lib.1.proœm.* Matth. Dress. *in Orat. de 4. Monarchiis*, Cluten. *in Syllog. rerum quotid. lib.2. lit. b.* Quæ per quatuor illas bestias, quas per somniũ Daniel *cap 7.* vidit ex Oceano prodire, Leonem, qui denotat regnum Asiæ, ursum per quem significatur regnum Persicum, Pantheram, quæ est Alexandri Magni seu Græcorum imperiũ, & quartam innominatam, terrificam & horrendam aspectu, quæ est Imperium Romanum, adumbratur. Phil. Nicolai *d. c.* 6. Joh. Schleid. *d. lo.* Joh. Calvin. *ad Daniel.2.* Bened. Pererius *lib. 2. in Daniel. 9.* Tholos. *lib.6. de Rep. c.* 13. *Sect.* 24. Grawerdenberg. *in lib. sing. de dignitate histor. propheticæ. Diss.* Joh. Piscat *in edit. Bibl. in not. ad d. cap. 2. Daniel.* Amandus Polanus *in comment. super Danielem cap. 2. in vers.* 40. qui per quatuor illa animalia intelligunt, 1. Babilonios. 2. Persas. 3. Alexandrum Magnũ. 4. Alexandri successores decem usque ad Antiochum Epiphanẽ *Diss.* aliter Joh. Bodinus *in meth. histor. cap. 7. & lib. 4. de Rep. cap. 2.* & Matth. Beroald. qui Judaizantes per quatuor ani-

malia intelligunt Medos, Persas, Græcos, Parthos, quatenus Babylonem subegerint.

(a) *Verùm id non satis probè dicere videtur; quia non ubiq; unus, in hoc vel illo principatu solus imperat; & sequeretur, etiam principatus Aristocraticos monarchias rectè dici posse, quod manifestam contradictionem ingerit.*

Primum igitur imperium est Assyriacum cujus alæ duæ, quas illi Daniel d. cap. 2. *tribuit, sunt duo veluti membra illius imperii, Babylonia, & Assyria.*

Primus Rex Assyriorum fuit Nimrod. qui Urbem Babel cœpit ędificare, in eâque turrim summę altitudinis, *Genes.* 15. *cap* quæ turris ab Hieronymo *in cap.* 14. *Esaia* appellatur arx, seu Capitolium, in Urbe Babylone. In cujus ædificatione 40. annos consumptos scribit Michael Glycas. Atque historia Poetis occasionem dedisse videtur, fingendi fabulam de Gigantibus, qui congestis altissimis montibus cœlum oppugnare conati sunt. Dicitur autem Nimrod tyrannide & potestatem dominandi

nandi invites adhibuisse, armis in finitimos & alios posteros illatis. Unde omnia imperia vi primum cœpisse dicit Bodin. *lib.2.de Republ.cap.6.& lib.4. cap. 1.* quem notat Schonborn. *lib.1.Polit.c.4.* Qui eam ob causam in Sacris literis robustus venator, *Genes.10.* & 1. *Paralip.5.* id est, hominum oppressor & extinctor appellatur. Nam hoc loquendi genus apud Hebræos latronem significare, testatur *Psalm. 91. vers.3. ibi. a laqueo venatoris, atq; peste exitiali te liberabis.* Ut etiam Aristoteles latrocinium, seu λῃστείαν posuit inter genera Venationis. Alij Saturnum vocant, & ejus milites Gigantes Beros. *lib* 5. Belum autem Chaldaicæ gentis Principem, qui patri Nimrodo regnum Babyloniæ abstulit, Jovem. Inde nata fabula de bello Jovis contra Patrem Saturnum & Tytanes. Incepit hęc Monarchia anno 1789. duravit annos 646. De qua Monarchia scripserunt Biblia, Berosus, Manetho, Diod. Siculq. Herodotus, Justinus, Chron. Eusebii. Cęterùm dictum jam antea per leonem denotari imperium Babylonicum, inter quę duo elegantissimam atque doctissimam comparationē instituit Clariss.

tiff. Dn. Elias Reusnerus *in Isagoge hist. pag.178.* quam integram apponere placuit. PRIMA MONARCHIA (ait ille) nempe ASSYRIACA sive BABYLONICA, à Deo CAPITI assimilatur AUREO & LEONI ALIS AQUILINIS ORNATO. Quemadmodum enim aurum, ex omnibus metallis præstantissimum reliqua omnia colore, splendore, virtute superat: ipsum autem *Caput* arcis instar in homine consistit, in quo lucet sapientia, & quemadmodum Leo animalium omnium nobilissimum ac fortissimum, inter bestias quasi Rex terribilis cum majestate quadam incedit: & ipsa *Aquila* nec senio nec languore cõsumitur: ita quoq; hæc Monarchia divitiis, splendore, virtute, magnificentia, majestate, potentia, sapientia, clementia & diuturnitate reliquis longè antecelluit. Hujus initia jecit *Nimrodus*, robustus ille coram Domino Venator, hoc est Bellator: qui memor gladii, divinitus *Noa* abavo suo concessi, reprobos & contumaces pœnis coercendos, & idcirco regnum aliquod constituendum existimans: *Cerebro, in quo judicium, ratiocinatio, memoria*

Caput Aureum.

Cerebrum.

con-

continentie, non incommode assimilari potest: sicuti filius ejus BELUS, cujus gubernatio felix & minùs truculenta fuit, *pia matri*: nepos verò NINUS cum uxore Semiramide, quod durius exercuerint imperium, *dura matri*: NINIAS pronepos *cranèo*; *in quo futura multa* denotât ejus Eunuchos & mulieres, à quibus dimoveri non potuit: abnepos tandè ARALIUS ob mollitudinem, delicias & voluptates *ipsi carni hujus capitis*. Sic reliqui XXXII. Monarchiæ hujus gubernatores non incongruè comparantur *cuti*, *è qua aurei crines enascuntur*: qvòd pleriq; salutares extiterint Reges: quorum tamen postremus SARDANAPALUS non absimilis fuit *pigmento ex vitro formato*, quo aurum interdum exornatur ab artificibus, ut nativum rei præsentate colorem imbuat: vel *Fronti & elatæ & muliebri fuco expalitæ*: quippe qui non solùm muliere quavis corruptior, inter Eunuchos & scortorum greges desidens, lanam & colum tractabat: Sed & stultissimus cum esset, nihilominus tamen celsus Princeps & Dominus audiri voluit. Hujus infamem vitam *audiens* PHUL-

Pia mater.

Dura mater.

Craneum.

Caro capitis.

Cutis.

Frons.

Auditus. BELOCHUS (unde & *auditui* comparatur) cum Arbace Medo in effœminati Reges necem conjuravit: quo extincto collegæ Arbaci Mediâ relictâ, Assyriorum Monarchiam occupavit. Sic ergò distractio regni non incongruè *divisioni cranei, ut & alis aquilinis*, comparatur. Idem quoq; intestinis Israeliticorũ Regum discordiis invitatus, cum copiis eò advolavit: cujus terræ bonitatem ac fertilitatem *videns* ejus filius PHULASSAR (*visus* idcircò comparandus) *Visus.* tribu Nepthalensi in Assyriam abductâ, Galilæam bello acquisivit. Hujus prædę paternę *gustum* percepit quoq; SALMANASSAR: ideò per triennium *obsessa* & *Gustus.* tandem captâ *Samariâ*, totum Israelis regnum delevit: & abductis decem tribubus, in sedes earum novos colonos ex Asia & Persia deduxit. Sed & SENNACHERIB (*olfactui* comparandus) suavé *Olfactus.* quidem odorem de occupandâ Judeâ percepit: verùm horrendus admodum & intolerabilis fœtor nares ejus prestrinxit, cum unâ nocte 185000. hominum, ab Angelo in castris ad Hierosolymam prostrata, amisisset: qua ex clade ac fœtore tanta ipsi oboritur

citur vertigo, ut ignobili fuga in Assyriam trepidus repedaret: ubi à propriis filiis necatur. ASSARHADDONEM hujus filium, fratris armis oppugnatum, *tetigit* quoq; MERODACHUS ex alia stirpe oriundus: qui regno eum pepulit: *tractui* ideircò comparandus. BENMERODACH *mandibulæ* assimilari potest *superiori*: *inferiori* verò NABUCHODONOSORI, quorū ille Manassem prædatoriis copiis vexatum, vivum intercepit: hîc Neronem Regem Ægypti comminuit, dentibusq;, hoc est, potentiâ suâ, Phraorté Medorum Regem cum omnibus suis copiis contrivit. NABUCHODONOSOREM magnum Daniel ipsemet CAPUT AUREUM vocat: quod non solùm præ cæteris Regibus Babylonicis potentia & clemétia excelluerit: Sed & *Proteo* mutabilior fuerit: quippe qui ex Idololatra à Daniele ad veram veri DEI agnitionem perductus, *linguâ* sua Deum celebrat: seductus exinde *mentis* suæ *ratione*, DEUM in statua aurea coli vult: tandem ad res feliciter gestas, & regnum constitutum, superbia quoque elatus, ad mentis insaniam redigitur.

Mandibula.

Caput aureum.

Vultus.

Linguâ.

Ratio.

Qua

Qua de causa alæ quoq; *aquilinæ* ipsi attribuuntur: quod res maximas miranda confecerit celeritate: quæ ipsi demum rerum successibus elato ac superbienti evulsæ sunt: cum in furorē verso erepta est regni utriusq;, Assyriaci & Babylonici, administratio: adeò ut è cōtubernio hominum profligatus, in *Sylvis* inter feras vitam degere cogeretur: donec tandem ex immensa DEI misericordia COR HOMINIS, hoc est, mentis sanitatē, *recepit*: Seriaq; pœnitentia se ad DEUM iterum convertit. Hujus filius EVILMERODACH, verum DEI cultum à patre acceptum retinens, *mens est sibi conscia recti*. REGASSAR & LABASSARDACH *barbæ circa mentum vel superciliorum* sunt similes, quę à Cyro abraduntur: sicuti BELSAZAR *gulæ* rectissimè comparatur, quę *aut anginâ* perit, aut divinitus *strangulatur*; dum blasphemus & temulentus, cum Aulicis suis potans, Babylone a Cyro captâ, confoditur.

Mens. *Barba.* *Gula.*

Hactenus Reusner.

Alte-

Alterum est Persicum.

DE Persarum de nominatione & origine sic scribit Herod. *lib.6.* Vocabantur quondam Persę à Græcis Cephenes, à se verò ipsis atque incolis Artęi. Verum posteaquam Perseus Danaes & Jovis filius ad Cepheum Beli filium cómeavit, & Andromedam ejus filium uxorem duxit, tulit ex ea filium, quē Persen appellavit, eúq; illic reliquit, à quo (nam Cepheus carebat virili prole (cognomen Persę sortiti sunt. Horum imperium cœpit anno mundi 3435. secundum Reusnerum, quo tempore Cyrus, adempto Medis Lydisq; imperio, primò id in Persiam intulit, eamq; florentiss. & potēntiss. reddidit, stetit an. 207. De Regū Persarum constitutione corporis vid. Curt. *lib.* 5. de eorundem doctrina sive eruditione Cic. *lib.1.de divin.* ubi dicit; Nemo persarum Rex esse potuit, qui nō ante Magorum disciplinam scientiamque perceperat De studio Venandi Herod. *lib* 1. cui studiosè operam dabant, ita ut legibus interdictum fuerit, sagittam in feras contorquere, prius quam Rex primam emiserit. Itaque

cum

cum aliquando Regem Artaxerxē inter venandum Leo adortus esset, eumque Megabyzus in pedes se se adversus regē erigentem jaculo occidisset, indignatus Rex, eum decollari jussit, quòd feram cedere occupasset, antequā ipse telum in eam misisset. *Simile* exemplum ex Petro Bezaro *histor.rer.Persi.lib.* 7. de Basilio Rege refert Keckerm. *in disp. extraord.de Monarch.Pers.aphorism*.5. De religione & pietate Persarum Strabo. Herodot. Justin. Cic. 11. *de legib.* qui Magos (de quibus vid. Ammon. Marcellin. *lib*.23. Agathiam *lib*.2. Cic.1.*Tuscul.* Laert. *in proœm.lib.de vit.Philosoph.* Brisson.*l.2.* Apulejum *Apolog.1.*) summo in precio ac honore habuerunt, nihilque ratum firmumq; habuerunt, quod non horū consiliis & authoritate comprobaretur. Keckerm.*in d.disput.* Plura de Persis scripserunt *Xenophon* Orosius; Plutarchus, Keckerm.*in d.disp.de Monarch.Pers.* & alii, quos refert Keckerm.*in lib. de nat. & propr.hist.in fin.* quę ad hunc locum à diligentibus facilè referri possunt. Atque hæc secunda Monarchia apud Daniel *cap.* 2. designatur per PECTUS ARGENTEUM quia ut pectus (pla-

cet

tet iterum adſcribere verba Dn. Elię Reuſneri,quę habentur *in Iſagog.biſtor. pag.204.)* duo habet brachia: ita hæc ab initio fuit duplex, conſtans nimirũ ex Medis & Perſis. Et ſicut argentum vilius eſt auro: ita quoq; hoc regnum minus, hoc eſt inferius fuit primo, quod ad robur, divitias, virtutem & durationem: quippe quod annos duravit duntaxat CCVII. Hoc tamen non ita accipiendum eſt, quaſi non ſatis roboris ipſi fuerit ad monarchiam. Quantum enim ejus potentia in omnes mundi plagas patuerit; ſatis manifeſtum eſt ex altera illa Danielis cap. 8. viſione: ubi Propheta ſe vidiſſe aſſerit ARIETEM CORNIBUS IMPETENTEM BESTIAS hoc eſt ſingularia regna & imperia, *contra Aquilonem,* AUSTRUM, *& occidentem: et nullam ipſi reſiſtere potuiſſe.* Ubi per ARIETIS CORNUA, ipſo Angelo interprete, Perſarum & Medorum intelligitur imperium: quod ex oriente caſtra & ſceptra movit ad ſeptentrionem, meridiem, & occaſum, usque ad ipſum ma-[illegible] Nam præterquam, quod Perſę imperium tandem ſuum in loca quoq;

Septen-

malia intelligunt Medos, Persas, Græcos, Parthos, quatenus Babylonem subegerint.

(a) *Verùm id non satis probè dicere videtur; quia non ubiq; unus, in hoc vel illo principatu solus imperat; & sequeretur, etiam principatus Aristocraticos monarchias rectè dici posse, quod manifestam contradictionem ingerit.*

Primum igitur imperium est Assyriacum cujus alæ duæ, quas illi Daniel d.cap.2.*tribuit, sunt duo veluti membra illius imperii, Babylonia, & Assyria.*

Primus Rex Assyriorum fuit Nimrod. qui Urbem Babel cœpit ędificare, in eâque turrim summę altitudinis, *Genes.*15. *cap* quæ turris ab Hieronymo *in cap.*14. *Esaia* appellatur arx, seu Capitolium, in Urbe Babylone. In cujus ædificatione 40 annos consumptos scribit Michael Glycas. Atque historia Poetis occasionem dedisse videtur, fingendi fabulam de Gigantibus, qui congestis altissimis montibus cœlum oppugnare conati sunt. Dicitur autem Nimrod tyrannidē & potestatem domi-

nandi

nandi invitos adhibuisse, armis in finitimos & alios posteros iliatis. Unde omnia imperia vi primum cæpisse dicit Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 6. & lib. 4. cap. 1.* quem notat Schonborn. *lib. 1. Polit. c. 4.* Qui eam ob causam in Sacris literis robustus venator, *Genes. 10. & 1. Paralip. 5.* id est, hominum oppressor & extinctor appellatur. Nam hoc loquendi genus apud Hebræos latronem significare, testatur *Psalm. 91. vers. 3. ibi. à laqueo venatorū, atq; peste exitiali te liberabis.* Ut etiam Aristoteles latrocinium, seu λῃστείαν posuit inter genera Venationis. Alii Saturnum vocant, & ejus milites Gigantes Berosi. *lib 5.* Belum autem Chaldaicæ gentis Principem, qui patri Nimrodo regnum Babyloniæ abstulit, Jovem. Inde nata fabula de bello Jovis contra Patrem Saturnum & Tytanes. Incepit hæc Monarchia anno 1789. duravit annos 646. De qua Monarchia scripserunt Biblia, Berosus, Manetho, Diod. Siculq. Herodotus, Justinus, Chron. Eusebii. Ceterùm dictum jam antea per leonem denotari imperium Babylonicum, interque duo elegantissimam atque doctissimam comparationē instituit Cla-

tiss. Dn. Elias Reusnerus *in Isagoge hist. pag.178.* quam integram apponere placuit. PRIMA MONARCHIA (ait ille) nempe ASSYRIACA sive BABYLONICA, à Deo CAPITI assimilatur AUREO & LEONI ALIS AQUILINIS ORNATO. Quemadmodum enim aurum, ex omnibus metallis præstantissimum reliqua omnia colore, splendore, virtute superat: ipsum autem *Caput* arcis instar in homine consistit, in quo lucet sapientia, & quemadmodum Leo animalium omnium nobilissimum ac fortissimum, inter bestias quasi Rex terribilis cum majestate quadam incedit: & ipsa *Aquila* nec senio nec languore cōsumitur: ita quoq; hæc Monarchia divitiis, splendore, virtute, magnificentia, majestate, potentia, sapientia, clementia & diuturnitate reliquis longè antecelluit. Hujus initia jecit *Nimrodus*, robustus ille coram Domino Venator, hoc est Bellator: qui memor gladii, divinitus *Noæ* abavo suo concessi, reprobos & contumaces pœnis coercendos, & idcirco regnum aliquod constituendum existimans; *Cerebro, in quo judicium, ratiocinatio, memoria*

Caput Aureum.

Cerebrum.

con-

continentur, non incommodè assimilari potest: sicuti filius ejus BELUS, cujus gubernatio felix & minùs truculenta fuit, *pia matri*: nepos verò NINUS cum uxore Semiramide, quod durius exercuerint imperium, *dura matri*: NINIAS pronepos *craneo*; *in quo futura multa* denotāt ejus Eunuchos & mulieres, à quibus dimoveri non potuit: abnepos tandē ARALIUS ob mollitudinem, delicias & voluptates *ipsi carni hujus capitis*. Sic reliqui XXXII. Monarchiæ hujus gubernatores non incongruè comparantur *cuti*, *è qua aurei crines enascuntur*: qvòd pleriq; salutares extiterint Reges: quorum tamen postremus SARDANAPALUS non absimilis fuit *pigmento ex vitro formato*, quo aurum interdum exornatur ab artificibus, ut nativum rei præsentate colorem, imbuat: vel *Fronti & elatæ & muliebri fuco expalitæ*: quippe qui non solùm muliere quavis corruptior, inter Eunuchos & scortorum greges desidens, lanam & colum tractabat: Sed & stultissimus cum esset, nihilominus tamen celsus Princeps & Dominus audiri voluit. Hujus infamiam vitam *audiens* PHUL-

Pia matri.

Dura mater.

Craneum.

Caro capitis.

Cutis.

Frons.

Auditus. BELOCHUS (unde & *auditui* comparatur) cum Arbace Medo in effœminati Reges necem conjuravit: quo extincto collegæ Arbaci Mediâ relictâ, Assyriorum Monarchiam occupavit. Sic ergò distractio regni non incongruè *divisioni cranei, ut & aliis aquilinis*, comparatur. Idem quoq; intestinis *Israeliticorū* Regum discordiis invitatus, cum copiis eò advolavit: cujus terræ bonitatem ac fertilitatem *videns* ejus filius PHULASSAR (*visus* idcircò comparandus) *Visus.* tribu Nepthalensi in Assyriam abductâ, Galilæam bello acquisivit. Hujus prædę paternę *gustum* percepit quoq; SALMA- *Gustus.* NASSAR: ideò per triennium *obsessâ* & tandem captâ *Samariâ*, totum Israelis regnum delevit: & abductis decem tribubus, in sedes earum novos colonos ex Asia & Persia deduxit. Sed & SENNACHERIB (*olfactui* comparandus) suavē *Olfactus.* quidem odorem de occupandâ Judeâ percepit: verùm horrendus admodum & intolerabilis fœtor nares ejus pręstrinxit, cum unâ nocte 185000. hominum, ab Angelo in castris ad Hierosolymam prostrata, amisisset: qua ex clade ac fœtore tanta ipsi oboritur

ritur vertigo, ut ignobili fuga in Assyriam trepidus repedaret: ubi a propriis filiis necatur. ASSARHADDONEM hujus filium, fratris armis oppugnatum, *tetigit* quoq; MERODACHUS ex alia stirpe oriundus: qui regno eum pepulit: *tractui* ideircò comparandus. BENMERODACH *mandibulæ* assimilari potest *superiori*: *inferiori* verò NABUCHODONOSORI, quorū ille Manassem prædatoriis copiis vexatum, vivum intercepit: hîc Neronem Regem Ægypti comminuit, dentibusq;, hoc est, potentiâ suâ, Phraortē Medorum Regem cum omnibus suis copiis contrivit. NABUCHODONOSOREM magnum Daniel ipsemet CAPUT AUREUM vocat: quod non solùm præ cæteris Regibus Babylonicis potentia & clemētia excelluerit: Sed & *Proteo* mutabilior fuerit: quippe qui ex Idololatra à Daniele ad veram veri DEI agnitionem perductus, *linguâ* sua Deum celebrat: seductus exinde *mentis* suæ *ratione*, DEUM in statua aurea coli vult: tandem ad res feliciter gestas, & regnum constitutum, superbia quoque elatus, ad mentis insaniam redigitur.

Mandibula.

Caput aureum.

Vultus.

Linguâ.

Ratio.

Qua

Qua de causa alæ quoq; *aquilinæ* ipsi attribuuntur: quod res maximas miranda confecerit celeritate: quæ ipsi demum rerum successibus elato ac superbienti evulsæ sunt: cum in furoré verso erepta est regni utriusq;, Assyriaci & Babylonici, administratio: adeò ut è cõtubernio hominum profligatus, in *Sylvis* inter feras vitam degere cogeretur: donec tandem ex immensa DEI misericordia COR HOMINIS, hoc est, mentis sanitaté, *recepit*: Seriaq; pœnitentia se ad DEUM iterum convertit. Hujus filius EVILMERODACH, verum DEI cultum à patre acceptum retinens, *mens est sibi conscia recti*. REGASSAR & LABASSARDACH *barbæ circa mentum vel superciliorum* sunt similes, quę à Cyro abraduntur: sicuti BELSAZAR *gulæ* rectissimè comparatur, quę *aut anginâ* perit, aut divinitus *strãgulatur*; dum blasphemus & temulentus, cum Aulicis suis potans, Babylone a Cyro captâ, confoditur.

Mens. *Barba.* *Gula.*

Hactenus Reusner.

Alte-

Alterum est Persicum.

DE Persarum de nominatione & origine sic scribit Herod. *lib.6.* Vocabantur quondam Persę à Græcis Cephenes, à se verò ipsis atque incolis Artęi. Verum posteaquam Perseus *D*anaes & Jovis filius ad Cepheum Beli filium cōmeavit, & Andromedam ejus filium uxorem duxit, tulit ex ea filium, quē Persen appellavit, eūq; illie reliquit, à quo (nam Cepheus carebat virili prole (cognomen Persę sortiti sunt. Horum imperium cœpit anno mundi 3415. secundum Reusnerum, quo tempore Cyrus, adempto Medis Lydisq; imperio, primo id in Persiam intulit, eamq; florentiss. & potētiss. redidit, stetit an. 207. De Regū Persarum constitutione corporis vid. Curt. *lib.* 5. de eorundem doctrina sive eruditione Cic. *lib.1.de divin.* ubi dicit; Nemo persarum Rex esse potuit, qui nō ante Magorum disciplinam scientiamque perceperat. *D*e studio Venandi Herod, *lib* 1. cui studiosè operam dabant, ita ut legibus interdictum fuerit, sagittam in feras contorquere, prius quam Rex primam emiserit. Itaque

cum

tet iterum adſcribere verba Dn. Eliæ Reuſneri,quæ habentur *in Iſagog.hiſtor. pag.204.)* duo habet brachia: ita hæc ab initio fuit duplex, conſtans nimirũ ex Medis & Perſis. Et ſicut argentum vilius eſt auro: ita quoq; hoc regnum minus,hoc eſt inferius fuit primo, quod ad robur,divitias,virtutem & durationem: quippe quod annos duravit duntaxat CCVII. Hoc tamen non ita accipiendum eſt,quaſi non ſatis roboris ipſi fuerit ad monarchiam. Quantum enim ejus potentia in omnes mundi plagas patuerit; ſatis manifeſtum eſt ex altera illa Danielis cap. 8. viſione: ubi Propheta ſe vidiſſe aſſerit ARIETEM CORNIBUS IMPETENTEM BESTIAS hoc eſt ſingularia regna & imperia, *contra Aquilonem*, AUSTRUM, *& occidentem: nec ullam ipſi reſiſtere potuiſſe.* Ubi per ARIETIS CORNUA, ipſo Angelo interprete, Perſarum & Medorum intelligit imperium: quod ex oriente caſtra & ſceptra movit ad ſeptentrionem, meridiem, & occaſum, usque ad ipſum mare. Nam præterquam, quod Perſæ imperium tandem ſuum in loca quoq;

Septen-

Septentrionalia extenderunt: Arabiam insuper & Ægyptum, itemq; Syriam & Palæstinam in poteſtatem ſuam redegere. Hunc autem ARIETEM dicit tandẽ PROSTRATUM IRI AB HIRCO, cornu inſigne habente. Quemadmodum enim aries magnum ducit gregem, eum tamen inbellem; Ita quoq; Perſarũ maxima multitudo (priore namque prælio ad Granicum Darius ultimus 600000 ultimo ad Arbela 900000. hominum perdidiſſe ſcribitur (fuit quaſi grex ovium, reſpectu ferociſſimorũ & audaciſſimorum Macedonum: quos interq; eos præcipuè ALEXANDRUM Magnum, Propheta ſub *Hirco caprarum ab Occidente veniente*, intelligit: quem duo illa Arietis cornua comminuturũ, ipſumq; conculcaturum, hoc eſt, everſurum Medorum ac Perſarum duplex regnum per duo illa cornua adumbratũ, vaticinatur. URSO præterea hæc Monarchia à Propheta *cap. 7.* comparatur: quod animal minùs generoſum eſt Leone, ignavum, tardum, ſed rapax, crudele & immite, ſemperq; carnivorum, per prælongos autem DENTES *in ore* URSI deno-

denotantur tres illi salutares Principes inter Persas, *Cyrus*, *Darius*, *Hystaspes*, & *Artaxerxes Longimanus*: Nam reliqui pene omnes, innocenti sanguine plurimo fuso, mulum carnis devorasse dicũtur. Sed ad ARGENTEUM PECTUS revertamur: in quo pręcipuum membrum est COR humanum, rationale & virtutibꝰ multis exornatum: cui similis fuit CYRUS *Persarum* Rex, princeps laudatissimus: cujus Esaias quoq; cap. 44. & 45. meminit. Sicut enim in corde Propheta nascuntur spiritus vitales; indeque in totum corpus derivantur: ita quoque ex hujus corde Spiritu divino accenso, vera veri Dei agnitio, quam ex Isaiæ scriptis, & Danielis concionibus concepit, ad subditos suos populumq; Dei LXX jam annos in Babylone captivum manavit DARIUS *Medus*, qui cum Cyro Persa Babylonem occupavit, *cuticula est tegens cor in pectore argenteo*. Etenim etsi hic calumniis Aulicorum victus, Danielem, improbantem ejus idolomaniam, leonibus objecit: ubi tamen ipsi Prophetę innocentia innotuit: actâ pœnitentiâ Deum Danielis, qui eũ ex faucibus Leonum asservârat, laudavit,

Pectus argenteum.

Cor.

Cauticula tegens cor.

eumq; unicum colendum subditis suis edicto cavit. CYRUS *Medus Darii hujus frater*, θυμικὸν est, hoc est, *potentia irascens* in corde: quippe qui non solum patulas calumniis aulicorum prebens aures, fratris edictum de reditu Judæorum in Palestinam (*1.* Edr. 4.) impedjit: Sed & iracundiâ percitus, Tomyridi Scytharũ Reginę bellum intulit: quo cũ universis copiis internecione periit.

Θυμικόν.

CAMBYSES comparari potest *venæ arteriali, provenienti ex corde* Cyro nimirũ: cujus legitimus quidem fuit filius; at degener, qui omnia pro libidine suâ egit. DARIUS HYSTASPES, qui cum *Ahasvero Esthera* marito conjunctissimè vixit, *alteri pulmonis parti* assimilatur: sicut altera ejusdẽ *pars* est ipse AHASVERUS qui Judęos *asthmate* laborãtes ob *Hamanis* tyrannidẽ refecit: qui &, *hoc pulmonis pure* remoto, patibuloq; affixo, respirarũt. *Brachiorũ* pectoris hujus sinistra manus est XERXES: qui superbia inflatus, qua ipsi quoq; mari compedes injecit, multa contra Græcos tẽtavit sinistro & irrito conatu: sicut *dextera manꝰ est*, ARTAXERXES *Longimanus*, liberalissima illa Ecclesiæ pressę nutrix & protectrix.

Vena arterialis.

Pulmones.

Manus.

DA-

DARIUS *Nothus* est *spina dorsi*: à quâ *duo costarum ordines* in latere dextro & sinistro oriuntur: habuit enim ex Parisatide sorore tredecim liberos:) quarũ *dextras costas* inprimis exornavit ARTAXERXES *Mnemon*: CYRUS autem, *sinistrum latus*, fratri Regi non necessarium movens bellum, in prẹlio occubuit, OCHUS *Dari Nothi F. fit* στέρνον durũ illud & solidum *os pectoris*, quod reliquos fratres pressit & occidit, Ecclesiam afflixit: quod tandem à *Bagoa Ægyptio*, *apostemate* in hoc pectore, veneno suffocatum est. DARIUS *ultimus*, qui *Codomannus*, *diaphragma sit*, *ventrẽ medium ab infimo distingvens*: quod *pleuritide*, afficitur, dum ab Alexandro tribꝰ prœliis profligatur: tandemq; *rumpitur*, cum ad Arbela à Narbarzane & Besso prẹfectis interficitur. Atq; ita URSUS canivorus interimitur. *Hucusque Reusner.*

Spina dorsi.

Costa.

στέρνον.

Diaphragma.

Tertium imperium est Græcum sive Macedonicum.

HAnc tertiam Monarchiam in Europam ex Asia, & à Persis ad Grẹcos

(devicto & trucidato Dario, ejusq; validissimo exercitu, cũ quo Persicum imperiũ, quod steterat annis ducentis & amplius, deletũ fuit) transportavit Alexander re & nomine Magnus, Philippi Regis Macedon. filius, secundum Reusnerum an. 3642. quæ duravit 300. annos. De cujus rebus toto imperii tempore gestis, videatur Plutarchus *in vita*, Diodorus Siculus *lib* 16. Q. Curtius, Justinus, Johannes Monachus, Arrianus, & Gualtherus Poëta *in Alexandreide*, Polibyus, Livius, Mnemon, Appianus, Orosius. Cum autem insolenter multa faceret, seq; pro numine vellet propemodũ adorari, Babylonem ubi venisset, nõ sine veneni suspicione extinctus fuit, ætatis suæ anno trigesimo tertio, cũ regnasset annos duodecim. *Vid. lib. 1. Macc ab. c. 1.* Zosimus *l. 1.* Curtius *l. 10.* Plutarch. *in Alexandri vita*. Diodorus Siculus *lib. 16.* Orosius *l. 3 cap. 20.* Arrianus *l* 7. Justinus *lib. 12.* Obitũ ejus Funccius & Chytræus ponunt ad annũ U. C. 428. Buchol. & Beroaldus ad annum 429. Porrò designatur Monarchia Alexandri M. apud Danielẽ per Pardum, unde Pardus Macedonicus quadriceps nũ

inconvenienter appellatur à Clariss. Dn. Elia Reusn. de Vagege histor. p. 241. Cujus integra verba lectori ante oculos ponere non dubito, ex quibus tanquã ex limpidissimo quodã speculo hujus Monarchię convenientia cum natura Pardi, viridis quasi coloribus depicta, cõspicietur. Tertia MONARCHIA (inquit) Macedonum est sive Gręcorum: quæ AEREA appellatur; primum, quia fama bellorũ, potentiæ, & celebritatis ALEXANDRI MAGNI, qui ejus ἔξαρχος fuit, tanquã sonitus æris, quod inter omnia metalla vocalius est clariusq; tinnit, lõgè lateq; diffusa, universum subito pervasit mũdũ, deinde, ut significetur, monarchiã hãc toto durationis tempore, duravit autẽ annos CCXXCII. bellis gerendis semper occupatam fore: æreis siquidem armis ut plurimũ usos esse veteres Gręcos, ex Homero aliisq; Gręcis scriptoribus constat. PARDO quoq; apud Danielem Prophetam cap. 7. peraccommode comparatur: qui animal est robore, astutia, & celeritate incredibili præditũ. Quẽadmodũ n. *Pardus*, teste Æliano, singulari astutia mortẽ simulans, si-

mias, quarum venatione inprimis delectatur, circa hostem extinctum saltãtes; sibiq; invicem gratulantes, in ipsis quasi tripudiis defatigatas subitò exiliens obruit & dilaniat, atq; ita predâ optatâ fruitur: ita quoq; Græcos subdelos & mendaces, qui dum inter se concordes essent, satis formidabiles erant Persis & Medis, bello Peloponnesiaco collapsâ maximâ eorum potentiâ paulatim in suam potestatem redegit PHILIPPUS Rex Macedoniæ: qui non aliter ac *ventriculus varios cibos deglutit atq; concoquit*, ita quoq; ipse Græciæ civitates penè omnes appetens, sibi subjecit: *quas concoctas & in chylum transformatas, per venas Mesaraicas*, fortissimos nempe belli duces, PTOLOMÆUM LAGI, ANTIPATRUM, & PARMENIONEM, *Epati calido*, filio suo ALEXANDRO *Magno* transmisit & reliquit. Hoc epar, quod initio quidem satis commodè & rectè valuit, cum in *Alexandro* elucerent clementia & moderatio in victoriis, prudentia fortitudo, continentia, justitia, alieque virtutes complurimę; in Babylone tandem *incaluit vino*, corruptum est Venere, & tandem fractum veneno. Meritò ita-

Ventriculus. *Vena Mesaraica.* *Epar.* *Venter.*

itaq; hunc Monarchiæ VENTER attribuitur: quo denotatur Græcorum & inprimis *Alexandri Magni* incontinentia & ferocia. Quam eandem ob causam apud *Danielem* Prophetam c. 8. HIRCO quoq; assimilatur, *qui per totam terram venerit, nec tamen terram attigerit.* Quibus verbis preter illam, de qua diximus, incontinentiam, cursus quoq; victoriarum *Alexandri* maximarum, & pernicitas atq; agilitas incredibilis describitur Quemadmodum igitur *chylus in chymū celerrime mutatur, sangvinemq; in epate efficit: & Pardus* τετράπτερος, *& Hircus quasi volans* insigni pernicitate viā celerrimè conficiunt: Ita quoq; *Alexander Magnus* alis quasi quibusdam subnixus, ab Adriatico mari usq; ad Oceanū Indicum & Gangem fluviū, non tam preliis, quā victoriis procurrit: & vix sex annorū spatio partem Europæ non exiguam cū omni Asia, quatuor suorum satraparum qui per qvatuor illas *Pardi* alas denotantur, adminiculo sibi subjugavit Quemadmodum autem *epar gignit qvatuor humores:* & tertia illa apud Prophetam (cap. 7.) bestia, *Pardo similis, qvatuor habet alas totidemq; capita: & Hirci cor-*

Humores.

Quatuor

ci cornu magno fracto (cap.8.) quatuor alia consurgunt versus quatuor ventos cœli: Ita quoq; ALEXANDRO *Magno* in flore ętatis, imperiiq; sui culmine ac majestate, extincto: regnum ejus potentissimum, in quatuor imperia versus quatuor mundi plagas distractum est: *Macedonicum* nempe CASSANDRI, *Asiaticū*, ANTIGONI, *Syriacum*, SELEUCI, & *Ægyptiacum*, PTOLOMÆI: quæ tamen omnia simul juncta nō habuerunt majestatem & potentiā prioris regni. quoniam enim regna propter dissensiones distrahuntur: ita vires eorum multum debilitantur; adeò ut etiam conjuncta minus quàm antea valeant. Ex his *Alexandri Magni*, successoribus, PTOLOMÆUS *Lagi F. qui Ægyptum* occupavit, *venæ cavæ* similis est, *gerens purum sanguinē*, filium PTOLPHILADELPHUM, doctorum & piorum Patronum & Mecænatem liberalissimum: ANTIGONUS, qui minorem Asiam occupavit *phlegmati* assimilatur: ANTIPATER, qui Macedoniam & Græciam tenuit, *vesica vellis est*, quę *fel*, *iræ sedem* filium nempe CASSANDRUM habet, sicarum & Eversorem

Vena cava

Sanguis.

Phlegma.

Vesica vellis.

forem domus Alexandri magni nefarium: SELEUCUS deniq; Nicanor, qui Syriam & Babyloniam in potestatem suã redegit, *filius receptaculo Melancholici succi* comparari potest; quoniam plerique hujus successores, melancholico ũ instar ad insaniã usq; redacti, nihil nisi quod ipsimet fecerunt, rectum judicarunt. Ex hoc postremo cornu, egressũ est *parvum illud cornu*: inquit Propheta cap. 8. quo significatur ANTIOCHUS EPIPHANES, qui re vera *stercus hujus ventris fuit*; quia conspurcavit templum Dei Hierosolymis: quem idcirco Angelus vocat *impudentẽ facie, & intelligentem ænigmata*: hoc est, omnium hominum, quos sol aspexit, nequissimum, astutissimum & callidissimum: quem nullius mendacii, sceleris, impietatis, fraudis aut perfidiæ puduit. *Hujus sanè potentia* (inquit Angelus) *crevit, sed non viribus suis*, animique magnitudine. Magis enim dolosè, quàm fortiter, Judæos est aggressus: *ex iis multas stellas conculcavit*, sive, ut Angelus interpretatur, multos robustos, hoc est, egregios viros in populo *Dei*, qui conatibus suis obstare videbantur, è medio sustulit: imò &

Splen.

Stercus.

contra Principem Principum insurgere, hoc est, Deo ipsi bellum inferre non verius, verum ipsius cultum abrogavit: eundem sanctam horrendum in modū profanavit: & sacrificia divinitus instituta magna crudelitate prohibuit. Hæc tamen ipsius tyrannis durare debuit tantùm 2300 dies, hoc est, annos sex, menses tres, dies viginti: (naturales enim dies hîc intelligendi sunt: quia Angelus ait numerādos esse à vesperâ ad manè:) quibus vix dum finitis, *Judas Maccabæus*, Lysiâ copiarum Antiochi ductore ingenti clade fuso, templū repurgavit: ad cujus rei nuncium Antiochus irâ & furore excandescens, adeò perturbatus est: ut ex animi ægritudine morbū contraheret fœdissimū, vermibus è putrefacto corpore erumpētibus: quo sine manu contritus (ut scriptura loquitur) inter sęvissimos corporis animiq; cruciatus extra patriā in agro impuram & crudelē evomuit animam. Reliqui tandem tam Ægyptii, quā Syriæ Reges, *farcimina plena* immundiciei fuerunt: partim superbiâ, instar *vesicæ urinâ plenæ*, inflati: partim *tympanitide*, aquę intercutis specie laborantes; veluti PTOL-EVERGETES,

Vesica.

TES, ob deformitatem corporis & belluinã vitam *Φύσκων* nominatus: partim deniq; libidinibus & incestu contaminati, *pudenda* fuerunt, veluti PTOLLATHURIUS, qui duas sorores in matrimonio habuit; & CLEOPATRÆ itidẽ duobus fratribus junctę: CLEOPATRA tandem Ptol. Auletis filia non tantùm polluta incestâ cũ duobus fratribus consuetudine; sed & JULII CÆSARIS atque M. ANTONII concubina, *calculum effecit in renibus & vesica: & simul colicas atq; iliacas passiones in hoc aneo ventre excitavit*; adeò ut cum ipsa & ANTONIO pereuntibus, sanguinolentus simul iste & libidinosus venter ruptus interiret. A. M. 3942. *Hactenus Reuuner.*

Pudenda.

Calculus.

Colicæ & iliacæ passiones.

Quartum imperium est Romanum.

DE quo sic scribit Dn. Reusner *in Isagog. hist. pag. 261.* QUARTAM Monarchiam, quę ROMANORUM est, Daniel Propheta c. 2. de *statua* agens, collocat in *tibiis ferreis, & pedibꝰ ex ferro & luto*

luto mistis; de bestiis verò agens cap.7. depingit *prægrandis, horrêda, monstrosæ, & robustæ belua imagine; quæ dentibq suis ferreis longè latèq, fit grassatura.* Quemadmodum igitur ferrum robore & duritie omnia metalla superat, omniaq; frãgit & comminuit: & ut bestię, quò robustiores habẽt dẽtes, eò sũt formidabiliores & nocẽtiores: *Ita* quoq; hæc Monarchia superiora regna omnia fortitudine ac perpetuitate longè vicit: ejusq; robur ac majestas hactenus invicta sẽper mansit, nec ab ullo frangi penitusq; tolli potuit: imò verò hæc ipsa omnia alta victrici impetu afflixit, exscidit & delevit: quippe quæ sub initium dominationis suæ, auspiciis & delectu heroũ fortissimorũ & bellicosissimorũ, vicinas quasque gentes subjugavit, & quasi devoravit ac comminuit earumq; opes diripuit, exhausit & in senticetum, lustrumq; suum lupinum, Romam nempe intulit & recondidit, luxurioseq; ostentavit, atque prodegit. Hujus rei exempla ut è multis pauca afferam: *Pyrrhum* Epirotarum Regem potentissimum fortiter represserunt Val. Levinus, & C. Fabricius. Punica bella feliciter confecerunt,

Ferreæ cur dicatur.

runt, deq; Pœnis triũpharunt Ap. Claudiꝰ, M. Val. Messala, Q. Fabius, P. Scipio Africanus Major: Carthaginem ipsam *P. Scipio Africanus* Minor inflammatam delevit: Gallos, Insubros, Germanos Romanę Reip. feliciter adjicere cœpit M. Marcellus; Gręciam, devicto Perseo Macedonum Rege ultimo, dominatrici Romæ subjecit L. Æmilius Paulus. Orientem domuêre Lucullus, Crassus & Pompejus, qui victo Tigrane Syriam in provinciam redegit: Occidentẽ armis subegit Julius Cæsar; Marius Helveticos & Cimbros profligavit; & Africam, capto Rege Jugurtha, occupavit: Augustus demum, Antonio & Cleopatra devictis, aliisq; gentibꝰ, quę rebellabãt, superatis, orbis imperiũ in pace obtinuit. *Hi ergò ferrei* illi *bestiæ hujꝰ fuêre dentes*, devorãtes & confringẽtes regna tertię Monarchię: *hi ungues ærei*, qui, quę semel subjugum redacta regna mordicus apprehéderunt adeo fortiter tenuerũt, ut nemo ea ex unguibꝰ istis eripere potuerit. quomodo a hec Monarchia posterioribus tempestatibus *petulantis atq; saturæ bestiæ instar, quæ dẽtibus suis devorare nõ potuit*

tuit, pedibus conculcarit: exemplo sunt tristissimum Hierosolymę excidium: ipsaq; Italia miserabiliter dilacerata ab Herulis, Gothis, *V*andalis, Hunnis, Longobardis: quo etiam referimus gravissimam tyrannidem hujus bestię, quam in sua viscera, & in ipsam *E*cclesiam omnibus temporibus exercuit: dum plerię; Reges ministros sese præbentes crudelitatis, rectè sentientes pedibus suis conculcarunt, & adhuc conculcant: ut proinde vel ob hanc rem cruentissimi actus gravissimaq́; bella, quæ in hoc regno gesta sunt, in *ferro* quoq; depingãtur. Hujus profecto initium fuit cũ sanguine. Romulus namq́; primus *R*ex regnum suum avi Numitoris, muros ipsos Remi fratris, templum soceri sanguine dicavit; ut Orosius loquitur *l.2.c.4.* ferrũ hoc postea tam in exteras nationes, quàm in sua sævit viscera: ipse quoq; C. JULIUS CÆSAR S.P.Q.Rom. nomine, Galliam, Britanniam, & Germaniam bello affligens; duas priores Provincias sub jugum Romanorum misit, tertiam planè domare non potuit: idẽ prętcrea quinquagies bis conserta manu cũ hostibus conflixit: quibus in pręliis circi-

ter 119200. hominum periisse scribuntur: *Ossi*. idcireò, *quod à gladio acuto nomen habet*, comparandus. AUGUSTUS verò post difficilia bella Monarchiam constituens, & pacem in orbe terrarum firmans, *Os sacrum* nō immeritò à Doctis nominatur. *Ferrea tibia*, Monarchiæ divisionem notāt: quarū *sinistrum crus* Orientē nimirū, CONSTANTINUS MAGNUS occupavit, quod tandem, Orientis imperio à Turca everso *Lupo* ἀσθιομενῳ infestari cœpit: *dextrū* verò *crus* in Italiā acersiti s & quasi effusis Herulis, Gothis. Longobardis, tamdiu luxationem est passum, donec CAROLUS MAGNUS sublatis Longobardis, id in integrum restituit: & ἀξίωμα imperii ex divina providentia ad Germanos transtulit. Etsi a. *ex ferro illa lutoq; conflata est*, ac proinde aliàs plus aliàs minus virium habet : (firmū namq; fuit regnum Julio Cæsare, Augusto, Vespasianis, Trajano, Constantino Magno, & aliis heroibus ad gubernacula sedentibus : debile verò, ubi Nero, Caligula, Commodus, Domitianus, & alii hujus generis carcinomata, *pustulæ, anthraces, fistulæ, ulcera & apostemata exorta sūt in tibiis* :) de

Cartilago. Ossis.

Os sacrum.

Tibiæ.

de regni tamen *plantatione sive radice oritur* hoc eſt, fundamentum ejus adeò firmum eſt & ſolidum, ut evelli atq; extirpari penitus nequeat, ante univerſalem omnium regnorũ mundi παν-λεθρίας: nec humana aliquavis quantacunque, ſed ſolus ille *Lapis ſine manibus exciſus* (Chriſtus nimirum extremo die orbi ſubitò ſuperventurus haud aliter, ac ſi petra aliqua grandis à monte avulſa, per præceps mole ſuâ ruens, maximo cũ fragore obvia quæq; proſternit atque cõnterit) *pedes hos percutiet atq; cõminuet*. Unde colligitur, neq; Turcas, neq; qvoscunq; alios tantã conflaturos molem, quę cum Romana potentiâ poſſit conferri: neq; reliquias iſtas Romani imperii, tenues licet & anguſtas, quas Germani hodie poſſidẽt, prorſus fore evertẽdas: nec Turcã quoq; cornu illud parvulũ, oculos quaſi hominis habẽs, & adverſus Deũ contumelioſum, ſanctisq; bellũ faciens, quãvis omnia in imperio Romano populetur, unqvã orbis Monarcham futurum: Sed imò potius in montibus Iſraelis; ubi pura et ſincera ſonat Evangelii doctrina, Ezechiele cap. 36. atteſtante, eſſe periturum.

rum. Tandem sicuti *pes corporis humani* finditur in *digitos* : Ita quoq; Romana Monarchia, ubi aliquandiu stetit firma, cruribusq; ferreis innixa, & in ambitu suo totum terrarum orbem *fuit complexa, desinit in digitos*, hoc est, *decẽ illa regna, per totidem cornua in belluâ ista ἀνωνύμῳ* prefigurata; nempe in 1. Germaniam, 2. Italiam, 3. Galliam, 4. Hispaniam, 5. Angliam, 6. Sarmatiam, 7. Pannoniam, 8. Ægyptum, 9. Asiam, 10. Græciam? *Hactenus Reusnerus.*

Digiti pedunnes.

Cæterùm singulari Dei consilio mũdi Monarchia Romanis concessa est, Augustin. *cap. 18. de civit. DEI*, ubi scribit Romanos ob tres potissimum virtutes imperio dignissimos fuisse: 1. ob sincerum in patriam amorem & integram eorum in Rempubl. fidem. 2. Ob Zelum justitię, sacratissimamq; sanctionem legum. 3. Ob civilem eorum in omnes benevolentiam. De primâ sic Salustius *Catilinaria* : *Nolite existimare majores nostros armis Remp. ex parvâ magnam fecisse : quippe amplior nobis quàm ipsis armorum & Equitũ est copiâ, sed quia in eis fuit domi industria, foris justũ imperium, in consulendo animus liber,*

G *nec*

nec dilecto, nec libidini obnoxius. Pro his (ait) *nos habemus luxuriam & avaritiam, publicè egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias, sequimur inertiam, est inter bonos & malos discrimen nullum, omnia deniq; virtutum merita nunc possidet ambitio* De altera audiamus Imperatorem *in l. un. C. de nov: Cod confirm. Summa Reip.* tuitio, inquit, *de stirpe duarum rerum, armorum atq; legum veniens, vimque suam exinde muniens; felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusq; dominari tam præsentibus effecit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet. Istorum enim alterum alterius auxilio semper eguit: & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorum præsidio servatæ sunt.* Et Jornandem *de Templ. success. Romani, ut ait Jamblichus, armis & legibus sese exercentes, orbem terræ suum fecerunt. Armis siquidem construxerunt: legibus autem cōservarunt.* Unde Horatius ad Octavium Augustum.

Res Italas armis tuearis: legibus ornes.

Sulpitia in satyra

——duo sunt quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis.

De

De tertia loquitur ipse Cicero *lib. 2. de offic. Nostri autem magistratus imperatoresq; ex hoc maximam laudem capere studebat, si provincias, si socios æquitate & fide defendissent, dum nunq; nostrum patrocinium orbis terræ verius quam imperium poterat nominari.* Hinc Terent. *in Adelph. Errat, inquit, longe mea sententia, qui imperium credat gravius aut stabilius, vi quod fit, quàm illud quod amicitia adjungitur.* Et Imperat. Justinianus *in l. final. C. d. donat. inter Virum & Uxorem: nihil tam peculiare est Imperialis majestatis, quàm humanitas, per quam solam Dei servatur imitatio.*

CAP. II.

Est autem Imperium Romanum primum sive vetus, & secundum sive ultimum. (L)

In primo considerandum venit Materiale & formale.

Materiale est orbis Romanus, cujus spectando origo & quantitas.

Quemadmodum de primis Urbis Romæ conditoribus, deq; iis gentibus quæ cum locum ubi condita est coluêre, discrepantes reperiuntur sententiæ, quas videre licet apud Halicarnass. *l.1.fol.8.* Flaccum. *in l.de Verb.signific. in lit.R.verb.Romam appellatam &c.* Livium *dec.1.l.1.* Faunum *de antiquit urbis Romanæ,* Onuphrium Pamvinum *in cōment.lib.Fastor.* Rosin. *l.1. cap.1. de antiq. Roman.* Ita etiam variæ ac multiplices de tempore, quo anno, mense vel die, Roma condita sit, apud historicos sūt opiniones, de quibus videatur Plutarchus *in Romulo.* Solinus *cap.1.* Camers *in annotationib.in Solinum.* Onuph. *d.l 1.Fastor.* Sleidanus *de quatuor Monarch. p. 60.* quas refert Valentin. *Forst.in tract.de jurisd.Romana.* Simplicior tamen & verior videtur sententia eorum qui dicūt hanc Monarchiam originem accepisse à Romulo & Remo, Anno Mundi 3197. ante Christum natum 751. qui urbē Romam condiderunt Colonia ex urbe Alba & aliis vicinis locis deducta, fundamenti ejus jactis 21. April. Qui narrant historiā Romuli & Remi, dicunt eos natos geminos ex Rhea Sylvia filia Amulei

Regis,

Regiâ, cumq; disputarent de principatu condendo ad prosequendum & continuandum avitinum primigenii judicium *Deo* commisisse, quod nescirent, uter illorum prior esset editus, & auguriorum sorte exitum inde habuisse, ut qvi plures vultures pro augurio habuisset, is jus potestatis haberet; Contigisse autem plures Romulo & proinde de suo nomine oppidum inaugurâsse. Exorto postea bello inter Romulum ac Remū de *Imperio*, Remus occiditur: Romulus Civitati ac Civibus Romanis nomē dedit Livius *lib.1.decad.1.* Bartholomæus Marlianus, Rosin. *lib.1.antiq. Rom. cap.1. lit. C.D.E.*

(L) Unum est Romanum imperium, quod respectum primi, sive secundi, non admittit. arg. l.76. ff. de jud. Aut si distinctio authoris vera, verum quoq; erit, quartam monarchiā aliam esse primam, aliam secundā, atq; hoc modo quinq; dari monarchias.

De quantitate Romani imperii hoc singulariter notandum venit, quod ex minimis initiis & summis angustiis paulatim ad summam potentiam pervenerit.

ROmano imperio nullum ferè ab exordio minus; nec incremento toto orbo amplius humana memoria potest recordari, adeoq; ex minutissimis illis principiis, tam amplam constituit Remp. ut totum ferè terrarum orbem sibi adjecerit, *Nov. 24. in præf. it.* ita ut non immeritò Roma postea dicta sit caput orbis, Urbs æterna, Domus æternalis, Orbis Epitome, sacra, sacratissima, Augusta magna, *l. 3. C. de Coss. l 1. C. de privil. corp. urb. lib. 11. l 3. & 5. C. Theodos. de condit. donat.* Cicer. 3. *Catilin.* Muret. *17. var. lect. cap* 12. Hieronymus Magius *lib 4. miscell. c.* 5. Pithœus *lib 2 advers. cap.* 18. Ita in Bulla aurea CAROLI IV. Imp. scriptum legitur: ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Et vetus circumfertur versiculus Pomponii:

Roma tuũ nomen terris fatale regundis.

Et Virgilius:

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.

Itẽ Rutilius: *Regina hujus pulcherrima mundi.* Horatius: *Romæ principis urbium.* Martialis: *Terrarum Dea gentiumq;* Roma. In disputatione Adriani Imperatoris & Epicte-

Epiſteti legitur: *Quid eſt Roma? Fax imperii orbis terrarum, mater gentium, Regum Poſſeſſio, Romanorum conſiſtorium, Pacis æternæ conſervatio.* Cyneas Pyrrhi Legatus ſenatum videns, *in unum coactum regum multitudinem dixit.* Unde Reſpubl. κατ' ἐξοχὴν de ſola Romana intelligitur *l. eum qui vectigal. 16. & l. inter 17. De verb. ſignif. t. C. de jure fiſci.* Johan. Sichard. *ad l. 1. n. 3. C. ex quib. cauſ. major* Donell. *2. Com. 5.* Paucis

Hæc habet ut dicas quicquid in orbe fuit.

De victoriis populi Romani ſic ſcribit Cicero *lib. 3. in Verrem. Lugent omnes provinciæ: queruntur omnes liberi populi: regna denique jam de noſtris cupiditatibus ac injuriis expoſtulant: locus intra Oceanum nullus eſt, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hoc tempora noſtrorum hominum libido, iniquitasque pervaſerit.* Videatur etiam Albericus *in l. 1. C. de ſumma trinit.* ubi diſſerit an Romanum imperium ſit juſtum aut Violentum & Olrad. *conſil. 79.* qui opinatur Romanos illicitis artibus eo potétiæ perveniſſe.

CAP. III.

Sequitur formale, circa quod imperii Romani Magistratus considerandi.

Prima in Urbe Romana administratio Regia fuit.

Fuerunt autem Reges Romani 1. Romulus qui regnavit anos 35. 2. Numa Pompilius ann. 43. 3. Tullius Hostilius ann. 32 4. Ancus Martius ann. 24. 5. Lucius Tarquinius Priscus ann. 38. 6. Servius Tullius ann. 44. 7. Lucius Tarquinius superbus ann. 25. De quibus sic scribit Florus *lib. 1. cap. 8. Quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut invaderet regnum. Quid Numâ religiosius? Talem res poposcit, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullius? Bellatoribus viris mm necessarius, ut acueret rationem virtutum. Quid ædificator Ancus? Ut urbem Coloniam extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Jam verò Tarquinii ornamenta & insignia, quantă principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Servio censûs quid*

quid effecit, nisi ut ipsa se nosceret Respub.? Postremò superbi illius importuna dominatio non nihil, imò vel plurimùm profuit, sic enim effectum est, ut agitatus injuriis populus cupiditate libertatis incenderetur. Hactenus Florus. Vide etiam Rosin *lib.* 1. *antiquit. Rom. cap.* 1. Qui annis ducentis & quadraginta quatuor, vel secundum alios 245. vel 250. imperarunt. Vid. Liviū *lib.* 1. Dionys. *lib* 5. Messala, Fest. Rufus Eutropius *lib.* 1. Oros. *l* 2. *c* 5. Jornandes, Solinus, Forst. *de jurisd. Romana pag.* 4. Schönborn. *lib.* 5. *pol. c.* 4. Causam diversitatis inter hos explicat Sigonius *commentario in Fastos & triumphos Roman.* Ultimus Rex fuit Tarquinius Superbus, qui 6. Cal. Martii : ann. U.C. 245. ejectus regno ob violatam à filio Sexto Tarquinio Lucretiæ pudicitiam. *Tulit* (ut Livius inquit) *Romana Regia sceleris tragici exemplum, ut tædio Regum, maturior veniret libertas, ultimumq; regnum esset, quod scelere partum esset.*

Ejecto Rege Tarquinio Superbo duo Consules. L. Junius Brutus, & Tarquinius Collatinus creati sunt, apud quos non modò auspicia erant & judi

cia, sed & summi magistratus. Atque hoc tempore status Reipubl. fuit Aristocraticus.

Qui tamen aliquot ante successioné plebis in montem sacrum annis, tertio scil. Decemvirorum anno & sub Triumvirorum Reip. constituendo imperio, in Oligarchiam degeneravit. Rosin. *lib. 7. antiquit. Rom. 1.*

Qui status in Democratiam fuit conversus, cum summum consulare imperium plebi communicaretur; post urbem à Gallis captam ac recuperatam.

Politia Romana effecta est Democratia, cum plebiscita vim legis obtinere inciperent. §. 4. *J. de J. N. G. & civ.* Ante tempus illud Politia Rom. erat ambigua inter Democratiam & Aristocratiam, ut rectè asserit Arnis. *cap. 6. Pol.* & Cabotius. Hæc postmodum in Ochlocratiam, cùm plebs contra Patricios tumultuatus seditionem excitarit. Rosin. *lib. 7. antiquit. Rom. cap. 1. & c. 23.* De aliis Reipub. Romanę Mutationibus videatur. Sleid. *de IV. Monarch.* Forster. *de jurisdict. Romana* Schon-

Schonborn. *disc.4.* Institutio ratio postulat, ut ad reliquos populi Romani magistratus pergam.

Magistratus divisio desumitur à subjecto & adjuncto.

A subjecto personis scil. dividitur in Patricios & plebejos.

Primùm tota multitudo quam Romulus collegerat ex Pastoribus vel Agricolis constabat. Quam initio in duos civium ordines divisit, ut quidam essent Patricii, quidam plebeji. Dicti autem sunt Patricii, vel quia patrum progenies, id est, à Patribus vel Senatoribus orti essent, Forst. *de jurisd. Roman.p.41.* vel quod patres ciere possent. Quorum dignitas Imperatoriæ majestati erat proxima, superiorq; prefectura Prætorij, introducta à Constantino Magno Zozim *lib.2.* Gold. *ad Bull. Hadriani.1. vers. dignitatemq; partriciatus, in ration.* A qua dignitate Advocatia Ecclesiæ Romanæ originem duxit. Dn. Bortius *de nat. jur. majest. & regal.* Differunt à nobilibus. Nobiles omnes sunt ex plebeis: Patricii, qui eorũ Senatorũ progenies erãt, quos Romulus crearat. Hac tamẽ ætate (*ait Livius*) antiquissime cujusq; senatoriç familię liberi patricii appel-

lau-

lantur,quales erant Clodius, Piso, Catilina. Plebeji verò,qui ex populo à Romuleis senatoribus reliquo dimanarut, ut C.Antonius,C.Cassius.M. Cicero, T. Pomp.Atticus.Horum Plebejorum alii Nobiles,alii novi homines dicebantur. Nobiles, quorum parentes curuli aliquo magistratu erunt functi: Novi,qui primi ex suâ stirpe magistratum curulem erant adepti.Prat.*in Lex.*Facti autem sunt centum Patricii à Romul, qvi etiam Senatores fuerunt,Livius. A quo dissentit Dionysius, qui ait,Romulum primò Patricios deinde centum ex *Patriciorum* primoribus, qui numero longè plures erant, senatores fecisse, ita ut verè dici possit, *Senator est, Ergô* Patricius: at non contra, *Patricius*, ergò senator, quia ex Dionysii sententia non omnes facti *Patricii* senatores lecti sunt.Officium Patriciorum erat, sacra curare,magistratꝰ gerere,Rempubl. secum administrare,res urbanas obire. Förft.*de juris d.Rom.pag.41.* Cæterùm lõgè aliter in Constitutionibus recentiorum Imperatorum accipiendi sunt Patricii. *In his* Consiliarii Imperatoris Dn.Vult. *§.3.n.3. Inst. quib. mod. patria potest. solv.* & Cameræ Imperialis,

lis, deß Keysers Rähte / oder die an dem Kammergericht sind. *Schneid. ad §. filiumfam n.2. d. tit.* ubi Dn. Præceptor Gothfr. *in marg.* quasi eorum patres nominantur, *l. ult. ubi Cujac. C. de consul. l. 12 §. sed filiusfam. Inst. quibus mod. jus patr. potest.* Fastu Patriciorum crescente, & potestate sua abutente, ac ab omni Reip. administratione plebejos arcente: Plebs indignata, potestatem judiciorū, Senatus, Magistratuum, jurisdicendi ad se pertraxit. Unde dignitas Patriciorum diminui ac labefactari cœpit. Forst. *d. p. 41.* Erant a. plebii omnes ii, qui neq; Senatores neq; Equites erant. Rosin. *lib. 1. antiq. Rom. cap. 17.* Gell. 10. *Noct. Att. 20.* qui a populo differunt, §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. 238. ubi Gœdd. de V. S.* Hinc ortum est plebiscitum, quod est generale jussum plebis rogante magistratu factum. *D*ixi rogante Magistratu, nam caput ipsum & origo & quasi fons plebiscici est rogatio. A. Gell. *d. c. 12.* Officium plebis in tribus consistebat. 1. Magistratus creare. 2. leges sancire. 3. de bello Rege permittente, decernere. Nō tamen absolutam in hisce ac liberā potestatem habebat, nisi & senatus accessisset authoritas. Halicarnass. *lib. 2.* *Ab*

Ab adjuncto magistr. dividuntur in ordinarios & extraordinarios.

Ordinarii Magistratus sunt, qui singulis annis ad munus suum ordinarium in Urbe obeundum à populo creantur. Extraordinarii contra.

Rosin. *lib. 9. antiquit. Roman. cap. 3.*

Ad ordinarios referuntur Senatores, Consules, Prætores, Ædiles, Tribuni, Quæstores.

I. Senatores (a) sunt, qui habent jus dicendi sententiam (b) de illis, quæ fuerunt à Principe (c) Senatui proposita, & de quibus sunt rogati. (d)

(b) Sententiæ dicendæ jus senatori tribuit, de illis, quæ à principe senatui fuerant proposita, & de quibus esset rogatus. In explicat lit. D. ait senatum rogatum potuisse sententiam dicere non solum de re proposita, sed de quibuscunq; voluisset. Quæ duo inter se diffidium alunt manifestum.

ALthus. *c. 5. Polit. n. 59.* Vocantur, aliàs Decuriones. *l. pupillus §. Decuriones. de verb. signif.* personæ principales. *l. divi fra-*

vi fratret.§ 1.de pœn. vel consiliarii civitatis. *Losæus.* Hinc senatus est collegium virorum prudentum, & integerrimorũ selectorum, cui cura & administratio rerum civitatis est commendata. Althus. *d.c.5.n.*54. Cui comparatur Camera Imperii & Parlamenta aliorum regnorum, quod tamen cum distinctiònis sale accipiendum: alia enim atq; alia diversis temporibus ejus fuit ratio. vid. P. Gregor. *lib.3.de appell.c.11.& lib.47.syntagm.jur.Civ.c.25.& 3.seqq.* hoc collegiũ legitimè convocatum *l. 2. C. de Decurion.* representat totum populum & totam civitatem. Althus. *d.cap.n.55.* Dicti sunt à senio, vel à senectute, solis enim senibus cura Reipub. demandabatur, *l.semper de jure immunitat.* Primitus senatores fuerunt Patricii, post & plebeji ętatem & censum certum habentes, & honoribus & virtute insignes, à Censoribus allecti ad hoc, ut Reip. consiliis præessent. Rosin. *lib. 7. antiquit. Rom. cap.5.* Bodin. *lib.3.de Republ.c.1.* Althus. *lib.1.jurispr.Rom.c.9.* Olim tria erant senatorũ genera: Ut Patricii, ita dicti, quod centũ illis patribus à Romulo lectis geniti essẽt; Conscripti, quod Regum, consulũ,

Cen-

Censorum decreto in senatu adscripti: & Pedarii, quibus nondum in ordinem relatis, jus dicendę in senatu sententię non erat, sed tantum ut pedibus in aliorum irent sententiam concessum, Fenestell. *de magistrat. c.* 1. Jure justinianeo senatores sunt, quicunq; in senatu sententiã dicere possunt. *l. fin. de senator.* Olim non ii omnes erant senatores, sed qui in senatum, vel à regibus vel à Dictatoribus, vel à Censoribus lecti erãt. Nam qui honoribus populi functi fuerant, etsi poterant venire in senatum & jus habebant dicendæ sententię, tamen cum nondum in senatum lecti essent, senatores non appellabantur. Valer. *l.* 2. *c.* 1. A. Gellius *l.* 3. *Noct. Att. cap.* 18. Festus *in verb Senatores.* Livius *lib.* 23. Cujac. *in π. D de senator.* De numero senatorum, videatur Rosin. *l.* 7. *antiq. Roman. cap* 5. (*b*) Hinc SCtum, quod senatus jubet atque constituit. *§.* 5. *inst. de jur. nat. gent. & Civ.* quod nec ante exortum, nec post occasum solis factum, ratum fuit, ut nec nova relatio, quę post horã decimam fiebat, quando legitimus senatorum numerus, Centenarius scil. non adesset; vel

cum

cum quis Tribunorum plebis intercederet & deliberandi tempus peteret. Rosin. d. lib. cap 7. Althus. cap 5. Polit. n. 67
(c) Princeps senatus is fuit, qui per Censores, peracto censu, in lectione primo loco recitabatur, qui honor fere nemini, nisi Consulari & Censorio tribuebatur, fuitq; perpetuus. Rosin. d. cap 5 lit. E.
(d) Cum senator rogatus sententiam dicere vellet, assurgebat, stansq; dicebat de quacunq; re volebat, non solum proposita, & quamdiu placebat. Rosin. d. c. 7. ex A. Gellio lib. 4. c. 10. & Tacito lib. 3. & 13. Cæterum maxima olim senatus & dignitas erat & authoritas, utpote sine quibus Reges, Dictatores, Consules, & initio etiam Augusti, nihil magni molirentur. Hinc tot orationes Principum in senatu habitæ, l. oratio 16. de sponsal. l. cum hi 8. de transact. l. 3. de don. it. inter vir. & uxor. l. 1. de feriis. l. 1. de tut. & curat. dat. Hæc de senatu, ex quo, teste Dionysio, magistratus creati sunt. Ii verò, qui magistratum aliquem petebant, *Candidati* dicebantur. Quod nomen acceperunt à togâ candida, quam gestabant, qui se magistratum petere professi essent, de quibus latè Rosin. d. lib. 7. c. 8.

II. Consules.

CUm expulsi essent reges, duo Consules creati sunt L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, Anno U. C. 244. quibus suprema potestas commissa fuit, idq; ad anni saltem spatium. *l. 2. de Orig. jur.* Liv. *lib* 2. Flor. *lib.* 1. *cap.* 9. Cicero *de legib* Ovid. 2. *Fast.* Fenestella *cap. de magistrat Roman.* Eutrop. *lib.* 1. Sed Brutus Collegæ suo Tarquinio imperium abrogavit, de quo videatur Livius *lib.* 2. A. Gell. *lib.* 15. *Noct. Att. cap.* 29. Dionys. *lib.* 5. Plutarch. *in Poblicola.* Cicero *in Bruto, &* 3. *offic.* ubi hoc Tarquinii factū, us justum patriæque utile defendit. Cui contradicit Augustinus *de Civit. Dei lib.* 2. *cap.* 17. qui hoc Bruti factum scelus, Tarquinium verò bonum & innocentem virū nominat. qui id nominis acceperunt, vel à consulendo, vel quod alios consulerent, vel quod ab aliis consulerentur. Duo instituti fuerunt, ideò, ne novam libertatem committerent periculosè uni. Lips. *de veteribus magistratibus, cap* 7. & diviso imperio si alter malus esse voluisset, alter, eum (habens potestatem similem) coerceret.

Eu-

Eutrop.lib.1. P. de Andlo *lib. 1. de imper. Rom.cap.6.* Annui fuerent, ne diuturnitate insolescerent, & civiles semper essent, qui, se post annum scirent futuros esse privatos. Eutrop. *d.loc.* P. de Andlo *d.loc.* Unde Senec. *lib.1.de im cap.ult.* Cōsulatum *annuum honorem vocat.* Cyprianus & Lactantius *annuam dignitatem.* Tertull. *de patient.in fin. unius anni volaticum gaudium.* Huc referenda *l.3.& 4.C. de Consul.& Nov.105.* Sub horum potestate Respub. Romana libertate adeptâ in immensum augmentari cœpit, teste Salustio, cujus augmenti causa hæc videtur esse, quod Consules primò Regiâ potestate populum regebant, nec quicquam nisi nomen immutatum erat. Quę potestas omnium est optima, adq; Reip. augmentum & conservationem accommodatissima, ut infrà suo loco dicetur. Quę autem Consulum fuerit potestas, Polyb. *lib. 6.* eleganter describit: *Consules* (ait) *antequam exercitus educantur, Romæ præsentes omnium publicarum actionum potestate funguntur. His reliqui Principes cuncti subjiciuntur, & obediunt, præter Tribunos Plebis. Et in senatum illi legationes ducunt, & urgentia*

consilia proferunt, ac totum edictorum (sive senatus consultorum) negotium ipsi exequuntur. Denique quicquid per plebē, quod publica negotia concernat, perficiendum est, hujus cura pertinet ad ipsos. Illorum est convocare concionem, illorum proferre edicta (sive senatus consulta) illorum ea, quæ a pluribus decreta sunt, dispensare. Denique & bellicus apparatus ad eos pertinet, ac universæ, quæ sub cœlo est œconomiæ, prorsus imperatoriam, ac regiam habent potestatem. Licet enim ipsis constituere millenarios judices (sive Tribunos militum) qui videntur imperare belli sociis, conscribere exercitus, ac seligere socios ac necessarios. Et præterea in ipsorum potestate est, quēlibet ex subditis ubi libet commorantibus punire. Et id quoq; potestatis habent, ut sumptus ex ærario publico, quantum ipsis videtur, faciant, &c. Hactenus Polybius. Ex his manifestum evadit, penes Consules summum fuisse jus, regiæ potestatis exemplo. Itaq; à Cicerone, *de LL. & in orat. ad Q. Fratr. regium imperium* à Livio *regia potestas*, à Cassiodoro *lib. 2. variar. Epist. 2 fastigium dignitatem* non injuste appellatur. Hinc & Ovid. *4. Trist. Eleg. 9.*

--nullum

——nullum Martis summum
Altius imperium Consule Roma videt.
Sed non diu regiam hanc & summam potestatem Consules retinuerunt. Nam Valerius *P*oblicola Ann. M. 3465. & U. C. 246. communicavit jura majestatis populo. Plutarch. *in Poblicola*. quæ magis magisq; importuni Tribuni parib9 extorserunt, donec in plenam Democratiam Respub. degeneraret. Hæc de Consule, a quo alius est Proconsul, quem Valla *lib. 4. Elegant.* appellat non eum, qui pro alio Consule præest provinciæ, sed qui cum potestate consulari extra ordinem, & ad aliquam provinciam administrandam mittitur, præterquam quod non duodecim fasces eum præcedunt qui præcedunt Consulem, sed tantùm sex; ut etiam Pretorem & Præsidem. vid. Rosin. *l. 7. c.* 42.

III. Prætores.

PRętores erant, quibus concessa erat annua potestas jura Civilia corrigendi, mitigandi, vel supplendi edictis suis, quæ in albo inituri magistratum proponebant, de iis rebus, de quibus eo anno jus dicturi essent.

sent. Joh. Althus. 1. *J.R. cap.* 8. Qui secũdum à Principe locum obtinent, *l.* 2. *§. quod ad magistr.* & *§. hunc magis. de Orig. jur.* (*L.* 1.) & Collegę Consulis appellantur. Liv. *lib.* 7. A. Gell. *lib.* 13. *c.* 14. quoniam iisdem auspiciis creabantur. Lips. *de Magistr. vet. pop. Rom. cap.* 10. ita dicti quod præirent jure & exercitu, Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* Instituti sunt Anno U.C. 388. ab initio quidem unus tantũ: postea verò circa annum II. Urb. Cond. 510. alter adjectus, qui jus item diceret, sed ille inter Cives, hic inter Cives & Peregrinos. Unde ille Urbanus, hic peregrinus dictus fuit. Quibus alii quoq; fuerunt additi, ut tandem in universũ 18. *Prętores* facti sint: donec paulatim minuente imperio, minuti ipsi, & tres creati, lege Valentiniani & Martiani Augustorum, *l.* 2. *C. d. offic. præfect. Prætor.* Lips. *d. cap.* 10. causa instituendi est, *in l.* 2. *§.* 27. *de Orig. jur.* Cum Consules avocarentur à bellis finitimis, neq; esset, qui in civitate jus dicere posset, factum est, ut *Prætor* quoq; crearetur, qui in urbe jus redderet. Omnis autem *Prętorum* potestas, quę modo esset in judiciis, his tribus verbis continebatur: DO, DICO, ADDI-

ADDICO. Primum dandi judicis significat potestatem; secundum juris dicendę & ferendæ sententię: tertium judicati faciendi & exequendi Conf. Wes. in ϖ. D. de Offic. Præt. A quo appellari non poterat. Credidit enim Princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse: pro sapientia ac luce dignitatis suę quàm ipse foret judicaturus. *l. un. de offic. Præfect. Præt. (L. 2.)*

(L. 1.) 1. in §. quod ad nulla hujus rei mentio. 2. nullius ista in l. §. qui incipiat, hunc magis, 3. propositio ipsa falsa.

(L. 2.) Autoris mens est, aut à judice dato à prætore nō potuisse appellari, aut, quod magis orationi atq; intentioni authoris videtur esse conveniens, à prætore non potuisse appellari. Falsa est utraq; sententia, & allegatio nihil ad rem. Confundit enim præfectum prætorio cum prætore, à quo tamē distinctus, uti noscitur ex 1. ff. de officio præf. prætor. & t. de officio prætoris; aut cum judice à prætore dato, qui error intolerabilior. A judice dato à prætore, potuisse appellari pretorē, probat Donellus l. 28. Comment. c. 7. edit. Hill. post. lit. e. ibi.

prætores, quoniam ipsi primo cognoscebāt, arg. l 5. de judic. non appellabantur, nisi à judicibus datis. A prætore ipso appellari potuisse patet ex l. 7. C. de appell. (cum qua conveniens est l. 13. Cod. Theodos. Petr. Gregor. 3. de appell. 14.) sive ad præfectum uti d. ll sive quod aliquando in usu, ad consules. Valer. Max. lib 7. c. 7. *Largl.* 7. *semestr.* 5. *p.* 332.

IV. Ædiles.

Dicti sunt Ædiles ab ædium cura, sive quod ędes sacras privatasque curarent, ut Varro ait *lib.* 4. *de L. L.* & Zonaras *lib.* 2. *ann.* & Dionys. *lit.* 6. sive quod ædibus prçessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, ut Pomponius *l.* 2. *de Orig. jur.* Qui inter minimos magistratus habebantur: de paucis enim quibusdam & privatis singulorum causis jura dixerunt. Cujac. 8. *obs.* 38. Goedd. *ad l.* 17. *n.* 18. *de Verb. signif.* Instituti sunt Romæ unà cum ipsis Tribunis plebis anno U. C. 281. Additi postea ann. U. C. 388. duo è patribus, qui ludorum causa præcipuè creati, vid. Liv. *in fin. lib.* 6. & *initio lib.* 7. dicti Ædiles Curules, quod sellis curulibꝰ (curvos pedes habentibꝰ)

ex Liv. *lib.* 7. Cic 7. *Verrin.* vel sellis consularibus uterentur jus dictu. Horum officium erat sacras privatasq; ædes procurare, totam urbē & inter alia in primis vias publicas tueri, incendiis arcēdis intervenire, curam habere ut Cloacę & aquæ ductus, & quęque publica ædificia munda & integra essent, ludos publicos exhibere, &c. *l pen. de via publ.* Tandem C. Julius Cęsar duos insuper alios adjecit anno U.C. 710. qui frumēto præessent, qui à Cerere Cereales nūcupati sunt *l. 2. §. deinde de Orig. jur.* Quorum officium, erat frumento annonę forensis, cibrariorum, mensuratum, & similium curam habere, ne qua fraus fieret. Ita sex tandem in Urbe Ædiles fuêre: duo Patricii, quatuor plebeji.

V. Tribuni plebis.

TRibunorum origo à seditione est. Cum enim plebs in nova libertate variè premi videretur, à patribus, anno U. C. 260. secessit in montem sacrum, nec reduci in Urbem potuit, nisi ut proprium hunc magistratum haberet, juris sui vindicem &

custodem. *Lip. de veter. magistr. cap.* 14. Quorum in Repub. Romana Democratica maxima fuit potestas. Nam de publicis criminibus quęsiverunt, & cũ cõsilio cognoverũt P. Clodius tribunus plebis lege ad populũ latâ Ciceroni, quod cives indicta causa damnasset, aquâ & igni interdixit. Et M. Virgilius in tribunatu L. Syllæ Imperatori diem dixit. Metellus Consul, teste Dionysio, à L. *Flavio* Tribuno plebis in carcerem conjectus fuit. In summa, hi senatus authoritate labefactatâ plebis potentiam auxerunt, eamque contra Senatores sæpe incitarunt. Unde perpetua seditionum flabra creduntur, quibus tamen nihil salutarius si in pristina integritate perstitissent, excogitari potuisset. Aut, disp. *de jur. Princip. conclus.* 8. Dicti sunt Tribuni, quod olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli creabantur: vel quia tribuum suffragio creabantur, Varro *de LL. lib.* 4. Quorum varia fuerunt genera. I. Tribuni ærarii, quibus attributa erat pecunia, ut militi redderent. Varro *d. lib.* 4. II. Tribuni Celerum à Romulo primum creati, teste Livio, *lib.* 1. ubi scribit, illum trecentos armatos ad custodiam

diam corporis, quos celeres appellavit, non in bello solum, sed etiam in pace buisse. III. Tribuni militum (de quibus *l. 12. §. fin. de re milit.*) quorum, duo sunt genera, primum eorum, qui Rufuli dicuntur, hi in exercitu creari solent: alii verò sunt comitiati, qui Romę comitiis designantur. Polyb. 6. *de Repub.* IV. Tribuni scholarum, *sub rubr. C. de comit. & Trib. schol.* qui scholis agentium in rebus hoc est ordinibus eorum, qui Rempubl. administrabant, præfecti erant. V. Tribuni vigilum *in l. pen. C. de apparat. magistr. mil. l. 12.* VI. Tribuni voluptatum apud Cassiodorum *lib. 7. vari. ep. 10.* VII. Tribuni matrimoniorum, idem *lib. 12. epist. 24.* VIII. Chartariorum. Id. *lib. 7. epist. 47.* IX, Provinciarum. Id. *d. lib. 7. epist. 30.* Et denique X. Tribuni chori in lapidibus.

VI. Quæstores.

Quæstores ordine primi, dignitate ultimi inter magistratus, Lips. *de vet. mag. c. 16.* De eorũ prima institutione dubitatur. Plutarchus *in Poblicola*, eorũ pri-

primum institutionem ad P. Valerium Poblicolam refert. Ulpianus *in l. un. in pr. de offic. Quæst.* de origine Quæstorum sic scribit: *Origo quæstoribus creandis antiquissima est, & penè ante omnes magistratus. Grachanus deniq; Junius libro septimo de potestatibus, etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos quæstores habuisse, quos ipsi non suâ voce, sed populi suffragio crearent, refert, sed sicuti dubium est, an Romulo & Numa regentibus quæstor fuerit; ita Tullio Hostilio rege quæstores fuisse certum est. Sanè crebrior apud veteres opinio est, Tullium Hostilium primum in Rempubl. induxisse quæstores.* Hęc Ulp. Qui nomen à quærendo acceperunt, quod conquirerent pecunias publicas. Varro *lib. 4. de LL.* Quorum varia reperiuntur genera; quidam enim pecunias publicas curabant, ex quibus alii in urbe ęrario præerant alii provincias sortiebantur. Quidam fuerunt Quęstores parricidii, qui capitalibus rebus præerant *l. 2. §. & quia ut diximus. de Orig. jur.* parricidii enim vocabulo omne homicidium vetustas cōplectebatur. Wes. *in tit. D. offic. quæst.* Quidā deniq; erant Candidati Cæsaris, qui sub Augustis Impera-

ratoribus cœperunt: eorum officium erat libros, hoc est epistolas, sive orationes Principis in senatu legere. E quorum numero se fuisse cum ... Velleius Parterculus scribit, & ab eo honore ad preturam conscendisse. erat enim is honor ad amplioris honoris gradum ascensus. & ut Ascanius ... prima senatoris administratio ... munirato primum ... honore quæstura, id plebi pro ingenti ... erit adversus Patricios. Cujacius ... offic. quæst.

Fuerunt magistratus ordinarii, sequuntur extraordinarii, quales ... Dictator, Censor, & Interrex.

I. Dictator.

In magnis periculis magnisq; calamitatibus Respub. Polyarchica nullâ ratione melius servari potest, quàm si ex communi imperantium consensu imperium ... penes ... præsertim belli tempore, uni ... mandentur, penes quem solum belli summa sit. Quod prudenter observatum à Romanis, qui Dictatorem eligebant tempore necessitatis, ad tumultus, seditiones, discordias,

&

& alia incommoda evitanda Clapm. *l.* 3. *c.* 9. *de arcanis Rerumpub.* Richt. *axiom.* 59. Quo unico remedio ab interitu semper fuit vindicata libertas. Aut. disp. *de jure princ. th.* 7. Alia quoq; exempla inter legendum passim occurrunt. Sic Seniores Gileaditarum, pugnaturi contra Ammonitas belli administrationem commendarunt Jephtæ, *Judic.* 11. *vers.* 7. *& seq.* Græci eligebant suos Asymnetas. vid. Alexand. ab Alex. 1. *gen. dier.* 6. Barclajum 3. *contra monarchom.* 5. *pag.* 133. Richter. *d. axiom pol.* 59. Patric. 1. *de regn.* 13. P. Gregor. 5. *de Repub.* 3. *n.* 10. *& seqq.* Sic hodie apud confœderatas provincias Belgicas victoriosissimus omniq; laude dignissimus heros Mauritius Dux Nassoviæ solus terrâ mariq; belli arbiter constitutus est. Et Sleidan. notat *lib.* 18. *histor. de statu religion.* nihil magis obfuisse Germaniæ Principibus contra Carolum V. belligerantibus, quâm quod non ex unius Philippi Landgravii Hassiæ arbitrio tota res fuerit administrata; sed belli consilia inter illum & Joh. Fridericum Saxoniæ Electorem fuerint divisa. Major enim & concordior vis in unius imperio; quem Collegä-

ne-

nemo aut improbè turbat, aut imperitè perdit. Lipsius *de veter. magistr. cap. 17.* Et sicut unus commodius & melius habenas tenere, & currum regere potest, sic etiam unus melius Rempub. administrare. Atque hac ratione fieri potest, ut administratio Reipub. sit monarchica, Reip. verò status polyarchicus. Althus. *cap. ult. Polit. n. 40. & 41.* Primus omniū Dictator creatus est T. Lartius, Liv. *lib. 2.* Dionys. *lib. 5.* Anno 253. Reusn. *in Isagog.* qui nomen traxit vel à Consule, cujus dicto omnes audientes essent, Varro *l. 4. de LL.* vel à dictando, quod potestate sua finita, futuros solus ipse dictaret magistratus, id est, eligeret. Zasius *in l. 2. de orig. jur. §. 18.* Alex. ab Alex. *lib. 4. genial. dier. cap. 22.* Causa prima eligendi seditio fuit, & metus ab hoste. Lips. *d. c. 17.* Postea verò etiam propter alia negotia ardua fuit creatus, ut clavi figendi causa, in pestilentia aut seditione, de quo more ex Livii *lib. 7.* Rosin. *lib. 7. antiquit. Rom. cap. 17.* III. Comitiorum habendorum causâ Magistratu majori absente. IV. Latinarum feriarum causâ. V. Ludorum Romanorum causa, qui signum daret mittendis quadrigis.

VI. Senatus legendi causa; quod bello Punico II. propter solitudinem curię institutum fuit. Erat autem Dictatoris summa potestas, hoc est, regia dominatio solo nomine excepto. Adeò ut ab eo & in primis optimâ lege creato provocare minimè licuerit. Unde Liv. *lib. 6. Dictatoris edictum pro numine servatū*, testatur. quam ob causam nuncupatus *Prætor maximus*. Liv. *lib. 7. Magister populi*. Senec. *epist. 309. Cicero 3. de finibus*. Sed tamen non perpetua, nec etiam diuturna, sed regulariter semestris fuit hæc potestas, ne in tyrannidē spatio aut consuetudine iret. Quod si negotium, cujus causa Dictator creabatur, citius confecisset, imperio abibat. Sic Æmilium Mamercum idem dies Dictatorem, & re benè confectâ privatum vidit. Post Caij autem Julii Cæsaris, qui postremus Dictator, & quidem perpetuus, contra leges patrias fuit, Dictatura penitus è Repub. est sublata. Cicero *in Philippicis*. Dio *l. 44*. Appianus *3. Civi*. Hęc de Dictatore, qui eligebat sibi ipse Magistrū Equitū è Consularibus aut prætoriis, cui ideò hoc nomen impositū, quod ei potestas in Equites committebatur. De quo fusè Rosin. *d. lib. 7. c. 18.*

II. Censor.

Quemadmodum regibus adjuncti sunt Tribuni Celerum, Dictatoribus magistri Equitum, sic Consulibus Censores, qui à censendo appellati, quod vitam moresq; examinant, & de eis inquiruunt censusitem rationem ducunt, professionem curant, & pro merito de albo eximunt, illos deligunt. Qui maximam olim potestatem habuisse dicuntur, & plus imperii quàm ullus magistratuũ: quia poterant Senatores loco movere, & equos equitibus adimere, & notare ignominiâ civem quemcunque. Rosin. *d. lib 7. cap. 10. lit.* B. Duo autem primùm creati sunt, Papirius & Sempronius viri virtute & authoritate insignes, Anno U. C. 310. *Liv. lib. 10. &* 15. Ideò autem creati sunt, quia Consules rebus omnibus propter earum multitudinem sufficere non poterant. Zonaras *lib.* 2. Et creati In annos quinque Liv. *lib.* 4. *&* 9. quia lustris duntaxat singulis cẽseri populum vetus institutum fuit. Hinc census lustralis apud *Ulpianum* à lustri spatio, hoc est, quinto anno quo lustrabantur Cives, ad discrimen census equestris, senatorii,

E aut

aut ejus census, qui in provinciis agebatur.

III Interrex

INterrex est, qui regis demortui locum tenet, donec alius substituatur. Et interregnum, ait Festus, est spatium temporis, quousque in loco Regis mortui alius ordinetur. Origo illius antiquissima. Nam *Romulo defuncto* (sunt verba Dionysii *lib. 2.*) *antequam novus crearetur rex, interregnum annum integrum fuit. Sequenti anno nemo Romæ regnavit, ad novum Interregum Magistratum delata administratione Reip. in modum hunc: Ducenti patres conscripti, ex quibus senatus Rege, Romulo constitutus erat, distributi in decurias Decemveris sorte committebant Urbis imperium. Hi non simul sed unus post alium quinis diebus lictores habebat, cæteraq; insignia regia, quæ centum per manus tradebantur à primo deinceps usq; ad ultimum, tum quinqueduanus ille Magistratus migrabat ad sequentem decuriam, & inde rursum ad aliam.* Hactenus Dionysius. Hujusmodi vacante imperio Romano Germanico apud nos sunt è septemviris, Comes Palatinus ad Rhenum, & Dux

& Dux Saxoniæ, de quibus infra. Mutâ â vero Reipubl formâ, & summâ rerum ad unum delatâ, Interreges creari desierunt Rosin. *d. lib. 7. c. 16. in fin.*

CAP. IV.

De origine & incremento veteris Romani imperii fatis, sequitur eusdem vigor & status summus, cum fatali circulo confecto, ad unius Imperatoris, nimirum Octavii Augusti potestatem Summa imperii Romani iterum recidit.

CUm C. Julius Cæsar debellatis omnibus Adversariis Dictatoris nomen & potestatem sibi delatam perpetuò sumeret, aliaq; multa contra S. P. Q. R. libertatem faceret multorum odiũ in se concitavit, ut tandem Romæ in curiâ Pompeii â M. Bruto, C Cassio, Cn. Domitio, C. Trebonio, Q. Tullio Cimbro & aliis compluribus 23. vulneribus confossus miserè perie-

rit anno ætatis 57. Plutarch. *in Cæsare.* Florus *lib 4 cap.4* Sueton. *in Jul.Cæs.* Dio *lib.* 44 Oros. *lib. 6. cap. 17.* Zonaras. *tom. 2.* Quos C Octavius, Cæsaris sororis nepos, acerrimè persecutus est. Dio. *lib. 46.* Liv. *epit.* 120. Appian. *de bello civili lib.* 3 Vellejus *lib.* 2. Sueton. *c. ult. in C. Jul. Cæs.* Percussorum fere (ait) neque triennio quisquã amplius supervixit, neque suâ morte defunctus est. Damnati omnes. Alius alio casu periit, pars naufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo cæsarem violaverant, interemerunt. *An verò Jul Cæsar legitimè & justè sit interfectus, queritur?* Negat. Keckerm. *in alt. parte syst. Log. p. 367. & 523.* Interfecto Julio Cæsare Populus Romanus Lege Regia omne suum jus, omneq; imperium ac Majestarem Octavio Augusto & in eum contulisse dicitur. Dn. Arum. *exerc. 1. θ. 18 l. 1. in pr. de constit. Princip. §. Sed. & quod princip. Inst. de I. N. G. & C. l. 1. §. sed in hoc 7 vers cum enim. C. de V. I. E.* Barto *ad. l. 11. in. fin. de. orig. jur. & ad d. l. 1. Quod an veritati historicæ satis sit consentaneum, magni nominis viri valdè*

dubi

dubitant. Nam Tacitus initio suorum annalium, Dion.*lib.*53. Sueton.*in Augusto cap.*10.*n.*26,34,35.*& seqq.*Cicero&alii longè secus narrare videntur, nempe Populũ Romanum Principibus hanc potestatem non concessisse, sed hanc eos partim donis & dolis, partim vi & armis sibi assumsisse. Sic enim Sueton.*in d. cap.* 26. *Consulatũ vigesimo ætatis anno invasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque nonnullis, qui ipsi* (Augusto) *consulatum nomine Exercitus deposcerent. Cũ quidem cunctante Senatu, Cornelius centurio princeps legationis, rejecto sagulo ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si vos non feceritis.* Idem *in cap.*34. *Leges* (ait) *retractavit, & quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam, & de adulteriis, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cum aliquantò quàm cæteras severius emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit, nisi ademptâ demum lenitâve parte pœnarum & vocatione triennii data, auctisq; præmiis.* Ex quibus constare videtur, Augustum Cæsarem non consentiente & decernente Populo Romano tantam potestatem consecutum

 fuisse

fuisse, sed dolis, vi & armis, variisq; blandimentis, technis & persuasionibus, Consulatum primum vi & armis extorsisse: Tribunitiam potestatem perpetuam, itemq; censuris ipsemet sibi sumpsisse. Quomodo igitur Regia illa lex (quæ & lex imperii dicitur *in l. 3. C. de testam.* item lex Augusti *in l. 14. de manumiss.* Augustum privilegium, *l. un. § antepen. C. de caduc. toll.*) vera & sancta lex vocabitur, cum Populus Rom. in eam nunquam consenserit, sed potius validè Augusto semper se opposuerit. Ad legis sanctionem requiritur consensus legislatoris. *§. 4. Inst. d. I. N. G. & C.* qualis in populo Romano non fuit, ex dd. E. Hæc de Lege Regia exercitii gratia dicta sunto;

Moniti meliora sequemur.

Secundum sive ultimum Romanum *Imperium est Orientale & Occidentale.*

[*L.*] *Improbanda est divisio Romani imperii in primum & secundum, seu ultimum quod supra pag 37. innuit L.*

Roma-

ROmanum Imperium ab initio vi suâ & robore admirabili concorditer unitum postea à Constantino Magno in orientale & Occidẽtale divisũ fuit,(L.1.)qui Bizantium, Urbem Thraciæ,suo de nomine Cõstantinopolin vocavit, eò translata sede Regiâ,anno Christi 311.vel secundum Cassiodorum 331. vid. Jul. Schal.*lib.5. de emendat. Temp. titulo, encæniis urbis Constantinop. nova Romæ.* De hac translatione vid, Oros. *lib.3.cap.13. lib.7.cap.* 28. Eutrop. *lib.*10. Sozom. *lib.2. cap.*2. Socrates *lib.* 1. *cap.*11. Augustin. *lib.5. cap. 25. de Civit. Dei.* Zosimus *lib.2.* Unde in Constitutionibus Imperatorum duplex statuitur Roma: una Vetus,quam Romulus condidit, altera nova, videlic. Constantinopolis, quam veteris & antiquę Romæ prærogativâ & privilegiis gaudere voluerunt Imperatores, quæ orbis caput passim jactatur. *lib.1. §. 10. de Vet. jur. enuel. l.3. §. quod si C. de natur. lib. l. 24. C. de SS. Eccl. l. 3. C. de Consul. & non sparg. Nov. 70. cap.1. Nov. 131. cap.2. l. 6. C de Sacros. Eccles. l. 40. C. de episc. & Cler. l. 4. C. de operib. publ. l. ult. in causs. pign.* Nobiliss. Dn. Præceptor Gothofr. *ad l. 6. C. de SS Eccles.* Mutius Surgensis *ad tract.*

Ant.Surg.de præfect Prat.*cap.* 21. *n.* 14; *Huc. pertinet tit.Codicis de priv. urbis Constantinopolitana lib* 11. Quo tempore cusa sunt numismata duplicis generis, pondere & valore æqualia, in quorum uno scriptum: URBS ROMA: in altero CONSTANTINOPOLIS, in utroque caput mulieris galeatæ cū ceptro vel hasta, qualis Roma pingi solebat; utriusque Cives Romani dicti. Et provincia ipsa Tracia nomen *Romania* jam tum sortita, in hanc diem retinet, *Jornand.in Getic.cap.*25. 45.& 50. Clariss. Dn. Marq. Freher. *in not. ad lib.*1.*c ap.*11.P.*de Andlo*. Sub quod ipsum tempus Aquila biceps orientis & occidentis imperium designans, facta perhibetur, cum Constantinus M. sacro sanctum Imperiū discinderet, trifariamq; inter filios dispertiretur. (L.2) Eusebius *de vita Constantini M. cap.*51. Nicephor 8.*histor. eccles. cap.* 53. Zosimus *lib* 2. Choppin. *lib.*2.*de domand.Franc.tit.*2.*n.*11. Naucler. *vol.*2. *gen.* 11. Socrates 3. *hist. eccles. c. ult*, Cuspin. *de devis. imperii*. P. Gregor.6.*de Rep. cap.*13. *n.*18.19.*lib.*25.*cap.*1.*n.*7. Joseph. Scal. *lib.*5. *de emend. temp.* Lips. *in alanyt.ad lib.de milit.Rom.* Dn. Freher. *in notis ad Andlo lib.*2. *cap.*5.

*cap.*5 & 14. In Conſtantinopoli ergò poſt Conſtantinum Magnum (*qui cum regnaſſet an 24. menſes 5. dies 10. mortuus eſt non absq; veneni ſuſpicione 22. Maii. An. U. C. 1088.* Eutrop *10.* Oroſ. *lib* 7. *cap.* 28. Socrates *lib.* 1 *cap.* 26. Niceph. *lib.* 8. *cap.* 54. & 55. Auguſtin. *de Civit. Dei lib.* 5. *cap.* 22.) Romanorum principatus permanſit: uſq; quo in Germanos imperium translatum eſt. Nam poſtea Conſtantinopoli qui regnabant, Græcorum potius atque Conſtantinopolitanorum, quàm Romanorum Imperatores appellati ſunt, P. de Andlo, *lib.* 1. *cap.* 12. Ottho Friſingenſis *lib.* 1. *cap.* 23. Petr. de vineis, *lib.* 3. *cap.* 29. At ipſi Bizantini Principes Romano titulo non ſe abdicabant, ut in eorum reſcriptis & Epiſtolis apparet. In nummo argenteo Conſtantini cujuſdam Imp. legitur hæc Epigraphe: *Conſtantinus in Chriſto Deo fidelis Imperator & Moderator Romanorum, & ſemper Auguſtus.* *Et in Nov.* 59. Leo Imperat. Philoſophus, Dominum ſe orbis terrarum, ceu unius familiæ jactat. Imò verò ſe ſolos Romanos haberi volebant: & noſtros Cæſares non aliter quàm Latinos & Francos dictabant, ut notavit Dn. Freher. *d. loc.*

d.loc.S.ad quibus te nunc lachrymis (sūt verba P.p: Andlo *lib.1.c.12.de imperio Romano*) *atq; lamentis prosequar, inclyta Constantinopolis, nescio; quæ non solum utroque imperatore tuo viduata, tam te cernis hodie, sed & in multo charissimorum Civium tuorum sanguine virgineoq; effuso cruore Christiano etiam corpori subtracta es! dum te nuper auxilia petentem undiq; , nec impetrantem impiissimus Turcorū Princeps Christiani nominis cruentissimus, & acerrimus hostis cū innumerabili Sarracenorū multitudine in deditionem cepit, sanctuaraq; optima Dei nostri prophanavit , anno incarnationis ejusdem M CCCC.XX.nona mensis Julii. Enimverò plangendū est valde, eam urbem sub infideliū imperio nunc ancillari, quæ toti quondam orienti leges dedit. Sedet itaq; jam in tristitia domina gentium, & non est ex omnibus qui consoletur eam.* De expugnatione & exadio Constantinopoleos scripseruut Laonicus Chalcocondiles *lib.* 8. Continuator Michaelis Glycæ, *Commentariorum Pii Papæ 2.lib.*1. Richerius *de rebus Turcicis lib. 4.* Macullus *lib.* 3. *epigr. de exilio suo*, Georg. Protovestiacius *lib.3, Chron, cap.* 17. Crantzius *Saxon. lib.* 11. *cap.* 33. Æneas Episcopus

Senen-

Senensis *epistola 130.* Ligurino *lib. 3. Austriados*, Leunclavius *in continuatione Glycæ in Pandectis, & Musulmana.* Michael Beutherus *animadvers. histor. cap. 8.* Joseph. Scalig. *lib. 5. de emend. temp. tit. de an Constantinop. à Mucharunde Turca captæ.* Notatu verò diguum est, urbem hanc à Constantino M. Helenæ filio instauratam, sub Constantino Palæologo, itidem Helenæ filio à Turcis occupatam esse. Rectè itaque dixit Jornandes *lib. 1.* In eis sæpè regna deficiunt à quorum nominibus inchoant. *Heinric. Meibom. ad Schleid. de IV. Monarch. p. 464.*

(*L. 1.*) 1. *Videtur imperium ante Constantinum hoc modo divisum fuisse. Nam Numerianus Orientale, Carinus verô Occidentale, uno tempore imperatorio nomine administrarunt. Idem factum fuit â Flavio Constantino, & Galerio Maximiniano, quorum hic Orientis, ille Occidentis tenuit imperium.* 2. *Videtur hæc imperia Constantinum potius univisse, quàm divisisse. Cum enim eo tempore, quo ipse occidentis tenebat imperium, Licinius â Galerio Maximiniano Cæsar creatûs, Orientis teneret imperium, Christianos autem hostilem in modum vexa-*

ret-

ret cum violentia postquam frustrà debor tatus fuisset, debellatum cum vita imperio nudavit 3. Nec verò cum sedem regiam Constantinopolin transtulit, protinus imperium divisit, sed unius potius imperii diversas tenuit sedes.

(L 2) Testamentum condidit Constantinus, atque eodem imperium suum inter liberos hoc partitus est modo. Constantino addixit partes Alpium, Galliam, Hispaniam, Britanniam, Orcades, Hiberniam, Thylem. Constanti dedit Italiam, Aphricam, cum insulis, Illyricum, Macedoniam, Achaiam, Peloponesum, Græciam. Constantio adstripsit Asiam & Thraciam. Hoc Classici authores literis consignarunt, at nullam illi Aquilæ bicipitis mentionem faciunt. Quod si verò inde ad insignia ratio duci debeat, non biceps, sed triceps potius Aquila constituenda fuerat, propter triplex imperium. Huc pertinent ea, quæ integro capite disputavi de insignibus Imperii, ad calcem tractatus mei de jure publico. lib. 1. cap. ult.

Cæterum, cum ea, quæ de re eadem loquuntur, in confinio posita esse debeant, *l. 2. §. igitur prima, C. de V. I. E.* non possum non subjungere quædam de donatione

ne Constantini M. tanquam superioribus valdè affinia. Quæritur igitur. *An donatio Constantini Sylvestro Papæ sit facta?* Quam quæstionem adeò veram esse putavit Baldus, ut in hæc verba eruperit: is, qui contra hanc donationem loquitur, caput ad Montem Murellum percutiet. referente Everh. *in Top in loco à verisimili, n.* 15. *in fin.* Confirmant eam his rationibus; Si Domini est terra & plenitudo ejus, *Exod.* 25. *n.* 5. *Psalm.* 24. *in. pr.* Ergo etiam Papæ. Ratio conseq. quia Papa est vicarius Christi, *c. licet. de elect. c. quanto. de translat.* Panormit. *c. novit. n.* 11. *extr. de jud.* Sigism. de Neapol. *cons.* 40. *n.* 13. & omnia non ut homò, sed ut Deus administrat, *c. ad apostolicæ.* §. *nos itaq; de sent. & re judic. c. inter corporalia, de translat. Episc.* qui super gentes & regna à Domino constitutus est, *per extravag. de consuet.* qui DEUS in terris, *c. sacerdotibus* 11. *q.* 1. *c. satis evidenter dist.* 96. Qui denique Dux Cristianorum, Regum pater, Legum moderator, cui claves traditæ, cui oves commissæ sunt, imò qui non modò ovium sed & pastorum unus omnium Pastor

cen-

censetur, qui sal terræ, orbis lumẽ [& qvid non? constitutus est. II. Probant ex *distinct.* 96, ubi tenor donationis & privilegij describitur. Cujus privilegii etiam meminit Hincomarus Remens. *Epist.* 3 *cap.* 13. Gotfried. Viterbien. *par.* 6. *Chron.* 32. Ado Viennens *Æl.* 6. Burchard. *lib.* 2. *Decr. cap.* 5. Thom. Aquin. *Summæ part.* 3. *quæst.* 76. *arg.* 4 Jvo Carnol. *part.* 5. *cap.* 49. Leo IX. *Epist.* 1. *cap.* 13. Pet. Damianus *in disceptat. Synod.* III. Fundamentum est in *c. futuram* 12 *q.* 1. *IV. per c. fundamenta.* § *ne autem de elect. lib.* 6. V. hanc sententiam juvat *clement. unic.* § *ipsaq; omnia de jurejur.* Deniq; dicunt, Constantinum Regis nomen recusasse, Christo imperium tribuisse, Sic enim C: Juvencus Presbyter in epilogo Histor. Evangel.

Constantinus adest, cui gratia digna merenti,
Qui solus regnum sacri sibi nominis horret
Imponi pondus: quo justis dignior actis
Æternam capiat divina in secula vitam.

Pro hac sententia tanquam pro aris & focis pugnant Gloss. *in Clement.* 1. § *cæterum. de jur.*

de jur.fur. Bart. *in l.1. de offic.praefect Urb & ibidem in* §.*initio.4.n.4. l. in omnibus D.ad* SC.*Trebell. Idem in l.prohibere* § *planèquod vi aut clam.item in authent. quomodo oporteat Episc.n.3.& 10.& in l.hostes.n. 4. de captiv.* Baldus *in proœm.Digest.n.36.cum seqq ibi Raph.Fulc.n.15.& in proœm.feud. n.* 32.*& in l.filio quem* Pater.*n 6.de lib.& post. item in l.Constit. Cadic.in pr. n.30. &* 31 *ibi* Salycet.*n. 6.7.8.& in c.licet causam.n.7. ext. de probat.*Innocent.*in c.quod in dub. de renunci.& cap.fin.de restit.in integr.* Abb. Panormitan.*in c.per Venerabilem qui filii sint legit.& consil.84.lib.2.*Cardinalis Alexandrinus *in Clement.1.de summa Trinit & fide Cathol.& in Clemen.Remani vers.porrò de jurejur.*Speculat.*in tit.de instrumẽt.edit. §.nunc autem & in* §.11.*vers.quid si Imperator.*Joh.de Jmola *in rubr.n.23.ibi Butig. n. 2.D. Verb.obblig.*Joh.Andr.*in add.specul.in t. de jurisd. omn.jud.* §. 1. A. de Isern.*in c.1. qui feud.dar.poss.*Alex. *in l.omnib. ad S C. Treb.n* 3.Abb.*c.intellecto.n.6.extr.de jurejurand.* Abbas *c. inter. dilectos n.* 11. *de fidè instrũ.*Felin.*c.solutae.n.5. extr.de major.& obed.*Cyn.*in.l.cõpetit.C.de praescript.30.an& in l.pen.C.de bon.quae lib.*Gl.& Dd.*in l.pr.&*

§.1.

§.1. *de offic. Præsid.* Mart. Laudens. *tr. de princip. concl* 84. Bertach. *tr. de gabell. p. 1. n.3.* Angel. Perusin. *in l. si. certarum* 17. *de. testam. milit.* Lud. Romann. *in l. 29. qui heres in pr. de acquir. hered.* Berr. *decis.* 69. *n.* 2. Cæs Lambert. *tr. de jur. patronat.* 1. *lib. 6. q princ. n.* 11. Paulus de castro, *cons.* 72. Castald. *in tr. de imper. q.* 51. Ant. de Rosell. *in tr. de pot. Imp. & Papa* §. *ult.* Augusti. Triumph. *de pot. Eccl. q.* 43, *art.* 1. *cum seqq.* Oldrad. *cons.* 85. Covar. *var. resol. lib.* 4. *c.* 26. *n.* 8. *v.* 2. Didac Segura. *l. 3. §. fin. n.* 109. *v. adde de lib. & post.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 43. *n* 29. Claud Seysel. *in spec. feud* Fachin. 8. *contr.* 1. Capis. *tr. de n. test. p.* 1. *c.* 12. *n.* 20. Pereg. *tr. de jur. fisc. lib.* 1 *tit.* 2. *n.* 27. Ripa. *resp.* 175. *n.* 9. *vol.* 1. Sed nunquam hanc donationem factam esse certo certius est. 1. Quia eandem aliter Leo IX. *in epist.* 1. *ad Michael.* aliter Melchiades *in. c. futuram* 12. *q.* 1. aliter Ballamon. *in Photii Nomocanon. tit.* 8. *c.* 1. aliter Nicolaus III. *in. c. fundamenta de elect. in* 6. aliter Matthæ. Blastar. *in sinops. jur. canon. c. de Bulgar. Cypr. & liber.* aliter Petrus Damian *in discept. synodali.* Alber. de Rosate. *tit.* C. *de offic. præfect. Urb.* Martin. Polon. *sub. Sylvestro.* alii aliter

pro

proponunt. Ita ut vel hoc nomine ob diversas & sibi mutuò repugnantes formulas, donatio illa meritò suspecta sit, *arg. l. scripturæ* 14 *C. de fide instrum.* II. Quia nulla usquam in toto jure Civili hujus donationis fit mentio, quæ certè, tanquam notabilis, specialiter notari debuisset. *arg. l. 2. item. apud. §* 1. *ex quibus causis majores.* Muscor. *tr. de jurisd. n.* 24. *vers. postrem.* Seraph. *tr. de juram priv.* 22. *n.* 60. III. Probati authores, quotquot de rebus gestis Constantini scripsêre, hujus donationis ne verbulo faciunt mentionem. Nō Zonarás *ann. tom.* 3. ubi integra fabula de sanata Constantini lepra legitur. Non Eusebius non Sozomenus; non Socratres: non Zosimus, nec quisquam alius. Quid quod ipse Platina, quæcunque de Constantini lepra dicuntur, fabulosa esse, cēseat. Platin. *in vit Marc.* IV. Quia Sylvester mortuus est anno Christi 330. Atqui dicunt hāc donationem factam esse eo anno quo est baptizatus, anno Christi 337. Facta igitur erit Sylvestro septimo anno postquam jam mortuus erat. V. Quia Constantinus filiis suis tribus imperii corpus divisit. Cōstantinus Occidentalium partium, Constantius

Orientalium, Constans, interjectarũ Princeps constitutus. Niceph. *lib.* 8. *c.* 54. Euseb. *lib.* 4. *c.* 51. Zosim. *lib.* 2. Non igitur Sylvestro tradidit. Concludimus igitur, Constantini donationem esse falsam, fictitiam, commentitiam, atq; ementitam, licet eam in dubio relinquant Anton. Archiepisc. *part.* 6. *t.* 8. *cap.* 2. Cagnol. *in proœm. D. n.* 79. Alciat. *lib.* 7. *Parerg. cap.* 19. Volater. *lib.* 3. *Geograph.* Hironym. Cathalan. *in praxi cancellaria Apostolica.* Hieron. Balbus. *in lib. de coronat. ad Carol. V.* Nicolaus Cusan. *lib.* 3. *de concord. Cathol. c.* 2. Zonar. *de Imper. Rom.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 6. *cas.* 559. *num.* 10. Cujac. *lib.* 1. *respons. Pap. ad l. legatus* 20. *de offic. Præsid.* Valsq. *l. contr.* 65. *n.* 27. Negant verò & impugnant apertè hanc donationem Valla *in libello de ement. Constant. donat.* Æneas Sylvius, antequam sub Pii V. nomine Pontificatum adipisceretur, qui stolidos nominabat istos Legistas, qui tantopere sudarunt in disputando, num ea donatio valeat, quæ facta fuit nunquam teste Felin. *in c. solita n.* 5. *extr. de major. & obed.* Gloss. Specul. Saxon. *lib.* 3. *art.* 63. Igneus *in l. donationes num.* 22. *C. de donat. inter vir. &*

uxor. Balduin. *ad l. Constan.* M; *lib.* 1. Molin. *in com. ad edict. Heinrici Regis num.* 135. *Idem in addit. ad Alex. de Imola conf.* 24. *lib.* 1. Longavall. *in rep. l. imperium D. de jurisd. p.* 4. *ea lex autem spramen, num.* 45. *v. unde orta.* Guicciard. *lib.* 4. Everhard. *in Tob. in loco à veri simili num.* 15 & *seqq.* Rodolph. Hnspin. *de origin. & usu templi lib.* 5. *cap.* 2. Phil. Camer. *cent.* 1. *hor. subcis. c,* 61. Brutum Fulmen. Phil. Mornæus *in myster. iniquit. de Syvestro.* Thom. Michael. *de jurisd. th.* 18. Schneid. *in præm. Instit. ubi in marg.* Dn. Gerhofr. & Wesembec. ubi dicit, ideo *in c. Constantinus di. st.* 96. adjunctam fuisse vocem *Palea*, ut inanitas commenti notaretur. Sicuti enim, paleæ & grana frumenti vilia sunt, nulliusque momenti: sic capita asterisco notata omni pondere carent inter cætera. Gilb. Reg. *conciliat. lib.* 1. *cap.* 24. seu (quæ est Alciati sententia) paleæ canones dicti sunt à Græco, παλαὶ, quâ voce Græcis notantur ea, quæ fabulosa, fatua, & ob vetustatem obsoleta sunt. Alciat *pareg. lib.* 12. *cap.* 3. Philiph. Melancth. *in Chron. lib.* 3. Sleid. *de IV. Monarch, lib.* 2. Otto Frising. *lib.* 4.

qui scribit fuisse Gratiani tēpore, qui donationem illam fictam esseverarent. Marsil. Pajavin *in lib. suo, cui titulus, Defensor pacis*. Ludolph *de Badenberg. de jure regni imper. Röm. cap.* 13. Joh. de Parisiis *tr. de potest. regia & papali*. Theophil. Bonasius *lib. 10. de politia civitatis DEI, cap.* 11. Dn. Marq. Freher. *in not. ad P. de Andlo p.* 154. *& seq.* Cluten. *in syll. rer. quot. th.* 7. Ant. Coler *in disp. de jure imperii German. th.* 4. Aut. disp. *de jur. princip. th.* 18. Goth. Anton *disp. feud.* 2. *th.* 3 *lit. a.* Quibus adde die stattliche außführung der Vrsachen/ warumb die Chur vnd Fürsten/ auch andere Stände der Augspurgischen Confession des Pabstes Pii. IV. außgeschriben vermeindes Concilium so er gegen Trient angesetzet/ nicht besuchen können. *An verò hæc donatio si facta fuisset, jure valuerit, & si valuerit, etiamnum revocari possit?* Negat expressè Raph. Fulg. *proœm. Dig. veteris in pr. n.* 15. Ripa *resp.* 170. *n.* 1. *Sed verior* est affirmativa sententia. Quia Princeps, cum moderator Reip. nō eversor cōstitutus, jus Reipub. pactionibus mutare nō potest, *l.* 2 *§ jus Reip. de admi-*

adminiſtr rer. ad Civ. pertinent. Hotom. *ill. quæſt.1.* Pruck. *in* § *ſi ſtâ poteſtas memb 2. c. 4. eff* 6. ac proinde largitiones quę in detrimentũm regnorum fiunt, jure non conſiſtunt. Brutum fulmen. Huic ſententiæ accedunt gloſſ. *in c. ego.* *Ludovius* 63. *diſt. V. Zaſ. in l. princeps n.* 6. *de LL.* Everhard. *in loco à veriſimili n.* 16. Thom. Michael *de jurisd. θ.* 16. & 19. Brutum fulmen Nihil obſtat, quod Raph. *Fulg. d. n.* 15. *de præſcriptione* immemoriali, quæ vim ſpecialis privilegii obtinet, Myn ſ. *cent.* 1. *obſ.* 30 & *cent.* 4. *obſ.* 24. *item cent* 5. *obſ.* 29. *num.* 10. Borch. *c.* 1. *n.* 6. & *n.* 15 *Quæ ſint regal.* Peregr. *tr. de jure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 65. objicit. Quia malæ fidei poſſeſſor nullo nunquã tempore præſcribit, *c. vigilanti* §. *fin. extr. de præſcript. c. poſſeſſor. de R. J. in* 6. Tiraq. *in tr. de præſcriptin pr.* Pinell. *in auth. niſi tricennale n.* 56. *C. de bon. matern.* Neguz. *in tr. de pignor* 2 *menbr.* 6. *n.* 1. Valq. *ill. controv. c.* 3. *n.* 8. & *c.* 79. *n. item c.* 81. *n.* 18. Felin. *c. cum nobis n.* 1. *ex* 8 *r. de præſcript.* Ant. Gab. *Rom. tr. regul. lib.* 5. *tit. præſcrpt. concl.* 1. *n.* 57. ubi innumeros allegat.

CAPUT V

Occidentale imperium est Romano-Germanicum, quod à Græcis ad Francos, & hinc ad familiam Othonum & gentem Saxonicam est translatum.

Q. Quæritur hoc loco: *Quomodo imperium Romanum ad Germanos pervenerit?* Resp. *Duplex* est causa, principalis seu prima, & minus principalis seu secunda. Principalis est DEUS, *l.1.C.de vet.jur.enuel.& in pr. Const.de concept. Digest.Nov.28.c.4.in fin.* ibi. Hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui imperii nobis coronâ imposuit. *Nov. 73.in pr.c.1.§.1. de probib.feud alien.per Lothar.c.fi.Imperator.c.cum. adverum dist.96.* DEUS enim ut est unicus & summus in & à seipso DOMINUS, Monarcha & Imperator, ubiq; præsens ac omnipotens: ita magistratus & Gubernatores in terra omnes, non in & ex se ipsis habent, sed ab illo unico, & summo Domino, ut essen-

tiam

etiam & omnia bona, ita dominium, authoritatem & potestatem imperandi Dn. Casman, c. 2. Pol. pag. 11. & 12. DEUS est, qui de gente in gentem regnum transfert ac per illum Reges regnant, & justa decernunt. Salomo. in lib. Sap. cap. 6. v. 5. Proverb. 8. 15. Dan. 2. v. 21. Esa 45. Deut. 11. v. 9. Syrac. cap. 1. & 17. Augustin. lib 4. de Civit. DEI Warem. ab Fremb. de Reg. subsid. fol. 40. & potestas à DEO est, Roman. 13. Hinc illud vulgatū in Diplomatibus Imperatorum ortum videtur: Wir von GOttes Gnaden Non: Von des allerheiligsten Vaters des Pabsts Gnade. (Quod an rectè superiorē agnoscentes usurpēt, dubio non caret. Afsim. de imperii Pricipibus Cōfer Richard. Dieter. de sūsummi imper pot. §. 12. 13. 14] Cluten. in. Syll. rer. quot. th. 4. lit. e. ubi cōtra Bellarminum, & Covar. ostendit Reges immediatè à Deo suam habere potestatē, licet modi acquirendi eam potestatem sint humani. Id quod communi Principū Electorum decreto Anno 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato, referente Aventino lib. 8. art. 2 pronunciatum est

sacrum Romanum imperium summum esse universi orbis magistratum, & à nullo, nisi à Deo recognosci. Idẽ affirmat Hẽricus Auceps ad filium Ottonem M. *En tibi, inquit,* Imperium non à Majoribus mihi relictum, sed per memet ipsum acquisitum, & à solo Deo concessum. Wittich. *lib. 2. rer. Saxon.* Et Ludovicus Bavarus in constit. de potest. elect. Imp. teste Alberic. de Rosate, *in l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præscript.* Declaramus, *ait* quod imperialis dignitas & potestas est immediatè à solo Deo. Minus principalis & instrumentalis causa est, Carolus Magnus, qui partim jure belli, partim S. P. Q. Romani voluntate, electione & suffragio: partim denique, Imperatorũ Constantinopolitanorũ consensu atque approbatione Romani imperii majestatem in Germanos suos derivavit. Cluten. *th. 4. in Syll. rer. quot.* Constat n. ex historiis, Carolũ M. triplici expeditiõne Italiam sibi subjecisse, & tandem à Leone III. quem Romani multis affectũ injuriis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem Caroli implorare coegerunt, Engerhart. *in vita Caroli M.* coronam accepisse, subsecuta fausta populi accla-

acclamatione: *Carolo Augusto à Deo coronato, Magno & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.* Monachus Egolisnensis *in vit. Caroli M.* Addit Ado Viennensis, & Regino, Perfectis laudibus à Pôtifice, more Principum antiquorum, adoratus est: atque ablato Patricii nomine, quod primum in eadem urbe acceperat, Imperator & Augustus appellatur. Monachus Egolinens *d. loc* scriptum reliquit, quod Romani sibi elevaverint Carolum Imperatorem & Augustum. Nam cum eo tempore *Constantinopoli* Irene Imperatrix excæcato filio Constantino regnaret; populus Romanus turpe ratus imperium à muliere teneri, summâ consensione in Carolum transtulit. D. Arum. *discurs. ... pub. 3.* Sic enim Sigebert. *in Chron. an. 801.* & ex eo Vincent. *in spec. lib. 23. cap. ult.* scribit: Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano jam diu animo descivetunt, nunc acceptâ occasionis opportunitate, quia mulier excœcato Imperatore Constantino filio suo, eis imperabat, imò omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamãt, eumq; per manus Leonis Papæ coronant, Cæsarem & Au-

 gustum

gustum appellant: Pipinum verò filium ejus Regem Italiæ ordinatum collaudant. Hinc. Cuspin. *in vit. Caroli M.* quæ res: *inquit*, effecit, ut solium imperii à nemine tunc occupatum, quàm à Muliere quasi offerente Numine Regi Carolo summis in religione meritis quasi debitum daretur. Quibus consentit Æneas Sylv. *in abbrev. Blondi* Pontifex [ait] scito & precibus Populi, Carolum Imperatorem Rom. declaratum diademate coronavit. Et Pius II *in cap. 9. de ort. & autor Imper. Rom.* qui dicit, Populũ Romanum, qui suo sanguine pararat imperiũ & suis virtutibus Monarchiam fundaverat orbis, desertum à Græcis, venientem in auxilium Carolum M. qui urbem sacraq; loca, ab omni hostium incursione defendit, primò *Patricium*, post *Augustum*, concurrente summi Pontificis consensu, salutasse Cæsarem. Acquisivit igitur Carolus Germaniæ imperium armis, haud secus ac Nimrodus Babylonem, Cyrus Persiã, & Alexander Græciam. Rerumpoblicarum & regnorum fatalis quædã est fortuna, qua à gente ad gentem illa justissimo Dei judicio propter ἀσέβειαν, ἀδικίας καὶ ἀσέλγειαν

trans-

transferuntur. Syrac. lo. v. & Christ. Stur ccius *de imperio Germanorum 1. num. 7.* Ridendi igitur Pontificii & eorum assentatores, qui narrãt Pontificis authoritate ad Germanos imperium transiisse. Innocentius III. *in c. Venerabilem de Elect.* scribit, jus & potestatem eligendi Imperatorem ad Principes ab Apostolica sede pervenisse qua Romanum imperium in personam Magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos. Idẽ. vult. *gl. in c. in apibus. 7. q. 1. ibi. Qui dicit Imperatorem jurisdictionem habere sine Papa, dicit nos Imperatore carere.* Non commemorabo hîc Hadriani IV. omnium ferè Pontificũ impudentissimi, qui primus hoc affirmare non erubuit, epistolam ad Frider. Imper. Ænobarbum, quæ extat apud Radevicũ *lib. 3 de reb. gest. Frid. 1. cap. 10.* Non recensebo superbam & Thrasonicam legati Pontificii orationẽ, quam recenset integram Aventinus *lib. 6.* Taceo Alexandrum III. Pontificem Romanum, monstrum illud monstrosissimum, qui Fridericum I. Imperat. vi & armis per tyrannidem summam coëgit, pro templi foribus humi procumbere, & cor-

pus

& ingens armatorum numerus, more gentis, eum prosequeretur, forte fortuna bubulcus nescio quis eum aspiciens, vehementius ridere cœpit: Ac interrogatus, quænam tanti risus causa esset, respondit: Valdè sibi ridiculum videri, quum Petrus Apostolus, sacerdotalis ordinis Princeps in tantâ inopia vitam egisset, qui fiat, ut ejus successores adeò locupletarentur, & Regibus Satrapisq; pares fierent. Objiciente verò Archiepiscopo, personam se duplicem sustinere, Ducis scilicet & Episcopi, & tùm Ducis munere fungi, eum armatus, satellitioq; stipatus incedat: in sacra autẽ æde Episcopum & sacerdotem agere: multò majorem cachinnum sustulit Rusticus. Denuò igitur causam rogatus: velim, inquit, hoc unum abs te doceri, cum hunc Ducem, cujus Personam geris, jam fato functum cacodæmones ad inferos rapient. quonam iturum esse Episcopum existimas. Nec tantùm in Impp sed etiam in alios Reges & Principes potestatem & imperium planè Phaëtonæâ audaciâ sibi sumpserunt Pontifices quâ de re videri potest Lancell *lib.1.c.2. de Reg.* Sufficiat unum atq; alterum exemplum adduxisse. Primum

nos. Herman. Contractus *in Chron.* Marianus Scotus *Chronici lib.* 3. Lupoldus de Babenberg *in proœm. libri de jurib. imperii.* Eginarth. *in vit. Caroli* M. Paul. Diac. *lib. 23. rer. Roman.* Amonius *lib. 4. de reb. gest. Francor. c. 90.* Ado Episcop. Viennensis. *in Chron. ætate 6.* Rhegino Abbas Prumicensis *lib. 2. Chronici.* Luitprandus Diaconus Ticinensis 6. *hist.* 6. Witichindus Corbejensis Monachus *lib. 6. gestor. Saxon.* Dodechinus Mariani continuator. Lambert. Schaffnaburgensis *in histor. German.* Otto Episcop. Frising. *lib. 5. cap. 31.* Conrad. Abb. Urspergens. *in Chron.* Godof. Viterb. *in Chron. univers. quod Pantheon appellavit.* Matth. Palmar. *in Chron. an. 801.* Blondus Flavius *Decad 2. lib. 1.* Joan. Trithe. Abbas Spanheim. *in Catalogo scriptorũ, in nomine Leonis III.* Joan. Naucler. *In Chronograph. gener. 27.* Antonin. *in hist. part. 2. t. 14. c. 4.* Polyd. Virg. *lib. 4. de invent. rer.* Raph. Volateran. *lib. 3. Geograph.* Robert. Gang. *lib. 4. Compendii de reb. gest. Francor.* Philip. Bergomen *lib. 11. supplement.* Donat. Acciajol. *in vit. Carol.* M. Joan. Cusp. *in vit. C. M. & Caroli calvi.* Alb. Crantz. *lib. 2. Sax. cap. 18.* Jac. Wymph. *in epit. rer. Germ. c. 9.* Aug. Triũph.

in

*in summa de potestate ecclesiast q.37. de imperii translat. art.2.3 & 4.*P. de Andlo de Rom. imper. *lib.2. c.9.* Alphons. Alvarez Gurrerus *in speculo utriusq; dignitatis c.56. n.4.* Rob. Bellarm. *de translat. imperii ad Græcos advers. Math. Flacium Illyricum. lib.1.c.46.* Gier Gigas *de crim. læsæ majest. lib.1.tubr. qual. & à quib. crim. læsæ majest. com.* Lancell. *in templ.omn.jud. lib.1.c. 1. §. 2. q.2.* Verùm enimvero contraria sententia tum rationibus tū etiam veritati historiæ magis consentanea est, quod partim ex dictis, partim ex dicendis constabit. I. Quomodo enim Papa Carolo Imp. dare potuit, quod non habuit *arg. l. nemo. plus de Reg.jur.* Quod autem non habuerit, manifestum est ex Leonis Caroli M. tempore Pontificis ad Carolum querela: Debuisse sequidem ad Imperatoris fidem & auxilium confugere, verùm id propter ea facere non potuisse quod ab illo plus detrimenti quam auxilii expectandū sibi esse viderit. II. Quia nemo militans Deo implicare se debet negotiis secularibus *c. reprehensib. 32.q.8.* III. Spirituale Christi regnum sub elementis hujus mundi quærendum non est. *c. duo. sunt, 12.q.1.* IV. Sicut Christus &

Apo-

Apostolis in terris Imperatori fuerunt subditi, ita successores quoque eorundem subjici eidem debent, ne sibi judicium assumrant. *c. magnum 11. quæst. 1 & c. qui resistit ibid. q. 3.* Nam imperialis potestas à DEO est *c. si Imperator. dist. 96* & omnia Pontificis jura in manu Imperatoris sunt *causs. 23 q. 8. cap. conventor.* & Pontificialis apex Imperatoriæ potestati in est *dist. 21. c. Clericos.* Quin uno plus Pontifices & Episcopi ab Imperatoribus investiti & depositi fuerunt, quod vel unico illo Henrici IV Pontificatum Benedicto X. abroganti, Nicolaumque II. substituentis præjudicio demonstratur, vid. Th. Michael *de jurisdictione th. 10.* Hinc nō immerito anno Christi 1157. à Friderico Imperatore læsæ Majestatis rei declarati sunt, qui imperium à Pontifice translatum esse defendunt. Hieron. Balb. Episc. Gurtzens. *in lib. de coronat. Carol. V. Imp.* Sed quid ad hæc Pontificii? An destituuntur, quibus Pontificis superioritatem defendant, testimoniis? Minimè gentium. Annon enim Pontifex a DEO super regna & gentes constitutus? *c. omnes Principes de major. & obed. c. unam sanctā extravag. comm. de consuet.* Annon Papa

iudex omnium sed nemo ipsius *c. patet. 9. q. 3.* Annon imperia confert & transfert, juxta dictum: Quodcunque legaveris, *c. ad Apostolicæ de sent. & re jud. in 6. c. alius 15. q. 6* Annon tantum Imperatori quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, *c. solitæ. § præterea de major. & obed.* anima corpori, præstat *c. duo sunt, cum seq. dist. 6.* Sed hæc deliria sacræ literæ abunde refutant, & Papam, qui secus sentientes excommunicare cupit, ex ipsius Dei ore excommunicatum & male dictum perditionis filium esse affirmant. Obtinuimus nostras per rationes Imperium Romanum divina favente Clementia á Carolo M. ad Germanos fuisse translatum, Bodini Germanici nominis infensissimi hostis, jā retundendus error est, qui Carolum natione Gallum in Gallia natum, linguâ quoque moribus & institutis Gallorum unà cum suis majoribus educatum, atque adeo imperium ad Gallos translatum scribit *in meth. histor. c. 7.* Falsum namq; est Carolum M. esse Gallum: Natus etenim est in villa Ingelheimi quæ duobus fere milliaribus distat ab urbe Moguntina. & habitu usus Germanico Germanico quoq; Idiomate Grammaticam

cam conscripsit Crantz. lib. c. 8. rer. Sax. Aventin. lib. 4. Mensibus item & ventis nomina impoluit Germanica Cuspin. in vit. Carol. Evangelia Germanicis rithmis edidit. Spanheim & Trithem. Unde & illi a elogia meruit, ut diceretur piissimus Christianissimus, Rector verę Religionis, defensor sanctæ Dei Ecclesiæ, Princeps & Imperator orthodoxus. Dn. Marq. Freher. ad lib. 1. P. de Andl. cap. 13. ita ut frustra sibi hunc Galli vendicent, cum Germanus fuerit & patriâ, & lingua & moribus hoc est, integritate & dexteritate. Cuspin. in vita ejus. Ludolphus de Babenberg. de jure regni c. 3. Jacob. Wymphelingius rerum Germanic. cap. 22. Hieronym. Gebusl. de libert. Germanica cap. 6. Ægidius Tschudus in descript. Rhet. Alp. c. 36. Irenicus exegeseos lib 3. cap. 18 P. de Andlo. lib. 1. de Imperio Roman. cap 13. & ibid. Dn Marq. Freher. ad pag. 64. Sleid. de IV. Monarch. lib. 3. in pr. Dn. Arumæus discurs. juris public. 3. Hotoman. in Francogall. cap. 4. Cluten. in Syll. rer. quot. lib 4. lit. f. Thom. Mich. de juris diction. lib 3 & 10 ? n ton. Coler. de jure imper. German. lib 4 & 5. Matth. Dresser. in confutat. comment opin. Bellarmin. de translat. imper. Roman. a

Græcis adGerman. Alia hoc loco movetur qvæstio: *An imperium hoc nostrum etiamnum Romanum an potius Germanicum dici debeat?* Bodin.*in method. histor.cap.7* Germanos *ait*, Romanorum imperio præ esse,quod cum ita à Germanis scriberetur, ad sui nominis & Imperii gloriam scriptum esse judicavi. Francisc. quoq; Irenicus *in exegesi Germaniæ cap 29. lib.3.* multis contendit, Germanorum rectius quam Romanorum Imperatorem dici,tum quia juris & potestatis eligendi Germani compotes sunt,tum quia ad ipsos imperiū translatū est, tum etiam,quia antiqui scriptores hos Germanorum Imperatores esse dixerunt Quemadmodū id videre est, ex *B*eroaldi responsione,qui interrogatur cur in commentariis ad Apulej, ... Maximilianum Germanorum Imperatorem indigitasset, in hæc verba scripsit.Appellando(*ait*]*M*aximilianumGermanorum Imperatorem nō Romanorum secutus sum rem non verba,censeo quoq; honorificentius esse Imperatorem Germanorum quam Romanorum, cum hoc seculo Romana nobilitas decoxerit,&fece,& quisquiliis superstitibus Germania vero

verò sit viris, opibus ac magnitudine florentissima. Præterea vocare Regem Romanorum eum, qui Germanis imperet, credidi cõvenire ambitiosis non simplicibus scriptoribus. Habeo quoque persuasissimum, sacratissimum Maximilianum non minus libenter audire, ut Germanorum dicatur Imperator, quàm Rex Romanorum, cum alterũ reipsa fulciatur, alterum titulotenus blandiatur. *Hactenus Beroaldus* A quibus non multum alienus esse videtur Joh. Sleid. *in oratione ad Carolum* V dum ita scribit, quod quidem imperiũ Romanum occidit & dissipatum est, ut & tria illa quæ orbi præfuerunt ipsum nam & ad Orientem & Occidentem Solẽ latissime regnavit quicquid in Asia tenuit & quicquid in Africa, totum est amissum. Maximam Europæ & fertilissimam partem possedit: nunc autem ex illa velutin oie creverunt alia multa regna, prorsus ab ipso corpore separata & nihil omninò reliquum est, præter titulum & nomen, quod adhuc Germania retinet, ad quam postremo est delata potestas creandi Cęsaris; qui tamen adeò nulla ex parte conferri potest cum veteribus illis Roma-

norum Imperatoribus, ut ne sedem quidem ipsam Cæsarum avitam, & priscum domicilium, urbem Romanam teneat. Hæc Sleidan. Quibus consentit P. Costalius *Adversp. part. 1. ad l. de quib. 32. D. de LL.* Hæc autem (*ait*) ad eos populos, qui sub Romano imperio sunt, rectius dicuntur, quod an sit & ubi nam sit, non plane scio. Sed his non obstantibus contrariam sententiam amplector, quam etiam defendunt Andr. Alciat *in lib. de formula Rom Imperii*, Bartolus, *Saxo* ferratensis, *magnus ille legista*, *Amboran Consil.* 429. *Lumen juris Hieronym. Butrcell. in l. 1. num. 50. & auriga, in § si quis ita n. 11 in fin. & maxima autoritatis, in d. l. 1 n. 102 D. de V. O.* dum ait, Imperator est Mundi Dominus *in l. si duas § Grammat. ut n. 2. D. de excusat. tut.* Dominus totius Mundi universalis, *in extravag. ad reprimendum, in verb. totius orbis n. 28.* P. Gregor. *lib. 7. de Republ. c. 15. n. 18. & cap. 16. n. 7 vers. convenit etiam.* P. Heig. *part. 1. q. 2. n. 28 & seqq.* Zoanet. *in tr. de Imper. Rom num* 142. Cluren. *in Syl. rer. quot. tb. 1. tit. 6.* Buxdorff. *in dissert. Aur Bull. concl. 2 lit. h.* Ant. Cole. *de jure imperii Germ. th. 31.* Geo. Schonborn. *lib. 5. Polit c. 4. in fin.* Dn Præceptor

ptor Arumaeus *discurs. jur. publ.* 1. Rationes pro hac sententia hae sunt. I. Quia nomini imperii idem ab urbe Roma translata Constantinopolin, Romanum tamen nihil ominus semper fuit Imperium *Zoanet. d. lic. n.* 248. Et ipsi *Byzantini* Principes Romano titulo, non se abdicabant, ut in eorum rescriptis & epistolis apparet *l. 3. C. de coss. cess.* Dn. Marq. Freh. *ad lib.* 1. *P. d. Andla de Imp Rom. c.* 11. *ad p.* 51 *verb. Graecorum potius.* vide ea quae hac de re s. praedicta sunt II. Non est in parietibus Resp. sed in aris & focis. Et major, est orbis quam urbis auctoritas. Unde sub Commodo Imperatore dicebat Pompejanus, Romam illic esse ubi Imperator est Hero lon *in Commodo.* Et vulgo dicere solemus ibi curiam esse, ubi Princeps est: & ubicunq; est Romanus Pontifex, ibi esse Romam, ubi Helena, ibi Trojam Innocent. *in cap. cum ecclesiasti. de exception & accusat. de Simoni.* Bald. *in l. sed milites §. seu ignominia. de excusat. tut.* Nicol. Bellon. *cons.* 86. *n.* 7 P. Heig *d. q.* 2. *n.* 31. III. Imperium hoc praesens aut adhuc est Romanorum, aut Prophetia Danielis *c.* 2. & 7. est falsa. Posterius non est dicendum, P. Gregor. *lib.* 6 *de Rep.* 13. *n.* 24. Prius itaq; concedendum

dum erit Clarifs. Dn. Arum. *discurs. jur. publ.* 2. IV. Quia Imperatores suis in mandatis & literis se Romanorum Imperatores appellitant. Wir Friedrich von Gottes Gnaden Römischer König &c. Reformation Keyser Friederichē des dritten/ zu Franckfurt an Meyen/ *an.* 1442 auff gericht. *Itē,* Wir Carol der Fünfft/ von GOttes Gnaden/ erwöhlter Römischer Keyser. &c. Reichs abschied Anno 152 . V. Quemadmodū aquila senio non opperit, nec ægritudine, sed fame, Plin. *lib.* 10. *nat. histor.* 3. & immunis est à fulmine: ita hujus imperii dignitas in omne ævum durabilis, ab extrema delectione prorsus libera futura est. Et sicuti aquila, humeris suis portat fœtus: ita DEUS auxilio paterno sublevabit singula hujus imperii mēmbra, omnesq; fucos, qui deprædandi studio advolant, potenter repellet. G Schönborn. *d. c.* 4 *in fin.* Pulchrè. Q. Septim. Florens Tertullianus *lib. ad Scapulam:* Christus, *inquit*, salvum vult totum imperîum Romanum, quousque seculum stabit; tādiu enim stabit. P. de Andlo *tr. de Imper. Rom lib.* 1. *c* 7. necἀξίωμα Romanę Monarchiæ Germanis adimit, quod Urbem

bem Romam Cæsarum domicilium atque sedem, agrum Picenum, & Flaminium & Herruriæ partem occupant Romani Pontifices, qui non modo non agnoscunt Imperium, sed Cesares etiam Imperiiq; Præfectos tenent sibi devinctos. Neque enim spectandum est, quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat *l.12 de offic. Præsid.* Nec Romanum Imperiũ includitur aut circum scribitur loco, multò minus in persona unius vel plurium imperium, sed in universo orbe consistit, sicuti anima in corpore. E. destructa aliqua parte mundi, vel a barbaris hostibus occupata, sive uno vel pluribus captis Imperatoribus, imperium totum nulla ratione potest dici extinctum esse è Zoanetto Mart. Neapolitanus *p.1.c.21.n 27 de jurisdict.* Concludo igitur, *Imperium* nostrum rectè etiamnum dici Romanum, vel si mavis Romano-Germanicum. Romanum ratione originis; Germanicum ratione subjecti recipientis: quia à Romanis in Germanos fuit translatum.

Occidentale considero vel absolutè vel cum gradu eminentiæ.

Absolutè consideratum iterum est vel pacatum vel turbatum.

In pacato occurrit materiale & formale.

CAP. VI,

Materiale continens ut territorium, vel contentum, veluti populus.

Territorium a) quod orbe Romano b) & universa ditione spectante Orieentem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem, c) olim describebatur, definio ut nunc sunt res d) Germaniâ, Italiâ & Galliâ celtica. e)

(L.) Maxima quidem Germaniæ pars actu adhuc hodie Imperio subjecta est, sed non tota. Borussia actu ad imperium non pertinet, non Belgium, non Helvetia &c. Gallia Celtica, prout à Cluverio describitur introduct. Geograph. lib. 1. c. 11. tota Regi Galliæ paret. Italiæ vero vix decima pars, ac ne vix quidem ea actu Imperio subjecta est. Quod nec Author noster negat, cap. 13. ibi, verum postquam Aquila &c.

a] Tertia

a) Territorii vocabulum est æquivocum, *l. pallium 239 § 8 de V. S. signif. ibid.* Goedd. l. accipitur pro toto orbe, *Iabere. catio ad l. Rhod. de jact.* Quod tamen non proprie, sed κατὰ συνεκδοχὴν totius accipiendum est *l. 1. §. domum ad Syllan. conf.* D. Arumæi discurs *jur. publ. ult. thes. II.* imperii territorium non possessione sed jure ipso definitur. III. Proprie imperii territorium appellantur provinciæ illæ, quæ etiam nunc actu imperii ditioni sunt subjectæ, ut sunt Germania, Italia, Gallia, Celtica. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. cap. 1. n. 19. & seqq.* Knichendo *publ. territ. par. c 1 n 175. & seqq.* Bornit. *c. 7. de majest. pol.* Etymologia sive notatio territorii varia à variis constituitur. vel â terrendo quod magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, i. e. submovendi jus habeat, *l. 239. § 8. de verb. sign.* Brisson. vel a terendo. Varro *lib. 4 de Lat. Ling.* Unde terra in Augurum libris scripta cum R. uno vel à terra seu agro, id est, districtu. *l. 27 de Verb. signif.* alii quasi taeritorium, id est, tritum bobus & aratro, dictum putant, ab eo quod antiqui sulco ducto & possessionum & territoriorum limites designabant. Briss.

b) l. 17.

b)l.17.de stat. hom. vid. *d. discurs. juris pub eb.6.c.)*Sicut Hispani Imperii sui centrum ubique, circum ferentiam nullibi esse dicunt: Ita multi Imperatorem totius Mundi Dominum dixerunt, ita ut extra Romanum Imperium, nullum regnum dari possit, quod nō Imperatoriæ potestati sit subjectum. Quæritur igitur; *An recte dicatur Imperatorem esse totius mundi Dominum:* Affirmativa primâ fronte verissima videtur, ut pote quæ iuvatur, *l. de præratio.D.ad L.Rhod.de jact. l.Bene à Zenone C.de quadrien.præscript.l, cum multa.C.de bon.quæ liber.Nov.105.c.2.c.in Apibus 7.q.1.* & autoritate *glos.in. l benè a.Zenone C.de quadr.præscript gl.in c.per. venerabilem.qui filii sint legit. gl. in d.c. apibus gl.in c.super specula.extr.de privileg.gl in c.* Adr.63 *dist gl.in c.venerab.de elect.gl in c. convenior.23.q.8 gl.in c.si Imperat. 96. dist. glos. in cap.futura. 12. q. 1. gl. in c. ult. 50. dist.* Bartol. *in l.1.C.de summa trinit.* & *fide Cathol.*Idem *in l.1.§.per hanc de deR.V.* Idē *in extravag. ad reprimendam. in verbo totius, ibi, omnia esse Principis.* Idem *in l.si duas§. Grammatici vers.universo.de excusat. tut.*Bald.*in c.de pace ju. firmand. collat. 10.*

Idem

Idē *Consil.159.lib.3* Cyn. Bal.Paul.de Castr. & Salyc. *in l.1.C.de summa trinit.* Nicol.de Neapoli *in l.si duas §.1.de excusat.tut.* Bertach *in tract. de solutione vectigalium par.2* Oldr.*cons.69 incip.consuevit dubitari.* Joh. de Imula *in l.in famem. circa fin.de pub. judic.* Idem *in l.Imp.in pr.de appell.* Aug. *in l.si retentus servus de leg.1.* Vnde dicitur sanctissimus & nobilissimus, *l. Quaris de natal.restit.* & Christianissimus,*l.inter claras C. de summa trinit.*Chass.*in Catal.glor. mundi part.5.consider.27.* imò corporalis mundi Deus, eminens super omnes, tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis.Bald. *consil.238.lib.1.& cons. 300 lib.ult.*Ant.Gabriel.*commun.Opin. lib. 5.de A.R.conclu.5.*Jas.*in l.1.in 1. lectur. n.6. C.de summa trinit.*Martin. Garrad. (alias de Carrariis)Laudens.*in c.un.in fin. de prohib.feud.alien.*Catellan Cotta *in memorab. verb.Imperator.*Ferdin. Vasq.*ill.quæst.20. in pr.*Hinc inter sacra imperii κειμήλια globus præfulget aureus,velut tessara, Imperatorem nostrum mundi Dominum olim fuisse,hodie ipso jure esse. Petr. de Andlo *lib.2.c.8.de Imper. Rom.* ibid. Frehec. De quo ita scribit Godefredus Viterbiensis,

Aureas

Aureus ille globus pomum vel palla vocatur.
Unde figuratum mundum gestare putetur,
Quando coronatur palla ferenda datur.
Significat mundum forma prohibere rotundum.
Intus habet plenum terrestris pondere fundum,
Quem tenet arcanum palla ferenda manu.
Hac fuit ex terris mundi collecta quaternis.
Ut foret Imperii manibus gestanda supernis.
Hac tulit imperium Julius arte suum.
Taliter hunc mundum gestat manus una rotundum.
Regius includit sic omnia climata pugnus,
Taliter omne quod est regia pompa tenet.

Sed hæc opinio nullo modo est amplectenda, quia nullus Imperatorum omnes populos, omnesque gentes sub sua potestate habuit, quod late probat Chassan. *par 5. glor. mund. consid. 28.* Nec illa fundatur. *in d.*

su d. l. deprecatio ad L. Rhod. & aliis praal. lege is Leges enim illæ loquuntur de orbe Romano arg. d. l. 7. de stat. bompet synecdochen totius pro parte, qua de re vide etiam Senec. de ben. f. cap. 4. 5. 6. Dio lib. 53 Lipf. in admirand lib. 1. cap. 2. & 3. Cusan. lib 3. concord. Cathol. cap. 6. Stephus de Imper. Roman. Daut. Aligh. lib. 2. de Monarch. Hubert. Golz. in th rei antiq. cap. 5. Sylv. de ort. & aut. imp. c. 8. Hier. Balb. de Coronat. Carol. pag. 7. P. d. Andl. lib. 1 de Roman. Imper. cap. 10. 15. lib. 2. cap. 8. 18. Castaldus de Imper. q. 12. 52. Zoannet. de Rom. Imper. n. 140. Guevar. in spec. Principis. cap. 55. Covarr. in relect. c. peccatum. p. 2 § 9. num 5 & seqq. Mich. Ulcoran. de reg. mund. q. 3. p. 2 Matth. Steph. p. 2 de jurisd. c. 1 n. 51. & seqq. Paurmeist. de jurisd. lib. 1 cap. 1. Est igitur Imperator orbis Romani Dominus [non ad pompam tantum, ut voluit Bodin. lib. 1. de Rep. 9 num. 129 sed vere & κατ᾽ ἐξοχήν] non quoad directum dominium (ut docent) & proprietatem rerum singularium, quæ habent dominos suos speciales, sed quoad jurisdictionem & protectionem. Peregrin. de jur. fisci lib. 1. c. 1 n. 8. Cujac. 16. obs. 30. Mortom. ill. quaest. 1. Prackm.

Pruckm.§.*soluta potestas c.3.n.*117.Jo. Köppen.Sen.*decis.*48.*n.*2.Warem ab Erenb *in verisimil. de Regn.subsid. & oner.subd. c.* 15. *n* 9.Matth.Steph.*d.c.1.n* 54 Damhud.*prax. crim c.*82.*n.*79 Menoch *præsumt.* 14 *lib* 2. *n.*3 Eleganter Seneca: Ad Reges(*ait*) potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Et paulò post; sub optimo Rege omnia Rex imperio possidet, singuli dominio: omnia sunt in Imperio Cæsaris, in patrimonio propria *d*) Olim longitudo imperii graduum 90. [cujusmodi 360 absolvunt circulum totius orbis,] latitudo ab æquinoctiali versus septentrionem minimum gradum 45. extitit. Gradui autem Geographi assignant miliaria Germanica mediocria quindecim. Hodiè reliquiæ vix implebunt longitudinem & latitudinem 10 graduum, hoc est, vix quadragesimam portionem veteris Monarchiæ æquabunt. Dn Marq. Freher. *in not. ad lib.* 2 *P. de Andio.c.*18.*in fin.* Deplumant Aquilam Turcus, Gallus, Hispanus, Danus, Principes Italiæ, Veneti, Lotharingus, Helvetii Belgæ, ait Freher. *d loc.* Qua de re plenius infrà de statu turbato. Quo respiciens Bodin *in meth. histor. c.*7. negat statum imperii ho-

rii hodierni esse Monarchicum, quàm bene, paulô post dicetur. Illud hic notandum venit, Germanici imperii dignitatē non ex populorum aut regionum ambitu quo respectu infirmior reliquis visione Danielis *c.2.& 7.* perhibetur, sed coadunata potentia, fortidudine & permanente majestate, quà Orbis universi regna longè lateq; post se relinquit, metiendam & æstimandam esse, Dn. Arum. *discurs. jur. pub. 1.* Quis enim nescit, dignitatem Procerum Imperii esse ingentem, & quot status, tot gemmas in ista Imperii Purpura contineri. Circumsidemt nimirum medium suū Solem radiantia ista lumina, velut per singulos sigillatim dispersa. Zach. Vietor. *de causs. extemt imperii concl.* 4 Quod ne Galli quidem inficias ire possunt. Germaniæ maximum & increbibile est robur, ait Cominæus *lib 5. Com. de reb. gestis Ludovic. XI* Constat enim si postulet necessitas, è Germania nōaginta Peditum, & viginti quinque Equitum millia ita colligi posse, ut nulla ejus regio viris aut viribus nudetur. Quod expertus est Carolus Dux Burgundiç, qui cum Galliarum Rege & aliis feliciter depugnavit, at cum Germaniæ bellum

intulisset, infeliciter concidit. *Cominæ. d. lib.* 5. Et *Thuan. lib.* 2. *histor. p.* 1. Hinc Reipub. Germanicæ ex tot Principibus, tam in Germania, in qua jurisdictioni subsunt Imperiali, quam extra Germaniam ad Imperium pertinentibus tot Civitatibus, adde etiam fœderatis populis compositæ, quid in omni antiquitate conferri possit nō video, ciante Cl. Dn. Arumæo *in discurs. jur. pub.* 1. Hinc Maximilianus I. Cæsar se Regem *Regum* appellavit, cum alii servorum aut asinorum esse malint. Pontal. *p. t. inpr. descript. Germ.* de viris illustribus. Similiter Gregorius M. ad *Phocam* Imperatorem scripsit: Hoc inter esse inter Reges gentiū & Reip. *Imperatores*, quod illi sint servorum Domini, Cæsares liberorum. Carolus quoque V. dihere solitus fuit, se in aliis regnis & ditionibus mancipiis & servis, at in Germania liberis ac Regibus imperare e[t] vide ad rem Paurmeist. *lib.* 2. *de jurisd. cap.* 1. *n.* 24. & *seqq.*

Contentum est populus Germanicus,

(L.) Si verum est quod antea p. 80. *scripsit, territorium imperii esse Germaniam, Italiam, & Galliam Celticam contentum non populus tantum*

gantum erit Germanicus, sed & Italicus, ac Gallicus Celticus

De notatione Germanorum magna est inter scriptores diversitas, & variæ opiniones. Æneas Sylvius dictos ait à germinando. Unde Solinus, Polyhistor *cap. 23* Divitem hominum terram, & populis numerosis frequentem Germaniam dixit. Strabo Germanos quasi Gallorum fratres dictos arbitratur. Alii, inter quos est, Conradus Celtis, existimant, eos nomen accepisse a fraterna dilectione, quod se mutuò ament & foveant. Erasm: Roterodamus *in Scholis suis in Divum Hieronymum*, putat Germanum esse, quod Græci γνήσιον appellant, h. e genuinum: cujus contrarium sit νόθον. h. e, adulterium. Nec, *inquit*, absurdum sit, Germanorum gentem hinc appellatam videri: quos si cum reliquis conferas natalibus, minimum fuci plurimum antiquæ sinceritatis ac fidei & rusticanæ, ut dici solet, veritatis sic dicimus, gutē Teutschē trawen vnd glaubē. Joh. Teutonicus Decretorū interpres *dist. 34. in gloss. c. Quorundam*; Germaniā â Germine deducit, quod sit verum germanum

obi-

nobilitatis. Lipſ. *in not. ad Tacit. de Germa-num.* 10. Germani (*ait*) etymo Priſco bellaces viri ſunt. Gerrabellum, invenere ergo id nomen ab ipſa re, quia tales. Andr. Althamerus *in comment. ad Tacitum de Germania, pag.* 111. Cum Tacitus, *inquit*, inventum & excogitatum nomen ab ipſis Germanis referat: intelligendum eſt, non Græcam, non Romanam, nec Gallicam, ſed meram Teutonicam dictionem eſſe *Germaniam*, à Ger *&* Man conflatam. Ger veteres Germani dicebant, quod nos Gar id eſt, totum, prorſus, planè, Inde eſt *Gerbardus*, prorſus durus *Gerbrechtus*, totus celebris, *Gerwicus*, homo planeſtrenuus, *Gertrudis* prorſus amabilis; *Gerbaldus*, totus celer. Et Man virum ſignificat, Hinc Germanus, id eſt, totus vir, prorſus virilis, plane Mannus. Valde namque majoribus noſtris arriſerunt à *Manno* compoſitæ voces. Hæc de notatione Germaniæ, de ejusdem origine haud minor eſt dubitatio. Judæi magno conſenſu tradunt Aſcenas eſſe Germanos, ait D. Lutherus *ad cap. 1. Genes.* Idem ex Benjamino & Davide Camio notat Joh Druſius *lib. 1. Animad. verſ. cap.* 41. Sicut & apud Ezechielem Prophetam

phetam *Thogerma* de Germanis notasse Chaldæum Interpretem refert ex Hadr. Junio *in Batavia* c.21. Dn. Marq. Freher. *in not. ad P: de Andlo in præfat.* Natus autem fuit Ascenas, alias Tuiscus dictus, an. M. 1787 filius Gomeri, Japheti nepos, Nohæ pronepos, qui regnante Nimrodo tyranno in Assyria, libertatis appetens, cum 10 suæ familię & aliis viris proficiscebatur ex Armenia super flumen Thanaim vel Don quod Asiã ab Europa discernit, inq; regiones Europę Germanorum sedis perveniebat. Mortuus dicitur ann. ętatis 200. imperii sui, 160; Quemadmodum hoc videre est ex libello illo, qui Berosi Babylonii nomine circumfertur, (in quem Johan Annius Viterbiensis commentaria scripsit) lib. 4. Anno CXXXI. à salute ab aquis prima omnium gentium & civitatum fundata est à Saturno Babylonico nostro, urbs & gens nostra Babylonica, ab exordio hujus Janus pater, alias Noa, in Europa, Regem Sarmatiæ fecit Tuisconem, à Thanai ad Rhenum, junctiq; sunt illi omnes filii Istri & Mœsæ, cum fratribus suis, ab Adulã monte usq; in Mesembriam ponticam Hi sunt qui egressi sunt post Nimrotum, sin-

guti cum familiis & coloniis suis, relinquentes nomina sua locis, in signum expeditionis â Jano Patre commisse, & ad monumentum posteris: vt scirent, quis eorũ fuerit conditor. Ab hoc Tuiscone nuncupantur Tuiscones ac Teutoni, die Teutschen/ Item Teutonici equestris ordinis, die Teutschen Herren (L.) Tuisconis Filius fuit MANNUS, qui in Germania regnavit an. Semiramidis sexto: quo tempore Abraham vixisse, & Treveris condita fertur. Hic quoq; German. pater ac heros censetur. Hoc inde colligitur, quod illius nomen, honor & memoria, in universa permanserit Germania: ut aliquẽ ab insigni virtute atq; fortitudine commendaturi, appellamus *Mannum* Ein Mãn/ Das ist ein Man/ id est, Hic est vir intelligentes masculum, virilem, potentem, strenuũ, singulari præditum virtute. Hinc est, Germanus, Alemannus, Marcomannus, Nordmannus, Chamannus, nomina gentilia: & *Hermannus*, Ringmannus, Tilomannus, Carolomannus, Christmannus, Hartmãnus, Trutomannus, propria: similiter appellativa illa. Gottesmann/ Bidermann/ Laubeman/ Edelman/ Bergman/ Holtzmann/

Hoff-

Hoffmā/Schidmā/Spllmā/Hanemān/Zimmermān/Lachmān/ &c, Andr. Althamer. *in coment. ad Tac. de German pag. 89. & seqq.* videatur etiam Elias Reusnerus *quæst. histor. 2.* Porro vetustas uno nomine Celtas nominavit gentes Germanicas & Gallicas in utraq; Rheni ripa, usque ad Oceanum occidentalem habitantes, (unde unam fuisse gentem, unam habuisse linguam refert M. *Crusius p. 1. lib. 1. c. 2. annal. Suev.* quod negat *Cujac, lib. 1. tit. 1. feud.*) illis tamē potius quam his convenire demonstrat Hadr. Junius *in Batavia c. 21.* De pietate Germanorum videatur Lup. de Bab. *de veter. Zel. pr. Germ.* De candore Bellarmin. *in lib. de translat. imper.* Germani, *ait*, ut corpore candidi, sic etiam animi sinceri & veritatis sunt amantes. De eorundem fortitudine Henr. Blebel. *de laud. antiq. Imp. Vict. vet. Germ. apud Goldast.* C. Julius Cæsar. *lib. com. belli Galli. 4.* ubi de de gente Suevorum scribit, eam esse longè maximam & bellicosissimam Germanorum omnium. Senec. *lib. 2. de ira* Germanis, *inquit*, quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armo-

rum cupidius? quibus innascuntur, innutriuntur; quorum una illis, alia negligentibus cura. Unde Julianus Imperator eos *audaces* vocavit, referente Cyrillo *lib. 4. contra Julianum.* Dubium hic oritur, *Vtrum Germania, an Gallia prior fuerit habitata?* Bodin. pro Gallia pugnat *in meth. histor. cap. 9.* Dn. Elias Reusn. pro Germania *in quæst. hist. 2.* quos vide.

(L.) Admissa hac philosophia, a Tuiscone, quod erit, der Teutsche Michel. *Ordo Teutonicus inde dicitur sine dubio* dieweil er allein võ vnd auff die Teutschẽ gestifftet. R. A. zu Augsp. *de an. 1500. t* von Hochmeister zu preussen. *& tit. seq. vide quæ scripsi lib. 7 de jure publico. c. 2. n. 57*

CAPUT VII.

Formale est ipsa regiminis forma.

STatus Reipub. triplex est, monarchicus, Aristocraticus, & Democraticus. Plat. *in Polit & de Rep. 4. & 16. qui est de regno.* Aristoteles *3. Pol. 5. & 8. Ethic. 10.* Plutarch. *in lib.*

in lib. de unius domin. pop. stat. & pauc. imper. Herodotus *in Thalia*, *Cic. 2. de divinat. & 3. de Rep.* citatus ab Augustin. *lib. 2. de Civit. Dei cap. 21.* Tacit. *lib. 3.* Dion. Halicarnass. *lib. 1.* Senec. *epist. 14.* Apolejus *lib. un. de Philosoph. in fin.* Jacob. Simanca *1. de Rep. 3.* Nicol. Cusanus *lib. 3. de Cathol. concor. in praefat.* Hieronym. Vida *de Reipub. dignitate li. 2.* Franc. Patric. *1. de Rep.* Mynsing. *ad §. SCtum 5 Instit. de I. N. G. & C.* Joh. Rosin. *lib. 7. antiquit. Rom. c. 1.* Zepperus *3. de LL. Mosaic. 4.* Lælius Zechus *1. de princip. 4.* Gregor. Tholos. *lib. 5. de Rep. c. 1.* Bodin. *lib. 2. de Repub. c. 1.* Danæus *1. Pol. Christ. 6.* Dn. Hippol. à Colib. *in principe ca.* Melchior Junius *part. 1. quaest. polit. 2.* Keckerm. *lib. 1. Polit. 1.* Georg. Schonborner *lib. 5. Polit. cap. 1.* Cunctas enim nationes & orbes, aut populus, aut primores, aut singuli regunt. Tacit. *d. lib. 3.* Horum generum similitudo à familiis peti potest. Nam patris cum filiis societas, præ se regnum ferre videtur. Viri atque Uxoris communio, Optimatum statui respondet. In fratrum vero conjunctione species Democratiæ seu popularis status cernitur Arist. *lib. 8. Eth. cap. 10.* Patric. *lib. 1. tit. 3. de*

regno Althuſ *cap.*39. *Polit. n.*1. Aut. diſput. *de jure princip. concl.*11. *Magna autem tã inter priſcos quam inter recentiores Politicos eſt disceptatio, utra ex his tribus formis ſit præferenda.* Alii Ariſtocratiam reliquis præferunt, ut Herodo. *in orat. Ottonis.*3. Calvin. *lib.*4. *Inſt. c.*20. §.8. Matth. Sutlivius *lib.* 1. *de Pontif. Rom. ejusq; in Eccleſ. dominat.* 2. & 3. Alii vero ex omnibus ſimplicibus formis quandam, præſertim ex Monarchia & Ariſtocratia mixtã nimiũ extollunt, veluti Joh. Mariana Hiſpan. *lib.* 1 *de reg. inſtit. cap.* 2. *in fin.* Richter *axiom. polit.*57. Zepperus 3. *de LL. Moſaic* 5. Quod hæc Reip. forma mutationibus minimè obnoxia ſit, cum in ea non modò vigilantiſſimi regis cura aſſidua & paterna tuetur tranquillitatem ſtatus, ſed etiam indefeſſa & fidelis induſtria eorum quos populus miniſtros ſuos conſtituit, & in quos authoritatem & poteſtatem ſuam contulit, regibusq; adjunxit, ut ſartam tectam conſervarent Rempub. quibus id negotii demandatum eſt, ut & populum à furore, & regias manus à vi & injuria prohiberent; ſubditos in obſequio regem in mo-

in moderato imperio continerent: quibus cura Reipub. non minus ac Regibus, quibus custodia regum, quibus tutela & procuratio commissa Nec itaq; Rex sibi subditis quicquam periculorum & insidiarum, nec subditi à Rege violentiam & tyrannidem metuere possunt. Richter. d. loc. Quam sententiam acute examinat Breler. disput. pract. ult. q. 9. Alii denique sunt, qui Monarchiam Aristocratiæ & Democratiæ præferunt, quorum sententię accedunt Plat. *in Pol. passim.* Plut. *de trib. Reip gener.* Herodot *in Thalia n.* 85. Stob *serm* 47. Dio Cassius *lib* 24. Mecœnas *in oratione pro Monarchia, apud Machiav.* Isocrat. *in Nicocl.* Arist *lib.* 8. *Pol, cap.* 10. & 8. *Ethic.* & *item Metaph.* 12 *in fin.* Æneas Sylvius *de ort. & aut. Imper. Rom. cap.* 12. Dantes Aligherius *lib.* 1. *de Monarch.* Patric. 1. *de Inst Reip.* 1. & 3 *de Regn.* 13. Lancell. *in templ. omnium Judicum lib.* 1. *c.* 1. *q.* 1 *n.* 7. & *seqq.* Matth. Stephan *l.* 1. *de juris. p.* 1 *c.* 1. *n.* 105. & *seqq.* Beroald. *de opt. stat. Reip.* Simanca. 3. *de Rep.* 2. & 4. Vinc. Cabal, 1. *de offic. reg.* 2. Guevara *in Horolog Princip. lib.* 1. *cap.* 28. Bodin 2. *de Rep.* 2. & 6. *c.* 4. P. Gregor. *lib.* 5. *de Rep. cap.* 3. & 4. & *lib.* 4. *c.* 12. & *in syntagm. jur. univers. lib.* 47.

*lib.*47.*c.*15.*n.*24.Casus 3.*Sphar.Civit.cap.*7 Hippol.â Collib.*in principe c.*1.Lipsius *lib.*2. *Pol.cap.*2.Jo.Althus.*c.ult.Polit.*Kecher.*lib.*1 *Pol.c.*1.*& disput.Polit*29.*q.*6.Thom.Schmithius 1. *de Repub. Angl.*15.Zechus 1.*de princip.*4.*n.*5.Lamb Danæus 1.*Polit.Christ.* 6.*in fin.& lib.*6.*c.*5.Philip Camer. *in oper.suc-cu.c.*88.Thomas Morus *in Utop.lib.*1.*cap.*2. Melchior Junius *part.*1.*Pol.q.*4.Rationes præcipue hę afferuntur: *I.* Quia est antiquissima, Bodin.*lib.*1.*de Rep. cap.*2.Philip. Melancht *In.Chron.lib.*1.Talis status Monarchicus fuit in Rep.Judaica sub Mose & Josua, *Deut.*33.*v.*5.*Judic.*17.*v.*6.*& c.*18.*v.*1. & sub Saule, Davide, Salomone & seqq. Regib.Judaicis.1.*Sam.*8.*v.*16.2.*Samuel* 7. *v.*19.*Psalm.*2, Lips.*d.c.*II.Quia simplicissima, ut pote quæ in unitate consistit.Kecker *lib.*1.*Polit.c.*1.Quo autem res magis accedit ad simplicitatem & unitatem, eo est perfectior, & quo magis recedit ab unitate eo est imperfectior, Timpler.*lib.*2.*Metaph.* *c.*3.*q.*1.Unde Deus, quia est prima unitas, idcircò etiam est perfectissima unitas.Keckerm.*disput.pract.*22.9.*Metaph.*9.III.Quia est maxime ordinata.Keck.*d.c.*1.IV.Quia facilior hic gubernatio, tàm quoad consi-

liorum

liorum inventionem, quàm quoad executionem eorundem & arcanorum silentiũ. P. Greg. *lib. 13. de Rep. c. 12.* Keck. *d. c. 1.* Exẽplum luculentissimum habemus in Rep. Romanorum, qui in extremis semper angustiis, & populi libertate in periculo cõstitutâ ad regium imperium confugiebat, sine quo Rempub. stare posse non credebant, In reliquis speciebus crebræ fuerunt turbæ, & mirum quod dissidiorum fluctibus Roma non fuerit absorpta, cum tamen sub regno, quamvis varię inter se coaluerint nationes, nullæ prorsus extiterint emotiones. Cicarell. *discurs. 1.* V. Quia naturę convenientissima, Unum enim imperii corpus unius animâ regendum videtur. Tacit. *1. annal.* sicut ab uno gubernatore una navis, Lips. *1. Pol. 2* sic etiam bestiæ, in quibus aliqua Politię similitudo apparet, unum ducem potius, quam plures sequuntur, nam in apibus Rex unus est, Plin. *lib. 11. nat. hist. c. 17. c. in apibus. 7. q. 1. de* quo Cęlius *antiq. lect. lib. 13. cap. 29.* ita scribit; In apicularum Rege naturale quid reperitur ad gubernandum accomodatum: major paulo & longior est, quam reliquæ apes, cruribus rectioribus utitur, spiculo

caret,

nobilitatis. Lipſ. *in not. ad Tacit. de Germanorum*, 10. Germani (*ait*) etymo Prisco bellaces viri ſunt. Gerrabellum, invenere ergo id nomen ab ipſa re, quia tales. Andr. Althamerus *in comment. ad Tacitum de Germania, pag.* 111. Cum Tacitus, *inquit*, inventum & excogitatum nomen ab ipſis Germanis referat: intelligendum eſt, non Græcam, non Romanam, nec Gallicam, ſed meram Teutonicam dictionem eſſe *Germaniam*, à Ger & Man conflatam. Ger veteres Germani dicebant, quod nos Gar id eſt, totum, prorſus, planè, Inde eſt *Gerhardus*, prorſus durus *Gerbrechtus*, totus celebris, *Gerwicus*, homo planeſtrenuus; *Gertrudis* prorſus amabilis; *Gerbaldus*, totus celer. Et Man virum ſignificat, Hinc Germanus, id eſt, totus vir, prorſus virilis, plane Mannus. Valde namque majoribus noſtris arriſerunt à *Manno* compoſitæ voces. Hæc de notatione Germaniæ, de ejusdem origine haud minor eſt dubitatio. Judæi magno conſenſu tradunt Aſcenas eſſe Germanos, ait D. Lutherus *ad cap. 1. Genes.* Idem ex Benjamino & Davide Camio notat Joh. Druſius *lib. 1. Animadverſ. cap.* 41. Sicut & apud Ezechielem Prophetam

phetam *Thogerma* de Germanis natasse Chaldæum Interpretem refert ex Hadr. Junio *in Batavia* c.21. Dn. Marq. Freher. *in not. ad P: de Andlo in præfat.* Natus autem fuit Ascenas, alias Tuiscus dictus, an. M. 1787 filius Gomeri, Japheti nepos, Noha pronepos, qui regnante Nimrodo tyranno in Assyria, libertatis appetens, cum suæ familię & aliis viris proficiscebatur ex Armenia super flumen Thanaim vel Don, quod Asiá ab Europe discernit, inq; regiones Europę Germanorum sedis perveniebat, Mortuus dicitur ann. ętatis 200. Impetii sui, 160; Quemadmodum hoc videre est ex libello illo, qui Berosi Babylonii nomine circumfertur, (in quem Johan Annius Viterbiensis commentaria scripsit) lib. 4. Anno C X XXI. à salute ab aquis prima omnium gentium & civitatum fundata est à Saturno Babylonico nostro, urbs & gens nostra Babylonica, ab exordio hujus Janus pater, alias Noa, in Europa, Regem Sarmatiæ fecit Tuisconem, à Thanai ad Rhenum, junctiq; sunt illi omnes filii Istri & Mœsæ, cum fratribus suis, ab Adulâ monte usq; in Mesembriam ponticam Hi sunt qui egressi sunt post Nimrotum, singuli

guli cum familiis & coloniis suis, relinquentes nomina sua locis, in signum expeditionis â Jano Patre commissę, & ad monumentum posteris: vt scirent, quis eorū fuerit conditor. Ab hoc Tuiscone nuncupantur Tuiscones ac Teutoni, die Teutschen/ Item Teutonici equestris ordinis, die Teutschen Herren (L) Tuisconis Filius fuit MANNUS, qui in Germania regnavit an. Semiramidis sexto: quo tempore Abraham vixisse, & Treveris condita fertur Hic quoq; Germ. n. pater ac heros censetur. Hoc inde colligitur, quod illius nomen, honor & memoria, in uuiversa permanserit Germania: ut aliquē ab insigni virtute atq; fortitudine commendaturi, appellamus *Mannum* Ein Mān/ Das ist ein Mañ / id est, Hic est vir intelligentes masculum, virilem, potentem, strenuū, singulari præditum virtute. Hinc est, Germanus, Alemannus, Marcomannus, Nordmannus, Chamannus, nomina gentilia: & *Hermannus*, Ringmannus, Tilomannus, Carolomannus, Christmannus, Hartmānus, Trutomannus, propria: similiter appellativa illa, Gottesmann/ Biderman/ Landsman/ Edelman/ Bergman/ Holtzman/ Hoff-

Hoffmā/Schidmā/Spilmā/Hanemān/Zimmermān/Lachmān/&c, Andr. Althamer. *in cōment. ad Tacit. de German pag. 89. & seqq.* videatur etiam Elias Reusnerus *quaest. histor. 2.* Porro vetustas uno nomine Celtas nominavit gentes Germanicas & Gallicas in utraq; Rheni ripa, usque ad Oceanum occidentalem habitantes, (unde unam fuisse gentem, unam habuisse linguam refert M. Crusius *p. 1. lib. 1. c. 2. annal. Suev.* quod negat Cujac, *lib. 1. tit. 1. feud.*) illis tamē potius quam his convenire demonstrat Hadr. Junius *in Batavia c. 21.* De pietate Germanorum videatur Lup. de Bab. *de veter. Zel. pr. Germ.* De candore Bellarmin. *in lib. de translat, imper.* Germani, *ait*, ut corpore candidi, sic etiam animi sinceri & veritatis sunt amantes. De eorundem fortitudine Henr, Blebel. *de laud. antiq. Imp. Vict. vet. Germ. apud Goldast.* C. Julius Cæsar. *lib. com. belli Galli. 4.* ubi de de gente Suevorum scribit, eam esse longè maximam & bellicosissimam Germanorum omnium. *Senec. lib. 1. de ira* Germanis, *inquit* quid est animosius; quid ad incursum acrius? quid armo-

rum cupidius? quibus innascuntur, innutriuntur; quorum una illis, alia negligentibus cura. Unde Julianus Imperator eos *audaces* vocavit, referente Cyrillo *lib. 4. contra Julianum.* Dubium hic oritur, *Vtrum Germania, an Gallia prior fuerit habitata?* Bodin. pro Gallia pugnat *in meth. histor. cap.* 9. Dn. Elias Reusn. pro Germania *in quæst. hist.* 2. quos vide.

(*L.*) *Admissa hac philosophia, a Tuiscone, quoque erit*, der Teutsche Michel. *Ordo Teutonicus inde dicitur sine dubio* dieweil er allein võ vnd auff die Teutschẽ gestifftet. R.A. zu Augsp. *de an.* 1500. *t.* von Hochmeister zu preussen. *& sit. seq. vide quæ scripsi lib. 7 de jure publico. c.* 2. *n.* 57

CAPUT VII.

Formale est ipsa regiminis forma.

STatus Reipub. triplex est, monarchicus, Aristocraticus, & Democraticus. Plat. *in Polit & de Rep.* 4. & 16. *qui est de regno.* Aristoteles 3. *Pol.* 5. & 8. *Ethic.* 10. Plutarch. *in lib.*

in lib. de unius domin. pop. stat. & pauc. imper. Herodotus *in Thalia, Cic. 2 de divinat. & 3. de Rep.* citatus ab Augustin. *lib. 2 de Civit Dei cap. 21.* Tacit. *lib. 3.* Dion. Halicarnas. *lib 2.* Senec. *epist.* 14. Apolejus *lib un. de Philosoph. in fin.* Jacob. Simanca . *de Rep.* 3. Nicol. Cusanus *lib. 3. de Cathol. concor. in praefat.* Hieronym. Vida *de Reipub. dignitate li. 2.* Franc. Patric. *1. de Rep.* Myns. sing. *ad §. SCtum 5 Instit. de I. N. G. & C.* Joh. Rosin. *lib. 7. antiquit. Rom. c. 1.* Zepperus 3. *de LL. Mosaic.* 4. Lælius Zechus 1. *de princip.* 4 Gregor. Tholos. *lib. 5. de Rep. c. 1.* Bodin. *lib. 2. de Repub. c. 1.* Danæus 1 *Pol. Christ. 6.* Dn. Hippol à. Colib. *in principe c 1* Melchior Junius *part. 1. quæst. polit. 2.* Keckerm. *lib. 1 Polit. 1.* Georg. Schonborner *lib. 5. Polit. cap. 1.* Cunctas enim nationes & orbes, aut populus, aut primores, aut singuli regunt. Tacit. *d. lib. 3.* Horum generum similitudo à familiis peti potest. Nam patris cum filiis societas, præ se regnum ferre videtur. Viri atque Uxoris communio, Optimatum statui respondet. In fratrum vero conjunctione species Democratiæ seu popularis status cernitur Arist. *lib. 8. Eth. cap. 10:* Patric. *lib. 1. tit. 3. de*

regno Althuſ. *cap.*39. *Polit. n.*1. Aut. diſput. *de jure princip. concl.*11. *Magna autem tã inter priſcos quam inter recentiores Politicos eſt disceptatio, utra ex his tribus formis ſit præferenda.* Alii Ariſtocratiam reliquis præferunt, ut Herodot. *in orat. Ottonis.*3. Calvin. *lib.*4. *Inſt. c.*20. §. 8. Matth. Sutlivius *lib* 1. *de Pontif. Rom. ejusq́; in Eccleſ. dominat.* 2. & 3. Alii vero ex omnibus ſimplicibus formis quandam, præſertim ex Monarchia & Ariſtocratia mixtã nimiũ extollunt, veluti Joh. Mariana Hiſpan. *lib.* 1. *de reg. inſtit. cap.* 2. *in fin.* Richter *axiom. polit.* 57. Zepperus 3. *de LL. Moſaic* 5. Quod hæc Reip. forma mutationibus minimè obnoxia ſit, cum in ea non modò vigilantiſſimi regis cura aſſidua & paterna tuetur tranquillitatem ſtatus, ſed etiam indefeſſa & fidelis induſtria eorum quos populus miniſtros ſuos conſtituit, & in quos authoritatem & poteſtatem ſuam contulit, regibusq́; adjunxit, ut ſartam tectam conſervarent Rempub. quibus id negotii demandatum eſt, ut & populum à furore, & regias manus à vi & injuria prohiberent; ſubditos in obſequio reges

in mo-

in moderato imperio continerent quibus cura Reipub, non minus ac Regibus, quibus custodia regum, quibus tutela & procuratio commissa. Nec itaq; Rex sibi a subditis quicquam periculorum & insidiarum, nec subditi à Rege violentiam & tyrannidem metuere possunt. Richter. *d. loc.* Quam sententiam acute examinat Keck. *disput. pract. ult. q.* 9. Alii denique sunt qui Monarchiam Aristocratiæ & Democratiæ præferunt, quorum sententię accedunt Plat. *in Pol. passim.* Plut. *de trib. Reip. gener.* Herodot *in Thalia n.* 85. Stob. *serm.* 47. Dio Cassius *lib* 24. Meçœnas *in oratione pro Monarchia, apud Machiav.* Isocrat. *in Nicocl.* Arist *lib.* 8. *Pol, cap.* 10. & 8. *Ethic.* 10. *item Metaph.* 12. *in fin.* Æneas Sylvius *de ort. & ant. Imper. Rom. cap.* 12. Dantes Aligherius *lib.* 1. *de Monarch.* Patric. 1. *de Inst Reip.* 1. & 1 *de Regn.* 13. Lancell. *in templ. omnium Judicum. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 1. *n.* 7. & *seqq.* Matth. Stephan. *l.* 1. *de juris. p.* 1 *c.* 1. *n.* 105. & *seqq.* Beroald. *de opt. stat. Reip.* Simanca, 3. *de Rep.* 2. & 3. Vinc. Castal, 1. *de offic. reg.* 2. Guevara *in Horolog. Princip. lib.* 1. *cap.* 28. Bodin 2. *de Rep.* 2. & 6. *c.* 4. P. Gregor. *lib.* 5. *de Rep. cap* 3. & 4. & *lib.* 13. *c.* 12. & *in syntagm. jur. univers. lib.* 47.

liorum inventionem, quàm quoad execu-
tionem eorundem & arcanorum silentiú.
P. Greg. *lib.13. de Rep. c.12.* Keck. *d.c.1.* Exẽ-
plum luculentissimum habemus in Rep.
Romanorum, qui in extremis semper an
gustiis, & populi libertate in periculo cõ-
stitutà ad regium imperium confugiebãt
sine quo Rempub. stare posse non crede-
bant, In reliquis speciebus crebræ fuerunt
turbæ, & mirum quod dissidiorum flucti-
bus Roma non fuerit absorpta, cum ta-
men sub regno, quamvis varię inter se
coaluerint nationes, nullæ prorsus extite-
rint emotiones. Cicarell. *discurs.2.* V. Quia
naturę convenientissima. Unum enim
imperii corpus unius animà regendum vi-
detur. Tacit. *1. annal.* sicut ab uno guberna-
tore una navis, Lips. *1. Pol. 2* sic etiam be-
stiæ, in quibus aliqua Politię similitudo
apparet, unum ducem potius, quam plures
sequuntur, nam in apibus Rex unus est,
Plin. *lib.11. nat. hist. c.17. c. in apibus. 7. q.1. de*
quo Cęlius *antiq. lect. lib.13. cap. 29.* ita scri-
bit; In apicularum Rege naturale quid re-
peritur ad gubernandum accomodatum:
major paulo & longior est, quam reliquæ
apes, cruribus rectioribus utitur, spiculo
caret,

caret,quam diu vivit, colitur & observatur;aliorum labores circumit exhortanti similis. VI. Quia firmissima & maximè diuturna Hippol.â Collib.*in princip.cap.*1. Keck-*d.c.1.Pol.* Hæ sunt præcipue rationes quibus Monarchiæ prærogativa probatur,quæ tum demum locum habent,si illa per se & ex sui natura, hoc est absque conditionibus defectum in vita humana spectetur. Si vero defectus humanos, de quibus Keck.*lib 1,Pol c.1.* consideres, fateri nos oportet, non semper ex usu Reip. esse,ut absolute & stricte retineatur. . Ea igitur cuique populo vel genti optima ac præcipuè deligenda Reip.forma,quæ maximè illius gentis aut populi moribus,ingenio,loco, commerciis, cæterisque circumstantiis convenit. Lamb. Danæ. *lib.* 1 *Pol.Christi.cap.*6. Quid enim si Athenienses Domini vel regis alicujus imperium ferre non possint? P. Greg. *lib.* 5. *de Rep. cap.*3,*in pr.* Quid si Cappadoces (quod olim Romanis, dum eos Regum jugo liberare & suæ potestatis constituere vellent responderunt) hoc sibi persuasissimum haberent, nullam sub Sole sine Rege aliquo gentem vivere posse. Justin. *lib.* 38.

Tan-

Tantum de hac quæstione. Sequitur non minus celebris quia valde agitata inter Politicos quæstio: *An detur aliqua temperies & mixtura simplicium formarum, Monarchiæ, Aristocratiæ & Democratiæ?* Aff, cum Plat. 3. & 6. *de LL.* & 8. *de Repub.* Halicarnass *lib.* 7 Polyb. *de milit.* & *dom. Rom. discipl. lib* 6. Cic. 3. *de LL.* & *in fragm. de Rep.* Casp. Contarren. *lib.* 1. *de Rep. Venet.* Thom. Morus *in Utop.* Marchiavel. 1. *discurs.* 2. Piccol. *Phil. Mor. gr.* 10. *c.* 9. Johan. Cas. *in sphær. Civit.* 3 *c.* 5. Lamb. Danæ. *l. Polit. Christ.* 4 & *seqq.* Arnisæus. 1. *Pol:* 8. Keck. 2. *Pol. c.* 4. & *seq. item disp. pract. ult. quæst.* 8. Josias Simler. *de Rep. Helvet. l.* 2. *in pr.* P Gregor. *lib.* 5. *de Rep. c.* 1, *n.* 5. Althus. *c. ult. Pol.* Schonb. 1. *Pol. c.* 16. Gothofr. *Aut. disp. feud.* 1 *th.* 3 *lit c* & *ibi. alleg.* Melch. Junius 1. *Pol.* 1. Aut. disput. *de jure Princip. th.* 9, *Zas.* 1. 2. *D. de orig. jur.* Zech. *de princip. lib.* 1. *c.* 4. Kirchn. *disp.* 3. *de Rep. th.* 7. & *coroll.* 10. Lipsius 2. *Pol.* 2 miscentur, ait, inter se fateor, & remittűtur aut intenduntur, sed sic ut propendeat & præponderet sẽper aliqua pars, â qua jure ei nomen. Cũ potẽtiore & digniore fiat de nominatio, *l. quæritur* 10. *de stat. hõ.* idq; sẽper quod magis obtinet, spectatur, *l.* 3. & *se. de LL.*

de LL. Dissent. Bod. *lib. 2. de Rep.* 1. Hippol. *à Collib. lib. 1. Princip. c.* 1. Hœnon. *disput. Polit. 9. th. 2.* Hisce præmissis ad statum imperii hodierni devěio, de quo quęritur: *An sit Monarchicus, vel Aristocraticus aut mixtus?* Bodin. *in meth histor. c. 7.* Aristocraticum appellat, quem sequitur Dn. kubach. *cent. 1. quæst. ill. dec. 1. quæst. ult.* Paurmeist. *lib. 2. de jurisd. Imper. Rom. c. 2, n.* 9. Quæ sententia comprobatur seqq. rationibus. Primam suppeditat gravissimus Elector Moguntinus, qui, cum in Electione Imperatoris Franciscum I. Galliæ Regem rejiceret, votumq; suum pro Carolo V. daret, hac usus est; Animi fortitudinem ei tribuunt, [*ait*] sed ad Monarchiam illa spectat: nobis autem imprimis est Aristocratia retinenda. Sleid. *de stat. relig. lib. 1.* II. est Bodini, qui, *d. lo.* sic scribit: Profectò Germani non satis ad id, quod volunt, accommodate Monarchiam Romanorum usurpant, cum vix centesimá partem orbis terrarum sua ditione teneant, & Hispaniarum Princeps imperium habeat Germanico majus, tum populorum multitudine, tum amplitudine regionum. Et paulò post: Quid habet Germania, quod Prin-

cipi

cipi, Turcarum opponat, aut quis meritò major Monarcha dici potest? patet hoc quidem omnium oculis, si enim usquam terrarum ulla majestas imperii ac veræ Monarchiæ, in eo elucet, occupat enim opulentissimas Asiæ, Africæ, & Europæ partes, totoq; mari mediterraneo, insulis omnibus exceptis admodum paucis, latè regnat &c. III. Idem Bodinus *lib. 2. de Rep. cap. 6.* ita ratiocinatur: Qui tenetur legibus Imperii, ille non habet majestatem, ac proinde Monarcha dici non potest; qui legibus solutus esse debet, *l. princeps de L.L.* Atqui Imperator noster tenetur legibus Imperii, quas jurejurando se servaturum promittere cogitur. Sleid. *lib. 1. de stat. relig.* IV. Pergit Bodin. *in d. c. 6.* Imperatorem nostrum solum absque consensu Electorum & statuum imperii non posse facere quæ sunt Monarchæ & summæ majestatis jura, puta dare leges, de rebus Imperii fœdus aut pactum cum exteris facere, bellum & pacem decernere, vectigalia & tributa imperare; sic enim in recessibus Imperii scriptum legimus: Darauff Wir uns mit des Heyligen Reichs Ständen/und Sie mit uns nach-

folgende Articel als ein Christlich Corpus / gegen und miteinander vereiniget / verpflichtet und vertragen / Reichs Abschied zu Cölln Anno 1512. Item, Wir Churfürsten/etc thun kundt/ etc. daß die obgeschriebenen Puncten / mit unserm Rath / guten Wissen und Willen / durch Käyserliche Majestät geordnet / gesetzet / etc. d. Reichs Abschied. Quæ clausula etiam in recess. Augustæ Anno 1517. & Anno 1518. Et in recess. Worm. Anno 1527. item in recess. Ratisbon. An. 1603. V. Quia à Camera Imperiali tabulæ executoriæ ad Principes, & non ab Imperatore promanant. Bodin. *d. c. 6.* VI. Quia Imperatori pro est conveniri coram Comite Palatino Rheni, Bod. *d. loc.* VII. Quia Principi Turcarum annuum tributum (nempe 30000. Ducatos, *ut videre est ex epistola Solyman. Ebramii ad Imp. Ferdinand. quæ ad finem epistolarum Busbequii addita est*, solvere cogitur. Bodin. *d. c. 6.* VIII. Qui summam Reip. potestatem habet, ab inferioribus creari non solet, sed alios Principes, Comites &c. creat. Sed Imperator creatur ab Electoribus. E. Hæc sunt præcipua Bodini argumenta, quib9 majestatem

tem Imperatoris minuere satagit, quę certe tanti momenti non sunt, ut illius sententiæ accedere debeam, præsertim cum jam lippis & tonsoribus (ut dicitur) notũ sit, multarum ex affectu erga suũ Regem contra Germaniam scripsisse. Statuo igitur cum Clapmar. *de arcan. rerumpub.* Besold. *classe 1. disp. 8. num. 5.* Cluten. *in Syll. rerum quot. th. 16.* Matth. Bortio *in prætogn. jurisp. publ. German. th. 5.* Aut. disp. *de jur principat. th. 10. & 11.* Ant. Coler. *de jur. Imp. German th. 30. & seqq.* Dieter. *de summa summ. imper. pot. th. 5.* Dn. M. Petro Syring. *de pace religion. th. 14.* Kecker: *disput. pract. ult. q. 12.* Imperium nostrum Romano-Germanicum esse Monarchicum, Aristocraticè temperatum. Monarchicum respectu Imperatoris, Aristocraticum respectu Electorum Principium & legatorum Civitatis, in quo propendet & præponderat Monarchia, à quâ jure ei nomen.

(L.) Ego contrarium validissimis, aut fallor, rationibus deduxi, lib. 1. de jure pub. c. 10.

Hanc harmonicam administrationem magnificis verbis extollit Aut. disput. *de jur. princ. th. 11.* Rationes pro hac sententia

hæ adducuntur. 1. Quia solus Imperator est Romani orbis Dominus, per ea, quę supra dixi. Idque verum est non tantum de antiquis Romanorum Imperatoribus, *l. 9. ad L. Rhod. Nov. 105. cap. 2. in fin.* verùm etiam de Germanis, quemadmodum de se testantur Ludovicus IV. & Fridericus Pulcher Imperatores his verbis: Wir Ludewig und Friederich etc. bekennen / daß Wir uns mit einander verbunden haben ewiglich / daß Wir das Römische Reich / dazu Wir beyde erwehlet / und gewehet seyn / mit allen seinen Würden / etc. und was es hat und darzu gehöret / über alle die Welt mit einander gleich als eine Person besitzen sollen und wollen. Et paulò post, und soll jederman fürbaß von einem andern Recht nehmen an allen Sachen in allen Landen / über alle die Welt. Cuspin. *in Austria.* II. In Aristocratia Nobiliores & potentiores supremam habent potestatem. Atqui in Imperio Romano suprema potestas est penes solum Imperatorem, quam exercet in Proceres Imperii tanquā in subditos, & inferiores, qui jure superioritatis nō sunt capaces, ait Cagnol. *in l. imperium numer. 157. de juris-*

dict.

dict. & Roland. à valle *conf.1.n.158.* & *consil.80.n.2.vol.2.* Ergo. Ex quibus III. desumitur ratio: In Aristocratia majestatis jura sunt communia. Atqui Electores, Principes Comites &c. Imperii jura majestatis nō habent communia in Imperatore, cujus sunt Vasalli, ac proinde subditi. Petere enim investituram est signū subjectionis. Berretta *Consil.28.n.3.* Cravetta *Consil.615. nu.6.* Ergo. At inquis, jura majestatis cum statibus imperii præsertim verò cum Electoribus esse cōmunicata, utpote jus territorii, die Landsfürstliche Hoheit oder Obrigkeit. Hinc vigore hujus cōmunicationis in edictis & rescriptis suis usurpant titulum: Wir von GOttes Gnaden. jus remittendi pœnas capitales: Roll. à valle *consil.4.n.4.lib.3.* Tessaur. *decis.21.* jus recipiendi Judæos ex constitutione aureę bullæ, & ordinationis politicæ anno 1548. & 1577. tit.20. publicatæ. Et alia multa, quæ Aristocratiam videntur probare. Ad quæ respexisse videtur Erasmus: Fateor (ait) summam esse Cæsaris potentiam: sed non omnes nationes hoc nomen agnoscunt, Germani verò qui agnoscunt, certis conditionibus agnoscunt, scil. ut imperēt

verius, quàm pareant, Joh. Wolff *lect. memorab. cent. 16. Anno 1530.* Fateor equidem Procerum Imperii præsertim Electorum maximam esse potestatē; ut infra plenius dicetur, multaq; Majestatis jura à Cæsare communicata habere, non tamen tanta illorum est potestas, ut *Cæsareæ* majestati sit æqualis. Ipsi enim Cæsarem supremum Imperii caput appellant. Ita enim jurat Moguntinus Archiepiscopus, si quando eligendus *I*mperat. est. Jch N. Ertzbischoff zu Mäntz schwere/ etc. das Jch etc. wil erwöhlen ein weltlich Haupt dem Christlichen Volck/ das ist/ einen Römischen König zu einem Keyser zuerheben. Aur. Bull. *c. 4. tit.* 2 Quātō igitur Caput reliquis corporis membris antecellit, tanto etiā plus majestatis, potestatis & dignitatis habet imperator, quam Electores & cæteri Imperii status, Neq; vero etiā omnia majestatis iura statibus Imp. sunt communicata, sed quædā capita reservata, quæ Baldo sacra sacrorū dicuntur, quæ à sūma majest. non magis separantur, quam radii Solis à Sole. Paurm. *de jurisd. lib. 1. c. 21. n. 1.* Annō dominiū totius mundi soli imperatoriæ majestati tribuitur; quod certè nemini con-

ni conce potest. Nata *consil. 636. n. 169.* nec ullo tẽpore præscribi *l.6.C. de præscript 30. vel 40. an. c. cum non liceat. in fin. ubi gloss. extr. de præscript.* Modest. Pistor. *cõs. 4. n 24. vol. 1* Jas. *in l. imperiũ. 3. n. 20. D. de Jurisd* Peregrin. *de jure fisci lib. 1. t. 1 n. 13.* Quia ossibus Imperatoris adhæret. Molin. *in cõsuet. Paris. tit. 1. §. 3. gloss. a. n. 16.* Annon solus Imperator de feudis immediat è Imperio sub jectis cognoscit. Aur. Bull. Carol. IV. *cap. 7. in fin.* ita quidem, at vacante Imperio, Palatinus & Saxo de iis cognoscendi facultatem non habeant. Aur. Bull. *tit. 5.* Annon solus Imperator Academias erigit, ut alia jam plurima lubens præteream. Quæ sane omnia naturam Aristocratiæ evertunt, contra vero Monarchiam astruunt. Restat ut Bodini argumentis respondeatur. Ad 1. respondeo distinguendo inter statum & ejus administrationem. Respectu administrationis Imperium nostrum dictum fuit à Moguntino Aristocraticum. Quia metuebant, Caroli potentiam & regiminis immutationem & forte tale, quale in Hispanos usurpabat. Aut disp. *de iur. princip. eõcl. 9.* Ad II. Imperium nostrum non solis

externæ magnitudinis spaciis est metiendũ, sep coadunatâ potentiâ, jure superioritatis, majestatis, magnificentiæ & splendoris interioris sceptri & trabeæ. Kirchn, *disput.3. de Rep. th.5.* D. Arum. *discurs. jur. publ.1.* Non enim minus Emathiam, cujus uxor cibaria coqnebat, Rex erat, quàm Alexander. Nec minus Evander, quàm Diocletianus. Siquidem Majestas majus & minus nõ recipit, nec propterea, quod prisci Imperatores potentiores fuerint, majestas eorum auctior statui debet, quia â potentia ad majestatem arguere non licet, rectéq; Menoch.*consil.36.n.51 lib.1.* non est bona consequentia, ait, est potentius, ergò dignius, & Natta *Consil.637. num.36.* Multiplicatio urbium & subditorum non facit, ut quis preferendus sit, & Knich:*c.2. v. Ducum. nu.* 68. *de non provocando jure*, dicit, latior finiũ vel territorii amplitudo minimè efficit principatũ digniorem, ut alium præcedat constituendo illustriorẽ. Nec obstat III. Bodini argumentum. Nullus enim Princeps fuit, quin certâ cõditione ad Imperi .m evectus, legumq; ac juramenti vinculis devinctus sit. De regno Hispanico testatur Stephan. Jun. Brut. *in vindic.*

vindic. contra Tyran. in repet. ad quæst.6. de regno Galliæ Franc. Hotom. *in Franco-Gallia c.7.12.25.* Bodin. *lib. 1. de Rep. cap. 8.* Steph.Brut.*d.loc.*Decian.*resp.19. num.124. vol.3.*Heig.*p.1.q.2.n.26.* Serres *in præfat. invent. general. hist. Franc.* De regno Scotiæ, Georg. Buchan. *in Dial. de jure regni apud Scotos.* Cambdenus *in descript. Magnæ Britanniæ lib. 1.* De regno Angliæ Bodin. *1. de repub. c.8.*Cambden.*d.loc.* De regno Poloniæ Bodin. *d. loc.* De regno Ungariæ. Anton. Bonfin. *Rer. Ungaric. lib. 9. dec. 4.* De regno Sueciæ, Chytræ. *lib.2.Arnis. intr. de auct. Princip. cap.1.n.4.* Daniæ, Lauterbach. *lib. 1. de Repub. cap.15.* & de nostro Imper. Romano-Germanico. Aur. Bulla *tit. 2. §. pen. & ult.* Sleid. *lib.1. de stat. relig.* Tenetur Imperator lege Regni (quę capitulatio dicitur, quâ de infra) nô civili ratione ut lege civili, sed ut conventione quadam, & pacto inito cum subditis ad conservandam Imperii dignitatē, ne sanguine tam carè partum Tyrannide quadam destruatur. Anton. Coler. *de jure Imperii German. th.32.* Neq; Imperator vel Rex in Imperii leges jurans præstat juramentū subditis, sed Imperio ipsi vel regno, quod ut anti-

quibus Imperatore vel Rege, ita & perpetuo majus & superius est eodem. Cluten. *in syllog. rer. quot. §. 16. lit. c.* Et alias etiam (si maximè non sit lex Regni] Princeps, quatenus Princeps, sub tacita regni lege, ut juste & bene regat, præsumitur. Mynſ. 4. *Obs. 8. num. 3. & 5. obs. 97. num. 10. item resp. 21. num. 69.* Gail. *1. obs. 14. n. 6. & 2. obs. 88. num. 2. & 9.* Heringius *de fidejussor. cap. 7. num. 110.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 40. n. 40.* Zas. *cons. 1. in fin. lib. 2.* Schrader. *de feud. p. 2. c. 5. n. 39.* Sichard. *consil. 70. num. 12. vol. 1.* Dieter. *de summa sum. imper. potest. §. 74.* Arnis. *lib. 1. de jure Majest. cap. 6.* Ant. Coler. *de jure imper. Germ. sect. 19.* Ad IV. Respondet. Si illud Bodini argumentum procedit, sequitur nec Gallum, nec Hispanum, nec Anglum esse Monarchas, quia sine statuum consensu nec bellum indicere, nec tributa & vectigalia sine statuū cōsensu exigere possunt, testibus Hotom. *in Franco Gall. c. 28 21. 23. 25.* Bodin. *6. de Rep. 6. & t. d. Rep. 8.* Conimæ *lib. 10. de reb. gest. Lud. XI.* Sleid. *in illustr. rer. & Gall. descript. præfixa.* Steph. Jun. Brut. *de vindic. contra Tyran in repet. ad quæst. 6.* Polyd. Virgil *lib. 11. Hist. Angl.* Georg. Buchan. *lib. 8. Rer. Scot. in vi-*

ta Joh.

ta Joh Ballioli. & *lib. 9.* Nec enim plenitudini potestatis quicquam decedit, si communicato consilio communiter statuatur, quod ad omnium salutem communiter pertinet. Nam quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Præsertim cum ne veteres quidem Imperatores, qui tamen summam habuerunt potestatem, *l. 1. de constit. Princip.* sine senatus consensu & consilio ea, quæ ponderis alicujus videbantur, expediebant. *l. humanum. C. de LL. l. 9. D. eod.* Hinc toties in Senatu recitatæ reperiuntur Principum orationes, *l. 12. D. de feriis. l. cum hic status. de donat. inter vir.* & *uxor. l. cum hi. de transact.* Briss. *lib. 1. antiquit. 16.* Dn. Arum. *discurs. jur. publ. 1.* Casp. Leipold. *de concurrent. jurisd. q. 1.* Præclare Buchan. in Dial de jure regni apud Scotos: *Singuli* (ait) *habent quasdam virtutum particulas, quæ simul collatæ, unam excellentem virtutem conficiunt. In Medicorum Pharmacis id oppido conspicuum, ac præsertim in antidoto illo, Mithridaticum quod vocant plures res in eo per se noxiæ ubi confusæ fuerint, salutare adversus venena remedium pariunt: sic & hominibus aliis tarditas & cunctatio, aliis*

aliis præceps temeritas obest, hæ in pluribus commixtæ, temperamentum quoddã utile, & gratã mediocritatem pariunt. Præterea multa ſunt ſingularia, quę Imperatori in ſignum ſupremę poteſtatis reſervata ſunt, ut Academias erigere, Principes & Reges creare, aliaq; permulta, quæ recenſet Afflict. *in cap. 1. in pr. Quæ ſint regalia.* Quorum reſpectu Imperator noſter abſolutam & ſummam in Imperio habet poteſtatem, ac proinde Monarcha jure meritoq; appellatur. Quod autem non omnia ſine procerũ Imperii conſenſu posſit expedire, puram putã Ariſtocratiam non inducit, ſed Monarchiam Ariſtocraticè temperatam. Species n. Rerumpubl. æſtimandæ ſunt à parte potiore præeminente, ut hominis, quas vocant complexiones, ſeu craſes, vid. eleg. Althuſ. *cap. ult. Polit. n. 9.* Videamus V. Bodini argumentum, quod cum prioribus ejusmodi eſt, ut vel plumbeo pugione confodi posſit. Scire enim debebat Bodinus Cameram Imperii vices Imperatoris gerere, ſicut Parlamentum Regis Galliæ Coraſ. *in l. benignius 18. nu. 4. de LL.* Connan. *lib. 1. cap. 11. num. 10.* & judicationis Imperatoriæ reverentiem repræſen-

præsentare *l. 1. d. offic. vicar. l. ult. C. ubi senator. vel Clarisſ.* Denays. *in adſert. jurisd. Cam. p. 43. & ſeq.* Ciſner. *Ord. p. 1. ſub tit. 8.* Gail. *1. obſ. 1. n. 7. & 1. obſ. 41. n. 8.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 5.* Habere cum Cæſare concurrentem jurisdictionem. Gail. *1. obſ. 121. n. 3. & obſ. 29. n. 3.* Planè Imperatoriam Majeſtatem, dignitatem & auctoritatem in decernendo habere, Blarer. *ad l. diffamari. c. 6. n. 40.* Unde citationes ſententię, mandata &c. fiunt, promulgātur, ſcribuntur & ſanciuntur nomine atque auctoritate Imperatoris, ſub cujus etiam ſigillo ex camera prodeunt. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 27. §.* Vnd ſol der Verwalter / *& p. 3. tit. 12. §.* Vnd ſo ſolche. Nec majoris momenti eſt VI. Bodini argumentum. Convenitur quippe Imperator coram Comite Palatino Rheni, non ut ſuperiore & Magiſtratu; ſed quia, ipſe depoſitâ quodāmodo majeſtate cognitioni Palatini ſe ſubmiſit, quo imperatorię majeſtati nihil prorſ9 detrahitur. Nam & Reges Galliæ Parlamenti Pariſienſis judicium ſubire coguntur. Hotom *in Franco Gallia cap. 8.* ſic quoque Reges Hiſpaniæ in conventibus triēnalibus jus dicunt, & jus ſibi dici patiuntur.

Jun.

Jun. Bru. in V indict. contra Tyrann. in repetit. ad q. 6. Archiduces item Austriæ, cum sint immunes à jurisd. imperiali, in controversia aliqua, è suis vasallis judicē constituunt, coram quo cōveniantur, & jus accipiant. Cuspin. in Austriâ. Munster. lib. 3. Cosmograph. Et Electores ac Duces Saxoniæ coram Adsessoribus Curiarum supremarum de bonis seu reditibus ærarii sive Cameræ conveniuntur, Churfürstliche Sächsische Ober Hoffgerichts-Ordnung zu Leipzig Rubr. Wer vor das Ober Hoffgericht. Nec tamen propterea curię illæ Ducibus Saxoniæ dignitate aut superiores aut pares sunt. Dn. Arum. d. discurs. 1. Cluten. d. th. 16. Ad VII. R. negando Imperatorem solvere Turcico Principi tributū, sed annuam pensionem, inter quæ duo magna est differentia. Tributum subditi Magistratui præstant in quandā superioritatis recognitionem: Expensionis præstatione nulla subjectio inducitur. G. Schonborn. lib. 5. Pol. cap. 10. in fin. Principi Turcarum pensio mittitur non in servitutis auctoramentum, sed ne excursionibus regionum suarum fines infestet & devastet. Quod si Majestas Imperatoris hic detrimenti quid

cape-

caperet, nec ipse Turca qui ex pactione veteri Regum Æthyopum, & illis populis, qui Arabiæ montes tenent, magnam pecuniæ summam solvere cogitur, ut agro Damasceno liberè frui possit: Nec Reges Judæ, qui pacis obtinendæ gratiâ pensionem Assyriacis Regibus mittere sunt soliti, illius participes essent. His addi potest, Imperatorem Sultano mittere pensionem istam non quatenus Imperator, sed quatenus est Rex Ungariæ. Ad VIII. & ult. Bodin. rationem Rev. Dn. Arum. distinguendo inter Imperatorem eligendum & electum. 2 Nullam esse consequentiam, Electores creant Imperatorem, E Monarcha non est, quia in aliis etiam regnis, deficiente Regiâ stirpe, Rex legitur, qui nihilominus Monarcha est. *d. discurs.* 1. Tantum de hac quæstione. Ulterius quæro:

An imperium Romanum monarchicum fuerit an Aristocraticum, quando Imperatores Collegas sibi adsciverunt? Q.

Ut Antoninus Pius Lucium Verũ fratrem, Opiliꝰ Macrinus filium suũ Diodomenũ, Marcum Juliũ, Valerian. filiũ Gabienum Diocletianus Dalmata Maximianũ, Constantium

ſtantium & Galerium, Conſtantinus M. Licinium: Theodoſius Honorium, Conſtantius Julianum, Valentinianus Valentem Fratrem, & paulò poſt Gratianum filium & alii nonnulli, de quîbus P. Gregor. *lib.25.de Rep. c.un.n.7.* Lancell. *lib.1 §. an unus. n.4. & ſeq. in templ. om jud.* Equidem Bodinus *lib. 2. de Rep. cap 2. & lib. 7. c.5. n.734.* & Althuſ. *c. ult. Polit.n.54.* exiſtimant, fuiſſe Ariſtocraticum; ſed à Monarchia hîc recedere nō poſſumus, ſiquidem iſti collegæ diſtribuebant inter ſe Romani Imperii Provincias, & plerumq; longè à ſe invicem aberant, ut Ariſtocraticâ formâ non poſſent conſilium capere. Kecker. *lib 2. Polit. cap. 2.*

Ratione hujus regiminis, populus dividitur in Imperantes & parentes, ſive in caput & membra.

Univerſa Germanorum Reſpublica componitur ex capite & membris, ait Thuan. *lib. 2. in pr. hiſtor.*

Caput eſt Imperator a) & vacante Imperio duo vicarii.

(I.) *Vicarii iſti, quatenus vicarii, nullibi capita dicuntur, ſed proviſores Imperii. A.B. c.5. po-*

c. 5. potius ergo est, ut sequar legem Imperii publicam, quam aliorum dogmata.

a) Aur. Bulla tit. 2. ubi Elector Moguntinus in electione Imperatoris ita jurat: Ich N. Bischoff zu Mäntz etc. daß ich etc. will erwöhlen ein Weltlich Häupt dem Christlichen Volck / das ist einen Römischen König / zu einem Käyser zu erheben. Quo utitur Maximilianus II. in Recess. Ratispon. anno 1566. §. Wir wollen auch. ibi. Wie wir dann als Römischer Käyser / und das Oberhaupt im Heyligen Reich. Item in recess Anno 1570. § Nach erledigten ibi: haben wir als ein wachend Häupt des Römischen Käyserthumbs. Qui & oberstes Haupt der Christenheit vocatur in Recess. An. 1530. in pr. An. 1518. in pr. An. 1529. §. Und anfänglich Anno 1530. §. Nach dem aber. Qui eodem sensu dicitur *Cæsar* à Julio Cæsare, qui de matris utero cæsus erat, vel à Cæsarie, quod comatus, vel cæso Elephanto, vel à Cœsus oculis. Item *Princeps in l. princeps, de LL.* Sed hodie pervulgato more loquẽdi aliis etiam præter Imperatorem tribuitur, & quidem cum aliqua additione, Princeps Imperii, Princeps regni, qui habet Ducatum vel

Principatum ab *Imperio* vel Regno, Cluten. *th. 9. lit. a. Syll. rer. quot.* Item *Augustus* ab Auguriis, P. de Andlo *lib. 1. cap. 7. de imper. Roman.* & ibid. Freher. *In* usibus verò feudorum *Rex* dicitur *tit. 76. in pr. v. si verò ad Regem lib. 1. Feud. tit. 54. de allodiis, lib. 2. Feud.* Unde, [*L.* 1.] *Imperator* Justinianus culmen imperiale vocat regale, *in l. 3. C. de quadr. præscript.* & imperialis potestas dicitur potestas regalis *in c. solitæ extr. de major. & obedient.* Quod nomen olim apud Romanos invisum, nec post Tarquinium ab ullo usurpatum: & ut Scipio Africanus Hispaniæ populis, qui virtutis admiratione regnum ipsi detulerunt, dixit; Regum nomen alibi magnum, Romæ intolerabile. Itaque C. Julius Cæsar plebi Regem se salutanti, Cæsarem se non Regem esse respondit. Sueton *cap. 79.* Dn Freher. *ad d. c. 7.* In Gallia dicitur *Delphinus*, [*L. 2.*] ex eo, quod Umbertus Delphinarum Princeps Philippo Valesio eâ conditione cesserit principatum suum, ut regni proximus heres Delphinus diceretur. Polyd. *lib. 11.* Aut disput. *de jure principat. th. 10.* In Angliâ *Normanniæ Dux*, quâ recuperatâ

cuperatâ à Gallis Waliæ Princeps dictus. Polyd. *d. l. 11. & 16.* Hispanorum princeps & reliqui liberi infantes: Sic Ægyptiorum Reges dicti sunt Pharaones, item Ptolomæi & Piromi: Latinorum Murani; Græcorum Despotæ: Parthorum Arsacidæ · Albanorum Sylvii, Atheniensium Erichreidæ vel Cecropidæ: Hungarorum Cachami: Danorum, Skyoldungi: Turcarum Othomanni: Tartarorum Chaam. P. Gregor. *lib. 18. Syntagm. jur. univers. c. 2. n. 11.* Alex ab Alexand. *1. gen. dier. c. 2.*

[*L. 1.*] *Mallem illud, Unde, fuisse omissum. Non enim Justinianus ex usibus feudorum hoc traxit, qui ipso longè posteriores.*

[*L. 2.*) *Scopæ dissolutæ, nec ulla connexionis ratio: De Imperatore agit, & ad Delphinum deflectit.*

Imperator est vel solus, vel adjunctum sibi habet Regem Romanorum.

CAPUT VIII.

Circa Imperatorem duo observanda veniunt, caussa efficiens, & causa dirigens.

Efficiens consistit in Imperatoris aptitudine & potestate.

(L.) *Aptitudo ista non efficit imperatorem, sed electorum solus consensus, & electio Non enim quilibet qui ad Imperiū aptus est, Imperator est sed is demum, qui ab Electoribus, aptus cum esset, Imperator electus est. Præterea quod potestatem attinet, ea Imperatorem non facit, sed factum Imperatorem concomitatur.*

Aptitudo est naturalis vel acquisita.

Naturalis est principalis vel minus principalis.

Naturalis aptitudo principalis est ratione sexus seu personæ & patriæ.

Persona sive subiectum Imperatoriæ dignitatis est mas, non fœmina.

Quæ-

Quæritur hoc loco. I. *An Mulier sit capax Imperii?* Pro negativa sententia hæ adferuntur rationes. I. Quia muliebri Imperio divinum jus reclamat, *1. ad Timoth. 2. Eph. 5. Coloß. 3. 1. Pet. 3. & Gen. 3.* ubi Deus diserte sanxit, ut vir esset caput mulieris, & loco pœnæ gravissimę denunciat imperium muliebre. *Esa. 3. v. 11.* II. per *l. 2. de regul juris*, ubi fœminæ ab omnibus Civilibus officiis removentur. Est enim contra pudicitiam sexui congruentem virilibus conventibus & officiis se immiscere G. Schönborn. *lib. 2. Polit. c. 12.* III. Quia in imperante requiritur prudentia laboris, constantia in adversis, auctoritas in arduis, quæ omnia in fœminis pauciora & parciora. Quemadmodum illa apud Euripidem fatetur ingenuè:

Mulieres sumus ad omnia bona consilia ineptissimæ,
Malorum autem omnium artifices sapientissimæ.

Nam

------- *Deus iis pectus instruxit dolis*

Sed vim negavit. Senec, in Octav.
Nec constantia in illis ulla; *Propert.* 2. Eleg.
---- *Nulla diu fœmina pondus habet.*
Et
Quid levius fumo? flamen; quid flamine? Ventus:
Quid vento? Mulier: quid Muliere? nihil.

Vergil. *Æneid.4.* Sufficiat igitur fœminis obsequii gloria. Plinius *in Panegyrico.* De fœminarum natura mutabili & fragili, moribus item, aliisq; affectibus videatur Lev.Lemn. *de occult.nat.mirac. lib.4. c.13.* Joh.NeviZan. *Sylv.nupt.lib.1.num.163.* Gregor.Rolbach.*in certam. mascul.fœm.* Gl. *in c.forus 10. §.fin. verb. varium. de verbor. signif.* P. Gregor.*syntagm. jur. univerf. lib. 9. c.25. n.4.* Andr.Tiraq.*in lib.1. connub. gl.1. part.1. num.71 cum sex seqq. & l. connub. 9. num.129.* Frider. Bruckm. *in l. in multis. 1. part. princ. memb.1. art.1.n.5. & seq. de stat. hom.* Atq; ita sentiunt Bod. *l.6 de Rep. c.5.* Alex. ab Alex. *genial. dier. cap.11.* Danæus *3. Polit. Christ.3.* Casman. *cap.5. Polit.* Junius 1. *quæst. Pol. 13.* Goclen. *quæst. Eth. 91. & 101.* P.Gregor. *7.de Rep. 11.& lib.47.Syntagm.*

*tagm.jur. Univers cap.*11. K. [illegible]ker. 1. *Pol.* 2. & *disp. prael.* 29.*q*.7. G. Schönb. *d.* [illegible] 2. Clar. Dn. Coll. M. Heid, *c*. 2. *Pol. q*. 7. Non desunt tamen, qui tela nõ imbellia pro imbelli sexu adferunt. Virtutes enim non sexu sed animo æstimandę. Cæl Rhodig. *lib.7.lect. antiq.c.54 in pr.* Nulli præclusa est virtus, ait Seneca, omnes admittit, nec censum nec sexum eligit. Et Casus *lib.* 1. *Polit. c.* 3. Natura, *inquit*, fœminam sæpè solertem: industria literatam: educatio piam; experientia sapientem fecit. Exempla multa collegit Chassan. *in Catal. glor. mundi p.2.consid.8.* vid. Cas. *de c.*3. Lips *lib. 2.Polit.cap.3.* Vincent. Cabot. *lib.* 1. *disput. c.*15. Picolhom. *grad.*6. *Phil. Moral. cap.* 10. Bocer. *Class.*5.*disput.* 8. *παρεργ.*2. Bronch. *cent.*2.*Miscell.ass.*81. Putarim cõsuetudine jureque hereditario fœminas ad Magist. sive Imp. admitti posse, quia moribus officia publica fœminis adempta sunt. *l.*12.*§.*2 *de judic. l.* 1.*§.*1. *ad SC.Vell.* E. moribus sive usu contrario ad officia ejusmodi admitti possunt, teste Innocentio II. *in c.* 4. *de arbitr.* cũ nihil tàm sit naturale, quàm unumquodque eo modo dissolvi, quo est colligatum *l.*35.*de Reg. jur.* Atque talia

conſuetudo recepta eſt hodie in regnis Angliæ, Hiſpaniæ, Navarræ, Poloniæ, Choppin. *de doman.reg.lib 3. tit.1.* Luſitaniæ, Siciliæ, Neapoleos, Scoriç, *Sleid. in deſcript. Galliæ.* Cabot. *d. c. 15.*

[*L.*] *Sanè ſi olim talis conſuetudo apud Polonos extitit, hodie eandem, poſtquam electitium regnum eſt, receptam non video. Catalogus Regum Poloniæ mihi pro fundamento eſt, in quo maſculos, non fœminas intueor. Qui ejus regni ſtatum deſcripſerunt, nullam hujus conſuetudinis mentionem ingerunt, ſed contrarium potius enunciant. ILLUD quoq; libertatis habent præcipuum (ait Krziſtanovvic. in deſcriptione Poloniæ) Nobiles, quod una cum D. D. Senatoribus ad electionem novi Regis pertineant, non ſolum deficiente, poſt obitum Regis, prole maſculi, quæ ſuccedere debeat (quis enim invitis illis regni ſibi habenas ſumeret) verùm etiam dura Princeps legitimus ſucceſſor ſecundũ leges regni, in regem debet eligi. Generoſiſſima ſanè Polonorum gens eſt, & electione fœmineum ſibi imponet imperium, quod & ubi ſucceſſioni locus datur, non ubiquè receptum eſt, & alibi egrè quidem receptum? Quand Loys Roy de Hongerie deceda, laiſſans une ſeule fille nommée*

vre Marie, les Hongres ne pouvoient bonnement gouster que leur Couronne tombast en quenoville, & de fait pour monstrer combien cela leur estoit à contrecoeur, parlans de leur Royne ils en faisoient un Masculin, l'appellants le Roy Marie. Estiene pasquier recherch; de la France livr 5. chap.25. p.647. 2 Choppinus, quem allegat Autor, nunc mihi ad manus non est: Vix tamen crediderim, hanc ejus mentem esse, quam autor noster intendit. Plane eundem locum ipse alio sensu infrà allegat. c. 17. p. 404. 3. Sed quid est, inquies, quod Boterus in descriptione Regni Polonici scribit, filiarum Regum quoq; semper rationem habitam fuisse, sicut olim Hedwigis, quæ Jagelloni ab ipsis collocata fuit, & nostra ætate Annæ, quæ Regi Stephano in uxorem data? Respondeo earum quidem habitam fuisse rationem, at non talem, ut Regni illis demandaretur administratio.

Patria Imperatoris nostri debet esse Germania.

QUæritur hic: *An alii quàm Germano Imperii sceptrum deferri possit?* Q. Neg. I. Quia aliàs regulariter originarii

 extra-

extraneis præferendi sunt, cum melius censeantur scire mores, & consuetudines ejg provinciç, ex qua sunt oriundi. *c. quosdam. & c. quanto de præsumt. fac. l. 2. C. de offic. præfect. prat.* ubi dicitur, potius eligendos esse Prætores, qui habent larem in urbe, quàm qui sunt de provinciis. vid etiam text. *in c. nomine. dist.* 23 Chass. *in Catal. glor. mund. part.* 11. *consid.* 22. Guilh. Benedict. *in repet. c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelasiam*, *n.* 1050. *& seqq. de testament.* Luc de Penna *in l quisquis C. de om. ag. des. lib* 11. Frossard. *lib* 1. *histor. Gall.* 116. *& c.* 311. Phil. Cominæ. *lib.* 7. *com. c.* 14. Antimach. *lib.* 1. *de regni administr. c. ult.* Arist. *lib.* 5. *Pol. c.* 3. Bodin. *lib.* 6. *c.* 5. Patric. *lib.* 3. *de Repub.* Jac. Orlos. *in Resp. jur. de fæm. succ. in reg. ducat. princ. comit. & c.* Melchior Junius *quæst. Polit.* 17. *p.* 101. *& seqq.* Kecker. *lib.* 1. *Syst. Polit. c.* 2. *p.* 46. *& seqq. & disp. Polit.* 29. *q.* 8. G. Schönborn. *lib.* 2. *Polit. c.* 5. II. per *tit* 2. *Aurea bulla*, ubi expressè dicitur Germanum esse eligendum. [*L.*] ubi Buxdorf. *concl.* 31. III. Ne decus Imperii transferatur ad exteros, Sabin. *in elect. Caroli V.* Sleidan. *lib. de stat.* 1. *relig.* Vid. P. de Andlo *lib.* 2. *de Imper.*

Rom.cap.2 ubi Marq.Freher. *in not.* Eberh. a Weihe *in orat de Reg. elect.* P. Heig. *part.* 1. *q.*3. *n.* 6. *& seqq.* Simon Pistor. *cons.* 1. *n.*2. *& seqq.* Matth. Steph. *lib.* 2. *de Jurisd. p.* 1. *c.* 1. *num* 84. *& seqq.* Dn. Arum. *discurs. Jur. pub.* 6. M. Laud. *de princip. q.* 174. Joh. Forald. *de priv. regn. Franc. num.* 36. Lancell. *in tempt. omn. jud. lib.* 1. *c.* 1. §. 2. *quæst.* 1. *&* 3. Bellarm. *lib.* 1. *de translat. Imper. cap.* 4. Arnold. Clapm. *de arcan. Rerump. cap.* 19. Dn. Vult. *l. F.* 1. *n. ult.* Althus. *cap.* 19. *Polit. n.* 76. Herman. Kirchner. *de Rep. diss.* 4. *th.* 3. *lit.* C. H. Goed. *cons.* 1. *n.* 2. *& seq. tit. de elect.* Buxtorf. *ad aur bull. th.* 31. Ant. Coler. de Jure imper. Germ *th.* 53. Diss. qui Imperatorem ex quacunque natione eligi posse putant, ut Card. Zab. *in c. venerabilem, de elect.* Alaaret *in spec. Rom. Pontific. & Imper. c.* 56. *num.* 11. P. Gregor. *lib.* 7 *de Rep. c.* 4. *num.* 11. *& c.* 15. *num.* 16. Camill. Borell. *de præstant. Reg cath. cap.* 85. *num.* 3. Zech. de *Princip. lib.* 1. *c.* 3. Horat. Carpan. *in* 2. *part. stat. Mediol. in constit. Lud. n.* 5.

[*L.*) *Error hic est manifestismus: nihil enim d.t.2. de Germano expressum, sed tantùm de idoneo. At, Patria quod attinet, quis ejus respectu idoneus dici debeat, non ex aurea*

Bulla,

Bulla, sed aliunde sumi debet: Scilicet ex constitutione Ottonis, ad quam, sine dubio, respexit Elector Moguntinus apud Schleidanum lib. 1. p. m. 20. quando in hac prorupit verba: Gallum quod attinet, legibus nostris, & jurejurando nos arbitror impediri, quibus cautum est, ne decus hoc imperii transferatur ad exteros.

An autem Germanus sit dicendus, qui vivo patre nascitur extra Germaniam? Maximi momenti quæstio est? Aff. Quia filius sequitur originem patris. *l. assumptio §.1. ad municip l. filios C. de municip. & orig. lib.10.* [*L. 1.*] quod etiam locum habet in avo respectu nepotum, modò nascantur vivo avo, nam tunc nō in Patris, sed in avi sunt potestate. *§. fin. Inst. de patr. potest.* adeoq; ipsius quoq; originem, præsertim ad honores sequuntur. *l. pen. de feuat.* Exemplum habemus in Carolo V. & Ferdinando Rege Romanorū, fratribus & nepotibus Maximil. I. ex filio Philippo, qui pro Germanis fuerunt habiti à Gœden. *consf. 1. n. 2.* Cum præmortuo patre eorum Philippo Rege Castellę ante avum, fuerint in potestate avi paterni: atque ita sortiantur

hil certi hac de re nos statuere posse, & propterea satius est eam in medium nos relinquere. Quod vero numerus impar sit electus, hanc ratione habere videtur, quod tribus Electoribus a reliquis tribus diffidentibus, quartus alterutri parti accedens discordiã componere possit. Onuphr. Panvin. *de Comitiis Imper.* c. 9. Atque hic Electorum numerus ad tam strictam observantiam redactus est, ut cum Imperator Maximilianus I. Imper. aliqvando Electores pertentaret, quo jus suffragii in Electione Imperatoris Archiducibus Austriæ communicarent, nihil effecerit, ut notat Dn. Freher. *ad calcem P. de Andlo. ex Hart. Mauro de Elect. Carol. V.*

Ecclesiastici sunt Archiepiscopi & Archicancellarii: Moguntinus quidem per Germaniam: Trevirensis per Galliam & Regnum Arelatense: Coloniensis vero per Italiam: Seculares sunt Rex Bohemiæ, Sacri Romani Imperii Archi Pincerna: Comes Palatinus Rheni Archidapifer; Dux Saxo-

Petr. de Andlo *de Imp. Rom. lib. 2. c. 5.* & ibi Dn. Marq. Freher. *in not.* Lupold. de Babenberg. *de jure regni c. 5. 6. &* 12 Pacian. de probat. *lib. 2. cap. 35.* Paurm. *lib. 1. c. 4. n. 4. de jurisd.* Matth. Steph. *lib. 2. part. 1. c. 1. n. 125. & seqq. de jurisdict.* Althus. *c. 19. Polit. n. 50.* Ant. Coler. *de jur. Imper. Germ sect. 10.* Unde Imperator etiam ante coronationem privilegia concedere potest. A.B. Carol IV. *tit. 2. §. pen.* [L.] Und dieweil von aller Guter und löblicher gewonheit das nachbeschrieben / unzerbröchenlich allweg bißhero gehaltē worden ist. Darumb so setzen und erkennen auch wir / auß vollkommenheit unsers Keyserlichen Gewalts / daß der so also vorgemelter massen zum Römischen König erwöhlet wird / so bald solche Wahl vollbracht ist / ehe dann Er in einigen Sachen oder andern Geschefften in Krafft des H. Reichs / handelt / allen und jeden Geistlichen und Weltlichen Churfürsten / so für die allernechste Glieder deß Heil. Römischen Reichs erkant sind / alle Ihr Privilegia / Brieff / Recht / Freyheiten / Verleihungen / alle Gewonheiten / Würdigkeiten / und was sie vom Heiligen Reich / biß auff die Zeit solcher Erwöhlung /

hung/ trakten und ristfen haben / ohne Bewegung und Widerrede / durch sein Worte und Insiegel bestettigen / befestigen / und erneweren sein. Vid. specul. in tit. de rescript. §. jam. vers. nota quod est obtentum. Nicol Cusan. de concord. Cathol. lib. 3. c. 3. Pet. de Andlo. d. c. 5. imprimis autem Amplis. Dn. Præceptor D. Arum. in prelect. ad c. 2. A. B. Buxdorff. in A. B. acculus. 47. & 48. per tot.

(E) Propositio vera, sed quæ allegato non probatur textu. Textus loquitur non de concessione privilegiorum novorum, sed de cõfirmatione, & approbatione privilegiorum jamdum obtentorum. Quæ duo inter se maximè differunt. Nec obstat quod dare videatur, qui confirmat arg. l 130. de V S; Id enim verum esse monet Hilliger. ad Don. lib. 3. Comment. jur. civil. cap. 5. lit. D quotiens confirmatio est voluntaria, non si ex necessitate fiat, quomodo hæc nostra, ut in limine verbum debeat, d. t. t. 2.

Modo quodam consentanea sunt subjectum & adjunctum.

Subjectum est vel recipiens vel occupans.

Occu-

Occupans est Rex Romanorum in Imperatorem eligendus.

[I.] Refellitur hæc dogma supra p...

NOn omnis in Imperatorem potest eligi, nō hæreticus non Tyrannus, non Externus, sed Christianus tantum & quidem Germanus. Latè Buxdorff. *ad A. B. concl. 30. & 31.*

Recipiens sunt Electores qui inter Proceres Imperii gradum supremum ac planè regiam obtinet potestatem cum jure creandi Imperatorem.

ELogia quibus ornātur Electores vide in A. B. Corol. IV. tit. 2. *§. & quid. tit. 3. in pr. tit. 1 2 24. & tit. ult.* ubi Carolus ait Illustrissimos Electores plurimorum necessitatibus relevandis Cæsarem sublimitati sic assistere, ut in partem sollicitudinis constituti reperiantur. Unde principales Imperii dicuntur columnæ à Barbat. *in tr. de præstantia Cardin. in 1. q. 8. n. 4. & 47.* Comparanturq; Præfectis Perfectis Prætorio, sicuti reliqui Principes & Comites Præsidious provinciarum à

Bocc-

Bocero 3. *de Regal. n. 212.* Maxime verò Electorũ dignitas conspicitur in decreto illo Cæsareo dedato 27. Julii, Ann. 1500. cui sequentia verba inserta se vidisse scrib. Henricus Brunning *de variis Univers. speciebus. cl. 10.* Daß der Churfürsten Hoheit vnd Authoritet mit eines Römischen Keysers Gewalt vnd Hoheit / daher sie auch fleust / dermassen verbunden / das eine ohn die ander nicht verschmelert werden / auch ohne die ander nicht bestehen kan / Ja das die höheste würde der Churfürsten / damit sie für andern Königen vnd Potentaten gezihret / eben diese ists daß sie einen Römischen Keyser / dessen Hoheit / Authoritet vnd Gewalt alle andere vbertrifft / von der auch alle andere herfleust / zu wehlen haben. Olim quoque apud Lacedæmonios Regiq; Ephori adjungebantur: his Albinus *de famil. Witichind.* Septẽviros cõparat, & apud Hetruscos Lecumones, Alb. *d. loc.* Sic apud Romanos Interreges constituti, qui Regẽ eligerent. Halicarnass. *lib. 4.* Cluten. *d.* §. 24. *lit. b.* Galli illos vocãt ordines Regni, inter quos præcipuè sũt pares numero duodecim, qui dividũtur in Laicos & Eccle-

Ecclesiasticos. [L.1.] Laici sunt sex; Henricus Burbonius, Dux Mompensierius, in locum Ducis Normandiæ; Ludovicus Aurelianus, Dux Longovalliæ, loco Comitis Flandriæ, Henricus Guisius Dux Lotharingus. Franciscus Gonzaga Dux Nevernensis pro Comite Companiæ Ecclesiastici itidem sunt Sex: Carolus Lotharingus Archiepiscopus Rhemensis; Nicolaus de Pantoron Episcopus Lingonensis; Johannes de Pontigny Episcopus Lågerensis; Nicolaus Potierus Episcopus Bellovacus: Petrus Haurmontius Noviodunnensis: Ludovicus Forget Catalannus. [L.2.] Hi judicant reliquos Principes, ac sententiam pronunciant in criminibus capitalibus, si quis ex illis aut præcipuis officiariis criminis alicujus reus repertus. Aut. disp. *de jur. Princip.* θ. 53. lit. b.

[L.1.] Distingvenda sunt tempora, aut falsum non effugies. Primis temporibus duodecim fuerunt pares. Horum alii Ecclesiastici, alii seculares. Ecclesiastici sex. 1. Archiepiscopus Rhemēsis. 2. Episcopus Laonensis. 3. Episcopus Lingonēsis. 4. Episcopus Bellovacēsis. 5. Episcopus Catalaunensis. 6. Episco-

Regia Noviodunensis. Seculares itidem sex. 1. Dux Burgundiæ. 2. Dux Normanniæ. 3. Dux Aquitaniæ. 4. Comes Tolosæ. 5. Comes Flandriæ, 6. Comes Campaniæ. Inter utrosque pares id erat differentia quod alii Ducum, alii Comitum titulo clarere. Huc pertinet ille, quem André Favin des premiers Officiers de la Couronne, de France liv. 3. chap. 2. p. 310. allegat, Versiculus

No. Cata. Belva. Tolo. Campania. Flandria sunt Co.

Lingo. Remi Laudu. Nor. Aqui Burgundia sunt Du.

Atq; hæc antiquo illo tempore; posteriora autem tempora quod attinet, nonnul. Ecclesiasticos non mutasse, numerum si spectes, juxtaque Episcopatus, iisdem assignatos; at Seculares mutaße: vide Tillium de rebus Gallicis tit. de paribus Curiæ, Eorum enim ditiones tempore partim Regiæ Coronæ accreverunt, partim perierunt, & instituti paulatim alii, qui juxta creationis tempus in publicis Regni solennitatibus, ac consessibus ordinis prærogativam servant. Eorum numerus minime definitus est, titulus ille honorificus pro Regum arbitrio præcipua dignatione aut gratia viris semper attributus.

p[illegible] [illegible] ita demum [illegible] porro con-
[illegible] [illegible]nt [illegible] [illegible] armata
[illegible] [illegible]atus Imperii constituerit M.
Steph. *[illegible] lib.2. p.[illegible] n.[illegible]* Clu-
ten. *[illegible] rer. quot. θ 24. [illegible]* paulò
specialiorem rationē dat Julius [illegible]
[illegible] de statu Germ. nimirum ut Eccle-
siastici qui imperatoriam majestatem
vel [illegible] non possunt, Politicos ne [illegible]
riis voto ad tantu[m] imperiū de[illegible]
aspiraret, in officio retinere possent. *[illegible]*
goras *lib. 2. hist. Roman.* M[illegible] *de*
custit. regn. verb. Commun. n. [illegible]. P. A-
crodius *lib.1. rer. judic. tit.4. c.1[illegible]* Anton.
Robert. *lib 3. rer. judic c.1.* P. He[illegible] *[illegible]*
4. num. 57. Geil 1. *observ. pract. [illegible]* Hen.
Gôden. *consil. 30. n.16.* Surd. *consil. [illegible]*
Modest. Pistor. *consil. 49. vol.2.* Bertran-
dus *de origin. jurisdict. eccl. & secul. [illegible]*
Glut. *d. lo.* Matth. Steph. *d. c.5. num. 18.*
Bu[illegible]ram *de Comitiis Imp. [illegible] 3[illegible]*. Ant Coler.
d. [illegible].42. Qui considerantur non ut purè
Ecclesiastici, sed ut Principes Imperii.
Mynſ. 5. *observ. 58.* Gail. *lib.1. pract. [illegible]*.
& 1. de pace publ c. 8. n.7. Joach. Stephan.
4. de jurisd. c. 2. n. 55. Molinæus *cons. Pa-*
ris. tit.1. in pr. n. 71. Quetta *consil. n. 1[illegible].2.*

hil certi hac de re nos statuere posse, & propterea sanius est eam in medium nos relinquere. Quod verò numerus impar sit electoris, hanc rationē habere videtur, quod tribus Electoribus à reliquis trib⁹ diffidentibus, quart⁹ alterutri parti accedens discordiā componere possit. Onuphr. Panvin. *de Comitiis Imper. c. 9.* Atque hic Electorum numerus ad tam strictam observantiam redactus est, ut cum Imperator Maximilianus I. Imper. aliqvando Electores pertentaret, quò jus suffragii in Electione Imperatoris Archiducibus Austriæ communicarent, nihil effecerit, ut notat Dn. Freher. *ad l. lib. 3. P. de Andlo. ex Hart. Mauro de Elect. Carol. V.*

Ecclesiastici sunt Archiepiscopi & Archicancellarii: Moguntinus quidem per Germaniam: Trevirensis per Galliam & Regnum Arelatense: Coloniensis vero per Italiam: Seculares sunt Rex Bohemiæ, Sacri Romani Imperii Archi Pincerna: Comes Palatinus Rheni Archidapifer; Dux Saxo-

nia ArchiMarescahlus & deniq; Marchio Brandeburgensis, ArchiCancellarius.

Officium Electorum spectatur vel in electione vel extra electionem. Priori respectu hoc in loco de iis agimus, reliqua quæ ad Electores extra Electionem consideratos, pertinent, infra suo loco pertractabimus. Officium igitur Electorum præcipuū est eligere Imperatorem, nū Pontificium, quos Marsil. in defensione pacis, Diaboli pugiles appellat. Qui soli Imperatorem hodie eligunt reliquis Imperii statibus in hoc negotio exclusis. Quam eligendi potestatem olim ita habuerunt, ut cogerentur eum eligere, quē Principes cōmunibus suffragiis prænominassent, ut ex Alberto Stadensi colligit Christ. Besold. *in disp. de regia success. dissert. 3. th. 5.* Ad quod etiam allegat. Eccon. de Repkaco *autorem speculi Saxon. lib. 3 art. 57.* qui ita scribit: An deß Keysers Wahl/ sol der Erst sein der Bischoff von Mentz/ der Ander der Bischoff von Trier/ der Dritt der Bischoff von Cölln. Unter den Leyen Fürsten/ ist der Erste an

an der Wahl der Pfaltzgraff beym Rhein/ deß Reichs Truchseß/ der Ander der Hertzog von Sachsen/ des Reichs-Marschalck/ der Dritte der Marggraff von Brandenburg/ deß Reichs Kämmerer/ der Vierde der Schenck deß Reichs/ das ist der König in Böhmen. Und also kiesen ihn deß Reichsfürsten/ beyde Pfaffen und Leyhen. Die aber zu dem ersten in der Wahl benant sind/ die sollen nicht wehlen nach ihrem Muthwillen/ wem sie wollen/ sondern welchen die Fürsten alle zu einem König er wehlen/ den sollen sie auffs allererst bey Namen nennen und kiesen. Quod etiam confirmat Land und Lehenrecht/ sive speculum Suevorum *lib.1. cap 29 §. 4* ubi hæc verba leguntur: sie sollen dar gebieten (Moguntinus scil & Palatinus) zu dem Gespräch ihrer Gesellen/ id est Coelectoribus/ die mit ihnen da wehlen sollen. Darnach den andern Fürsten/ als viel sie elst gehaben mögen. Item Weichbild. sive jus municipale *art 13. & 14.* ut & jus Saxon. Feudale *cap.4.* Hisce subjungo quæstionem notatu dignissimam: *An Imperii Electoribus competat eli-*

gendi potestas ut singulis, vel ut Collegio? Resp. ut Collegio. *l. per c.4.§.2. Aur. Bull. ibi. Quibus omnibus in Electionis termino invicem congregatis.* II. Quia surrogatum sapit naturam ejus cui surrogatum est. *arg. l. si ex lapidicinis de jure dot. l. si ipsa, de eo quod met. causs. l. si eum qui §. qui injuriarum, si quis caut. jud. sist. §. fuerat, Inst. de action.* Dn. Gœd. *ad l. 98. n. 10. de verb. signif.* Atqui Electores successerunt in locũ Populi Romani, qui ut Universitas elegit sibi Imperatorem. Ergò. P. de Andlo *lib. 2. de Imper. Rom. cap. 3.* & ibi in not. Marq. Freher. Panormit. *in c. Venerabilem de elect. n. 8. &* ibi Card. Zabarell. *num. 8.* Alvarot. *in c. 1. n. 9. vers. forma autem electus. tit. quis dicat. Dux.* Alphons. Villagul. *de reb. Eccles. non rit. alien. remp. lib. 1. c. 84. n. 8.* Castald. *de Imp. q. 11. n. 8. & q. 15. nu. 7.* Covarr. *pract. q. 1. n. 4.* Bertach. *in repet. verb. Electionarii Imp. col. 13.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 35. n. 30.* Schrad. *de feud. p. 9. c. 7. n. 159. & p. 10. s. 10. nu. 85.* Sim. Pistor. *cons. 1. n. 9. vol. 1.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 39.* G. Schönborn. *lib. 5. Pol. c. 33.* Joh. Andr. *in addit. spec. in Tit. de rescript.*

Princ.

Princ. §. ult. vers. pen. Lup. de Beben *c. 6. de jure regn.* Gœden. *in tr. de Elect. regn. Rom. tit. 1. num. 7.* Buxdorff. *ad A. B. th. 33. & 35.* Bortius *jurispr. Rom. pub. cap. 2. th. 2*

Adjuncta electionis sunt vel necessaria vel contingentia.

Necessaria sunt vel extrinseca vel intrinseca.

Extrinseca sunt circumstantiæ loci & temporis.

Locus ubi electio peragi debet, est Francofurtum.

Aur. Bull. *c. 1. §. Præterea. & seq. cap. 2. c. 25 §. invenimus. & passim.* Olim locus erat arbitrii Electorii, non ad certam observantiam redactus, quod multis exemplis probari potest. Nam Heinricus secundus Moguntiæ, Mart. Scot. *in Chron. lib. 3. in Henric.* Onuph. Panvin. *lib. 3. Rom. Princ. in Henr. Jun.* Tertius Aquisgrani. Sigebert. Crembsac. *in Chron. Ann. 1027.* Crantz. *lib. 4. in Metrop. c. 10.* Quartus apud Triburiam. Herman. Contract. *in Chron. Ann. 1052.* Lamb. Schafnab. *Ann. 1054.* Quintus Coloniæ, Avent. *lib. 5. An-*

nal. Boj. Naucler. *gen.37.* Et Lotharius Secundus Moguntiæ, Otto Frising. *lib. 7. Chron. c. 17.* Goth. Viterhiens. *in Chron. in Lothar.* electus est. Quam ob causam Electores convenerunt in villâ Reyssen. vid. Dn. Marq. Freher *ad d. lib. 2. P. d. Anselo c. 2. adp. 80.* Lud. de Bebenb. *c. 6. de Jure imperii* Itaquidam Moguntiæ, Wormatiæ, Confluentiæ, zu Reuß/ plerique tamen Francofurti electi, Dn. Arum *in prælect. Aur. Bull.* sed hodie electio peragenda est Francofurti quod oppidum à veris Francis Trojanis fundatum existimat Trithen. Hunibaldi Epitomator *lib. 1 Annal.* citante Dn. Freher. *d. lo. verb. oppidum Franckof.* ubi ita scribit. Franco Marcomiri Dux Cis Rhenanus apud Hogios, à Confluente usq; ad ostium Mœni fluminis versus Orientem inter Moguntiacos & Saxones Germanos, veterem Urbem Helenopolin instaurans ex suo nomine Franckenfurt nuncupavit: ut summo Clodomeri F. aliam eodem nomine ad ripas Oderæ fluminis. Quæritur hoc loco

Q. *I. An hic locus ab Electore Moguntino mutari possit?* Neg. Nam quotiescunque

q; aliquid pro forma à lege traditur, tūc illud præcisè servandum Prucl.m. *conf.18. n-83.l.b.2* secus enim si fiat, actus nullus est, *l5.C.de LL.* etiam si forma vel solennitas illa in re minima cōsistat, L. Schrad. *conf.40. num.12. lib.1.* Atqui ut Francofurti Electio celebretur, pro forma traditur in *c.1. §. Præterea A.B.[L].* Quo nomine Ferdinandi electionem Coloniæ peractam 1530. impugnavit Elector Saxoniæ, Sleid. *lib.7. An.30. & lib.8. An.32.* Ratisbonæ celebratam electionē Rudol, phi II. & causæ & consensus excusare poterunt Bortius *d. th.20. lit. a.* II. Quæritur: *An si electio alio loco peracta, annulari possit?* Dist. Aut justa subest causa, aut non. Priori casu electio est valida & legitima, præsertim cū locus regulariter non sit de act9 substantia, sed tantùm accidens, *cap fin. de restit. spoliat.* A. Bero. *consi per tot. lib. 1.* Hostiens. *in summ. tit. de Elect. num.3.* Posteriori casu secundū strictū jus electio est ipso jure nulla, Barthol de Firma *tract. de Episcop. 2. lib. 1. q.1. & 2* Lancell. *in tēpl. lib. 2. c. §. 1 rubr. qual. fiat Elect. num.4.* Fr. Marc. *decis.559. n.2.* Q.

n.2.p 2. sic electio Caroli IV. Imp. inter alia & hanc causam, quod alio in loco peracta esset, nulla declarata fuit. Cusp, *in Carol.IV.* vid. Hartm. Maur. *circ. princ. de coronat. Carol. V.* Buxdorff. *ad A. B. th.*21. Bort. *d.cap.*2.*th.* 21.

[L] *Si hoc verum est, quid est, quod paucis interjectis lineis subjicit: priori casu electio est valida & legitima, præsertim cum locus regulariter non sit de actus substantia, sed tantum accidens. Aut loquitur hîc Autor de locis aliis, aut de loco hoc nostro. Si de aliis, frustrà ab illis ad nostrum argumentum ducitur; quia ut maximè in aliis pro accidenti locus sit, in nostro tamen pro forma est, ut autor scribit: si de loco nostro, contraria docet.*

In tempore consideratur terminus à quo, & terminus ad quem.

Terminus à quo incipit electio est id tempus, quo imperium incipit vacare.

Buxdorff ad A. B. *th. 10. lit. f. per text. in c.1. in pr. cap.4. §. cæterum h. t.* Vacare autem incipit Imperium per morté Imp. naturalem, *c.1.§.cum autem. &c. 4. §.Ca-*

§. *Cæterum quoties A. B.* quæ omnia solvit. *Nov.* 22. item per renunciationem. *c. nisi cum pridem. c. ex transmissa. de renunciat.*

[L] *Insufficiens est hæc enumeratio, cui adjici debet loco tertio, exauctoratio Imperatoris: nam & tunc quoque vacare cognoscimus Imperium, ut Electores ad novam cogantur divertere electionem.*

Terminus ad quem, sive tempus electioni destinatum, sunt tres menses continui.

[L] *Non statim postquam vacare imperium incipit, electio incipit, sed elapsis tribus mensibus, Electores Francofurtum ingressi, præstito juramento ad Electionem procedunt. c.2. A.B. Et hic est terminus, à quo incipit electio. Terminus ad quem, non sunt tres menses, sed terminus iste quousq; durat electio: Debet autem illa regulariter perfici intra triginta dies, continuo numerandos à die præstiti juramenti ab Electoribus. Contra si fiat, terminus eo quidem usq; extenditur, donec electio fuerit confecta, sed pœnæ loco interim panem manducent, juxtaque aquam bibant Electores D. c. 2. A.B. §. 3.*

Aur.

Aur. Bull. *c.1.*§. *Praeterea.* Qui terminus numerandus venit à tēpore scientiæ mortis Imperat. Bort *part.1.juris pr. publ. cap. 2. th.20.lit.* Tempus enim regulariter nō currit ignoranti, *l. genero, de his qui not. infam. l. 1. §. si adversus. quand. appell. sit.* Ita ut mensis computetur pro Moguntino, cui intra illud tēporis spacium incumbit, ut cōvocet ad electionem reliquos Electores. Quo elapso etiam non vocati Electores nihilominus convenire debent, quià dies interpellat pro homine *l. magnam. C. de contrah. empt. l. si fundum. de verb. oblig. c. potuit Locat.* Quod ita observatum fuit in Electione Caroli V. Imp. teste Protocollo tit. 2. quod habetur apud Goldast. *p.1. cap.5.* Politischer Reichshandel. *An verò hic terminus à solo Moguntino restringi & abbreviari possit, ambiguæ est quæstionis?* Neg. quia tempus indultū & præscriptum à lege nō potest abbreviari ab homine. *l.4. §. si quis condemnatus. 5. de re judicat.* nisi justa & urgens id suadeat causa, puta si Imperio periculū immineat. Buxdorff, *ad A.B. th.20. lit f.*

Intrin-

Intrinseca vel antecedunt Electionem, vel in ipsa electione occurrunt, vel electionem consequuntur.

Quæ antecedunt pertinent vel ad Moguntinum solum, vel ad omnes.

Ad Moguntinum solum pertinet convocatio seu intimatio quà literis patentibus per Nuncios publicum conventum einem Wahltag/ *singulis Electoribus indicit.*

AUr Bull. *c.1.§. Præterea. & cap. 4.§. cæterum quotiès.* Andr. Knichen *de Sax.non provoc.jur.verb. Electorum cap.1. num.55.* Onuph. Panvin. *de comit. Imper. rubr.varii ritus post VII. Electorum institutionem.* Æneas Sylvius *in Germania sua c.30.* Peuc *lib.5. Chron. in pr.p.4.* Quia & is collegii Decanus habetur. Æn Sylv. *d. c.30.* Dn. Marq. Freher. *in not. ad P.de Andl. lib. 2. cap. 2.* Restaur. Castald de Imperat. *q. 8.n.6.* Tob. Paurmeist. *de jurisd. l.2.c.2.n.45.* qui neccessitate, ita eum agitante Collegas in suo collegio procommodo illis collegii juris habet cōvocandi. Phil. Corn. *consil. 18. n.13. vol.2.* Matt. Steph. *lib.3.*

lib. 3. de jurisd. p. 2. c. 4. n. 7. Unde collegii dicitur honorabilior. *c. post electionem 7. de concess. prebend.* & caput collegii Franc. Mart. *decis. 923. num. 2. & 10. & decis. 1365. n. 1. p. 1.* Et quidem ab antiquo hanc potestatem ei competiisse scribit Carol. IV. in A. B. *c.* 4. §. 2. Guntherus in Ligurino *lib. 6.*

——ad Proceres electio pertinet in qua
Præcipuam vocem Præsul de jure vetusto
Moguntinus habet.

Verum constat ex historiis jus convocandi ad collegium totum olim pertinuisse, vid. Dn. Freher. *ad d. c. 2.* vel etiam ad Electores alternativè, Cuspin. *in Carol. IV.* vel cōmune cum Moguntino Palatinum exercuisse, sicut probatur ex lib. *de jur. Cæsar. reg. Francofurti edito.* Item ex Schrad. *de elect. c. 9.* Crantz. *lib. 9. Saxon. c. 26.* Cuspin. *in Rupert. p. 391. ibi. Palatinus ex officio Imperii Principes ad publica convocat comitia, nondum enim Aurea Bulla Caroli firmata erat.* vid. Buxdorff. *ad A. B. th. 17.* *Quid si nullus pro tempore Decanus fuerit? anne Capitulum succedet?*

cedet? Neque *per c.2.ne sede vacan.* Franc. de Panvin. *tr. de officio & potest.cap. sede vacan. q. 2. p. 2. pr. n. 17. & 18.* Buxdorff *ad A. B. th. 15. lit. C.* Omnes autem & singulos Electores convocare debet, *c. bona memoriæ 2. c. quod sicut §. si autem de Elect. & elect. potest. c. cum in ecclesiis. eod. in 6.* Andr. Fachin. *cons. 55. n. 35. vol. 1.* non tantum Politicos, sed etiam Ecclesiasticos, licet à Pontifice nondum sint confirmati, vel infulati propterea, quod jus eligendi non ut Ecclesiastici sed ut Imperii Principes habeant, & manente Electorali dignitate Episcopalis separari possit. Carol. Molinæus *in consil. Paris in præfat. n. 71.* Petr. Heig. *p. 1. q. 4. n. 53. & seqq.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 58.* Buxdorff *ad A. B. th. 18.* Unde onera Imperii portant, & collectas solvunt. Sixtin. *2. de regal. c. 14. n. 147.* Chassan: *in Catal. de glor. mund. p. 5. consid. 24. n. 162. & ad consvet. Burg. tit. de just. n. 8.* homagium ut alii Imperatoris Vasalli præstant, *c si Episcopus. dist. 18.* Gail. 1. *de pac. publ. c. 8. n. 8.* Schurf. *consil. 72. vol. 1.* appellaturq; ab iis ad Cameram, non Romam, indictâ aliquoties C. Marcarum auri mulctâ, Ord. Cam. *p. 2. tit. 1. & 7.*

Mynſ. *cent.5. obſ. 93.* Gail. *1. obſ. pract. 30.* Cacher. *deciſ. 30.* Jaſ. *conſ. 123. vol.1.* M. Anton. Eugen *conſ. 30. num. 15.* Benbellona *lib. 2. de pac. relig. cap. 15.* *Qvid verò ſi etiam nondum ab Imperatore inveſtiti, nec indulto confirmati ſint?* Et hoc affirmo, cum Buxdorff. *d. th. 18.* ubi dicit ita nuper in Electore Colonienſi ſervatum fuiſſe. *De Rege Bohemiæ an ſit Elector atqve adeo neceſſariò citandus, dubitatum non ſemel fuit?* Intrepidè ſtatuo Regem Bohemiæ in Electione Imper. votum habere, & conſequenter citandum eſſe, quod votum habuit etiam ante auream bullam. *tit. 7. ibi: ſanè generaliter longè lateq́;* Rebdorff. *anno 1314.* Dubrav. *libr. 18. hiſt. Bohem.* poſtea confirmatum conſtitutione Ruperti Vicarii & Rudolphi I. Dn. Frcher. *tom. 1. Bohem. pag. 116. & ſeqq.* Goldaſt. *tom. 2. Conſt. Imper.* Quocirca cum in electione Maximiliani I. Rex Ladislaus ob mutuas inimicitias præteritus fuiſſet, pœnam aureæ bullæ acerrimè poſtulavit, arma etiam minitatus eſt, neque in gratiam redire voluit, niſi hac conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ

hemiæ jus illud, quo Imperatores Romanos in personis, (ut loqvuntur) comitari coguntur, aut ipsi liceret ejus vice 800. Ducatos exsolvere. Quod cum negatum & recusatum esset ab Electoribus translatione inita convenit, ne sub pœnâ 500. marc. auri puri Reges Bohemiæ, in posterum excluderentur, & ita electionem Max. I. ratam habuit. Hartm. Maur. *in coronat. Carol. V.* Pacti illius tenor extat apud Gold. *tom. 2.* Reichssaßung. *pag. 178.* In hanc sententiam plura vide apud Dn. Freher. *ad d. cap. 2.* Cluten. *in Syll. rer. quot th. 24. lit. o.* Bertram. *de Comitiis th. 31.* Buxdorff. *th 18. ad A. B.* Dissert. Bald. *in Margarita.* Albericus de Rosate *in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript.* Gl. *in c. ad Apostolicæ. de sent. & re jud.* Hostiens. & Cardin. Florentini *in c. venerabilem de Elect.* Platin. *in Gregor. V.* Irenic. *in exegesi German. lib. 3. cap. 33.* Alvarot. *in c, 1. num 9. tit. Quis dic. Dux.* P. de Andlo. *lib. 2 cap. 2. de Imper. Rom.* Crantz. *lib. 8. Sax. cap. 5.* Abbas Stadens, *ad Ann. 1240.* Schonb. *libr. 5. Pol. cap. 33.* qui existimant, Regem Bohemiæ ad Electionem non vocari, nisi cum vota aliorum sunt paria, ut ipse arbiter &

Palæmon exiſteret. Ita ipſe Dubravius Bohemicæ hiſtoriæ ſcriptor *lib.6. Additus tamen ſex illis Principibus (ait) poſtea Rex Bohemus fuit Elector ſeptimus, ad tollendam diſcordiam quæ inter pares numero pari ſuffragio concurrente, nonnunquam intercedebat.* Et ſpeculum Saxonicum *lib.3. art.58.* der Schencke deß Reichs (Rex Bohemiæ) hat kein wahl/darumb daß Er nicht deutſch iſt. Verum enim verò hæc ratio tanti ponderis non eſt, ut Regi Bohemiæ votum in Imperatoris electione denegandum ſit, cum ſub Germania magna, qualem quidem Geographi deſcribunt, Bohemia Germanis populis undique circumdata & cincta ſit. Et Æneas Sylv. *cap. 1. Bohem.* eam Germaniæ partem facit. vid. Dn. Marq. Freher. *ad præcit. c. 2. P. de Andl.* Quinimò ipſe Carolus IV. *in conſtit. de jure Elect. Regi Bohem. comp.* regnum Bohemiæ nobile Imperii membrum vocat. Adhæc Imperatores Ducibus Bohemiæ maxima Privilegia conceſſerunt, ad Regiam dignitatem evexerunt, ut Uratislavium Henricus IV. Anno 1086. Cyriac. Spangenb. *in Chron. Mansfeld. c. 205.* & Fridericus I. Onuphr.

Pan-

Panvin. *Roman. princip. lib.3. in Genealogia Ducum & Regum Bohomiæ.* Cluten. *d. th. 24. lit.o.* ubi ſcribit: *Ideò Bohemos ſubinde uſurpaſſe titulum Ducis, quod filii tituli Regis ſe abſtinuerint, populus etiam potius Ducem quàm Regem exoptaverit, ut ita factum dominantis temperarent,* ex Crantz. *in Vandal. lib.7. c. 19. & lib. 8. c. 2.* At verò Privilegiorum conceſſio, in eo qui concedit ſuperioritatem, inq; eo cui conceduntur, ſubjectionem arguit. Mart Neapol. *de juriſd. p. 1. c. 33. n. 8. & ſeq.* Carol. Tap. *in rubr. de conſtit. Princ. c. 4. n 30 & ſeq.* Deniq; certiſſimi juris eſt ſubditum eſſe eum, qui cogitur pati judicium & ſuperiorem, qui judicat, *c. licet in fin de Elect.* Anton de Roſell *tr. de imper. potest. §. fin. num. 21.* Menoch *conſil. 21. n. 10. & conſil 75, n. 22* Ludov. Rom. *conſil. 70. v. 5.* Atqui Reges Bohemiæ ab Imperatore citatos & judicatos fuiſſe eleganter demonſtrat Buxdorff. *ad A B. θ. 88. in fin.* tum exemplo Ottocari, qui tribus vicibus ab Imp. Rudolpho I. citatus, emanens q; contumax declaratus fuit, Cuſpin. *in Rudolph. I.* Avent. *lib.7. Annal. Boj.* tum ex ſequenti in Camera Imperial An. 1514.

18. Januarii lata sententiâ: In Sachen N. contra N. ist erkent/ daß dieselben Appellanten unverhindert ihrer Einrede auff der Appellanten einbrachte Klage litem contestiren/ und antworten sollen: Und wollen sie die Appellanten gegen den Regenten in Böheim auff die angezogene pœn procediren/ sollen sie denselben Regenten darzu wie recht/ citiren lassen. Interim ad Comitia & conventus Imperii ordinarios Rex Bohemiæ non vocatur, nec circulo alicui addictus, neq; contributionis aliisque Imperii oneribus obnoxius est. Dn. Marq. Freher. *d. loc.* Hart. Maur. *de coronat. Caroli V.*

Ad cæteros Electores spectat paritio, quæ vel immediata vel mediata.

Immediatam voco, qvando Electores in propria persona comparent, cum Comitatu præscriptum numerum non excedente.

CUilibet Electori non nisi 200. æquites interque hos 50. tantùm armatos Francofurtum introducere licet. *A. B. c. 1. §. debet autem.* ne nimium Civitas oneretur. Bort. *d. c. th. 27.* Id quod tamen nec ante Bullam usitatum, nec post, præsertim in electio-

electione Ferd. & Maximil. II. forteque nunquam adeo rigorose ut nuper in elect. Divi Matthiæ, servatum fuisse, scribit Buxdorff. *th. 24. in fin.*

Mediata est, quando Electores suos legales nuncios cum plena & omnimoda potestate transmittunt.

AUr. Bull. *c. 25. §. quandocunq; insuper. An autem liberum & integrum sit vel in propria persona comparere, vel procuratores etiam nullo justo existente impedimento, mittere?* Neg. *per d. §. quandocunque ibi: justo impedimento.* de quo fidem sub juramento facere debet legatus, ut vult Goldast. *in replic. pro Imper.* ubi refert exemplum in R. Bohemiæ legatis, jurantibus, Regem suum justa causâ impeditum, ad Electionem in persona venire non potuisse, quod tamen usu temperandum monet Buxdorff. *th. 22. lit. b.* II. Quæritur. *An non modo aliquem de collegio sed etiam extraneum invitis reliquis, procuratorem constituere possit?* Aff. Buxdorff. *d. th. 22. III. An procuratori mandatum ad certam personam eligendum dari possit?*

Exemplum habemus in Waldemaro Marchione Brandeburgense, qui Legato suo in mandatis dedit, ut certam Personam, nempe Frideric. Austriacum eligeret: cumq; is neglecto Principis sui mandato Ludov. Bavarum elegisset, in carcerem eum detrudi & enecari fecit. Crantz. *lib. 9. Saxon.* Huld. Mut. *lib. 24. Chronic. in pr.*

Q. [L] *Non exemplis, sed legibus judicandum l. 13. C. de sent. & interlocution. Contra dictum autem exemplum non modo lex publica, sed & aliorum pugnat autoritas. Ad prius vide cap. 19. A. B. ibi, & cum ipsis concordabunt, & concludent de persona quacunque habili, & idonea, in Regem eligenda. Ad alterum vide sis Reinkink. de regim. secul. clas. 3. lib. 1. cap. 3. num. 8. Vischerum, d. tr. artic. 1. membr. 5. conclus. 21. n. 108.*

[L] IV. *An per literas vota transmittere liceat?* Neg. Quia jure communi absentes de capitulo, vota sua per literas dare non possunt, *c. si quis justo. 46. §. absens. de elect. in 6.* P. Gregor Tholos. *lib. 17. Syntagm. c. 12. num. 42.* Ant. Fab. *in Codic. suo lib. 1. tit. 3. definit. 47.* Licet ita factum sit in electione Richardi, teste Avent. *lib. 7. Annal. Bojor. ibi: & adversus Anglum*

glum tabulis absentes suffragia ferebant. Et Ludovici Bavari Cuspin. *sub rubr. de divis. Imper. temp. Frid. & Ludov.* Buxdorff. *th.* 44. Quod si Electores nec in propria persona compareant nec legales nuncios transmittant, electionis voce pro ista vice carere debent. *A. B. c. 1. §. Princeps verò. & c. 4. §. 1.* quorum absentia non obstante, præsentes electionem peragere possunt, *c. quod sicut. de electione*. Eademque pœna eos manet, si venerunt, sed postea ante peractam electionem iterum abierunt, *c. licet de elect.* *Qvid verò si major Electorum pars recesserit, minorne adhuc eligere poterit?* Aff. Buxdorff. *th. 25. lit. b.* Item quæritur: *Si non modo unus sed plures, & fortè major Electorum pars sit absens, an præsentes eligere possunt?* Aff. quia jus collegii etiam penes eum manet, si reliqui vel mortui, vel absentes, vel inhabiles sint, *l. 7. §. 2. Quod cujusque univers. nom.* Joh. Andr. *in addit. ad spec. tit. de compet. jud. §. ratione.* Johan. Francisc. *de Pavin. de offic. & potest. cap. sede vac. prælud. 5. num. 8.* Buxdorff. *d. th. 25.* Nec obstat. *l. nulli 45. C. de Decu-*

rion. ubi dicitur, duas partes collegii convenire debere. Nam id de illis tantum accipiendum est, qui volunt & possunt, non de illis, qui vel nolunt, vel non possunt, qui non computantur in illum numerum duarum partium. N. Everh. Præses *cons. 100. n. 5.* Mod. Pistor, *cons. 45. n. 67. vol. 2.*

Alios quàm Electores quæ spectant, sunt Principum & communitatum conductio, das Geleit *a) & juramentum, b) quo civitas Francofurtensis Electoribus securitatem, omnemque fidem dare tenetur, & cavere ne quem ultra prædictum Electorum Comitatum in Urbem intromittant, intromissosq́ exire faciant, c).*

a) Quæ hic consideratur ut munus personale Imperio debitum. *c. 1. A. B.* non ut est particula juris territorii, die Geleitsherrligkeit. Bort. *p. 1. jurispr. publ. c. 2. th. 28.*
b) *c. 1. §. injungimus. A. B.* ubi etiam cautum est, ne exterus tempore electionis in Urbe esset. Quam ob causam Franciscus I. Rex Galliæ, qui pro suis legatis & Comitatu eorum recipiendis egit apud Senatum

tum Francofurtensem, & ipsimet quoque Legati apud Electores, repulsam tulit. Literæ hinc inde missæ extant apud Goldast. *p. 1. c. 6. Polit. Imper.* c) Sub pœna perjurii, amisſionis omnium privilegiorum, & banni Imperialis *d. §. injungimus.*

Quæ in ipsa Electione occurrunt, sunt I. Missæ celebratio.

PLato *lib. 6. d. LL.* vult, Magistratum sanctè, id est, prius invocato Numine, & circumspectè, id est, exploratè & ex populi suffragio eligendum esse. Deus enim est, qui intuetur cor. *1. Reg. 16.* Deus igitur invocandus ab Electoribus, ut regat & dirigat ipsorum suffragia ad nominis sui gloriam, & communem Reipub. salutem. Hodiè tamen Augustan. Confesſ. Electores misſiæ non inter sunt, sed interim in proximum conclave se recipiunt, uti nuper factum fuit. Buxdorff. θ. 27.

II. Depositio juramenti, circa quod notetur modus & formula.

QVæritur: *An hoc juramentum remitti posſit?* Neg. Quotiescunq; enim aliquid pro formâ à lege traditur, tunc

tunc illud præcisè ſervandum. Pruckm. *conſ.18 n.83.lib.2.* Aliàs formâ legis non ſervata actus nullus eſt. *l.5.C.d.LL.* Sed hoc juramentum in A. B. pro forma requiritur. Et Nic Cuſan. *lib.3. de concord. cath.c.26.* Henning. Gœden. *conſ 1. n. 7. tit. da elect.* Sim. Piſt. *conſ. 1. n. 31. lib. 1.* Buxdorff *th. 28.* Matth. Bort. *d. c. 2. th. 30.* Diſſ. Burſat. *conſ 375. n. 133.*

Modus in duobus conſiſtit, I. in ritu, ut Eccleſiaſtici coram Evangelio a) manus ſuas pectori imponentes, Seculares verò ipſum Enangelinm manibus tangentes b) jurent: II. in eo, ut primum præſtetur à Moguntino, qui pòct ab aliis exigit. c)

a) Epiſcopi enim non habent neceſſe ipſa Evangelia tangere, ſed ſufficit, ut coram illis ponantur. Buxdorff *d th.28.* b) Nam laicus jurans ipſa Evangelia tangere tenetur, licet ſit Princeps. *c. & tibi Domine. Diſt 63. Clem 1 de jurejur.* c) Primo loco jurat Moguntinus. 2. Trevirenſis 3 Colonienſis 4 Rex Bohemiæ. 5. Palatinus. 6. Saxo. 7. Brandeburgenſis.

Forma

Formula juramenti talis est : a) Ego N. juro adhac S. DEI Evangelia, b) qvod ego per fidem, qvâ DEO & S. R. I. sum adstrictus, secundum omnem intellectum meum cum Dei adjutorio eligere volo temporale Caput populo Christiano, id est, Regem Roman. in Cæsarem promovendum, qvi ad hoc idoneus existat.

[L] *Hæc formula Juramenti Electoralis integra non est, sed mutilata, nulla idonea, quod videam, ratione: integra autem exhibett allegatum ab autore. cap. 2. §. 1. A. B.*

a) *c. 2. §. 1. A. B.* de variis variorum juramenti formulis vid. Brisson. *lib. 8. de form. pop. Rom.* Petr. Gregor. *lib. 5. Syntagm. c. 8.* Setzer. *in tr. de juram. lib. 1. c. 15.* b) Quæritur: *An ad S. Evangelia jurare liceat?* Neg. Quia per Deum, non per ullam creaturam jurandum est. *c. etsi Christus 26. extra de jurejur. Deut. 6. v. 13. & 10. v. 20. Hebr. 6. v. 16. Josuæ 23. v. 22. & seq. Roman. 1. v. 9. & c. 9. vers. 1. 2. Corinth. 11. v. 31.* Est enim jusjurandum spe-

species cultus divini, Wesemb. *in r. D. de jurejur. n. 6.* qui non dandus est creaturæ; Duaren *prior. Comment. de jurejur. c. 11.* Ergò, ipsi Evangelio non jurandum tanquam creaturæ, Wesemb. *d. l.* quamvis formula. Als mir GOTT hilff vnd sein Heilig Wort, pluribus locis quibus purior viget religio retineatur. Dn. Hilliger *in Donell. enucl. lib. 24. c. 5. lit. F.* prava consvetudine secundum Wesemb. *d. n. 6.* Illud quidem facilè concesserim; tactu sacri Codicis jurari posse, sed non per eum; vel per Evangelium Warem. ab Erenb. *de fœder. lib. 2. c. 1. n. 151. & seqq.* Beust. *ad l. 3. n. 5. de jurejur.* Buxdorff. *th. 29. lit. B.* Donell. *21. com 13.* ubi Dn. Hilliger. *lit. C.* Dist. Abb. *in c. etsi Christus num. 6. de jurejur.* Petr. Antonius de Petra *de potest. princip. c. 19. n. 27.*

Includit in se hoc juramentum suffragiorum sinceritatem & libertatem.

Electio debet fieri sincerè, sine fuco & fraude, non prece, nec pretio, atque adeò liberrimè. Bort. *d. c. 2. th. 30.* Nemo igitur ultrò sese ingerat, ac prenset Magistratum *l. un. de L. Jul. ambit.* Graviter Plato *lib.*

lib. 8. de Rep. Reipubl. malè constitutæ argumentum est, ubi Magistratus sunt venales, cum Principatus ac regna pecuniâ parantur. Efficit enim hoc ut majori in pretio sint divitiæ, qvàm virtus & ut tota Civitas immoderato studio pecuniæ dedita sit. Et ita in specie non licet pro Imperio consequendo qvicqvam dare, Buxdorff. *th. 32.* nec accipere. Pretium enim accipiens eligendi jus amittit. Sim. Pistor. *cons. 1. n. 30. & seqq.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. nu. 29.* Olim secus erat. vide literarum Alberti Electoris Sax. A. C. 1291. scripturam summam vnnd assecuration wegen der fünfftshalbtausend Pfundt Silbers / so einem Churfürsten nach der Wahl gebühret / apud Goldast *p. 2. tit. 2. Polit. Imp.*

III. Electio debet fieri collegialiter a) actuq; continuo b) pro majore c) votorum d) parte.

a) De hoc supra. b) Non separantur Elect. nisi prius major pars ipsorum Roman. Regem elegerint, *c. 2. §. 3. A. B.* Quod si infra 30. dies à die præstiti juramenti electionem distulerint, deinceps victum non habebunt, nisi in pane & aqua,

aqua, *d. cap. 2. §. præstito.* P. de Andl. *2. de Imper. Roman. cap. 4.* ibique Dn. Freher *in not:* ad imitationem juris Canonici, quod in *c. ubi periculum de Electione in 6. Clem. Rom. eod. tit.* eandem pœnam Cardinalibus infligit Buxdorff. *th. 33. c*) Ita expressè decisum verbis A. Bullæ. *cap. 2. vers. 4.* Laud. de Princip. *q. 25. & q. 553.* Gœd. *consil. 1. num. 7. tit. de Electior.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 35. num. 31.* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 1. c. 1. §. 2. quæst. 4. n. 4.* Alvarot. *tit. quis dicat. dux. n. 9.* Panormit. *in c. venerab. de elect.* Bertach. *in Repert. verb. Electio col. 12.* Castald. *de Imper. q. 11. num. 1. 2. & 3.* P. à Monte *de Monarch. quæst. 5. in fin.* Ludovicus de Bebenb. *de jure regn. c. 6. pag. 44. & cap. 12. p. 77.* Joh. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de rescript. præs. §. fin. vers. item quod impetratum.* Matth. Stephan. *de jurisd. d. p. 1. c 15. n. 32. & seq.* Buxdorff. *th. 34.* Bortius *d. c. 2. th. 31.* P. de Andl. *lib. 2. c. 2. de Imper. Rom.* & ibi Dn. Marq. Freher. *in not.* ubi ex Rogerio de Hovenden Anglo ostendit exteros de electione Imperatoris fabulosè scribere. Sic enim Rogerius *in Richardo I. p. 776.* scribit: *Defuncto Imperat. Archiepisco-*

piscopi, Episcopi, Abbates, Duces, Comites & cæteri Magnates, Alemaniæ conventu libito tenentur duodecim viros eligere communiter, eosq; præsentare Archiepiscopis Coloniensi & Moguntino, Duci de Saxonia & Palatino Rheni: & quemcunq; illi quatuor elegerint è prædictis duodecim, hunc in Regem Alemanorum evadere, & coronandum esse apud Haijs (Achis vult dicere *capellam, ubi Carolus M. sepultus requiescit* &c.

An autem sola majoratis numeri, an verò etiam senioritatis voti sit habenda ratio, elegans est quæstio? Neg. cum Buxdorff. *q.* 24. & Bortio *d.* 1. *n.* 31. nisi majoris partis electio vel contra antiquam Imperii consuetudinem, vel in maximum Imperii præjudicium tendat: aliâs enim major numerus non attenderetur. Surd. *consil.* 65. *num.* 22. Ruin. *consil.* 130. *num.* 5. & 6. *lib.* 5. Andr. Gylm. *decis. Camer.* 8. *nu.* 20. & 21. *p.* 2. Joh. Vincent de Anna *alegat.* 17. *n.* 8. d.) Quæritur hoc loco: *An Elector se ipsum eligere, suaque voce numerum augere possit?*

Ratio dubitandi est in *c. cumin jure de elect.* ubi dicitur, quod nemo suffragio suo

 is

se nominare & eligere possit. & est gl. & Bart *in l. plane. quod cujusq; univers nom.* Bartol. *in l. si tibi mandavero. § si tibi centum fin D. mandat.*

[*L*] *Non hoc quod autor refert d. in c. dicitur, sed aliud posse aliquem electioni de se factæ consentire, atq; ita electorum numerum augere consensu suo; quod probè cum quæstione nostra consentit, & malè omninò pro ratione dubitandi ab autore adductum fuisse, manifestum est.*

Ratio decidendi est, quod possit consentire electioni de se factæ ab aliis, ut est casus *in cap. Cumana de elect.* qui non est correctus, stare igitur cur prohibeatur, [*Li.*] *arg. l sancimus. C de Testam. l. præcipimus. C. de appell.* etsi ipse prius alium elegit Dd. & Joh. Andr. *in cap. cum jure, de elect. sicut. cap. consuluit. de jure Patron.* Cepoll *cautel 96*, Castal. *qu. n 9. & q. 8. n. 21. v. 21* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 2. c. 1 §. 2. q 4. n. 8.* Cardinal. Jacob *tr. de concil lib 3. art 1. num* 119 Dn. Marq. Freher. *in not. ad Petr. de Andl. d. c. 2.* & ita in elect. Ruperti Palatini videmus contigisse, qui suæ electioni consensit. Vix igitur est, ut ab initio quis suo suffragio se nominare possit, licet id in Sigismundo Imp.

Imp. [illegible] refert Dubrav. [L2] lib. 22. hist. Bohem. Moguntino [illegible] Electoribus [illegible], ad quæ [illegible] Sigismundus Rex liberam [illegible] tanquam [illegible] su[illegible] dignitatis, regia [illegible] primus sententiam, [illegible] rogatus & de Cæsare nominando, se ipsum nominasse. Me [illegible] noti, alii [illegible] itidem, an [illegible] imperio orbis digni sint præsertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque schismate ibi [illegible] varante plurimum laborat. Miratos hanc tam liberam & apertam Sigismundi [illegible] ceteros Electores communi [illegible] approbantes, ipsum Cæsarem [illegible].

[L1.] 1 Quid opus à jure [illegible] mendicare suffragia, & silentio [illegible] decisionem in terminis, ut loquuntur, juris nostri publici: Nempe cap. 2. Aurea Bullæ circa fin 2. Allegati c. Cumana casus planè est alius, & diversissimus ab illo, quem autor constituit. Summa Dc. Cumana est electionem factum à non majore parte capituli, & omissa collatione non valere.

[L2.] De Dubravii relatione quod dubitem, causa mihi est gravissima. Quippe fortissimè reclamat decretum istius electionis, quo Electores inter alia testantur,

Sigismundum in Hungaria absentem, legatos ad electionis actum misisse : apud Lehman. lib. 7. Chron. Spirens. c. 81. Goldast. de Regno. Bohem. lib. 3. c. 4. n. 7. preterca, nec illud credibile est (ponamus enim Sigismundum adfuisse) Electores Sigismundum rogasse, primus ut diceret sentemtiam. Fuisset enim hoc contra dispositionem. A.B.c.4. §3. Nec est quod nos moveat Dubravius, dum ait, dignitatis regiæ gratia id factum. Nam primò, Electioni interesse poterat atq; debebat, non ut Rex, sed ut Elector Brandeburgensis. Ergo non dignitas ista in considerationem hoc in actu trahi debebat. Deinde cur non & Rex Bohemiæ, si dignitatis Regalis debet haberi respectus, in Electioue votum obtinet primum omnes inter Electores? Inquis, Rege Bohemo major est Rex Hungariæ. Nolden de statu Nobil. civil. c. 9. n. 110. sit ita extra actū electionis, at in actu Electionis illum indistinctè majorē dixerim:tū quia hic Electioni interest quatenus Rex elector; tum quia aliàs in Regni curiis quemcunq; alium præcedit Regem, quem quovis casu, seu causa venire, vel adesse contigerit, A.B. c. 6. in f. Debet huc referri, quod legitur apud autorem Del abregè De la bulle doree

parti.

part 2. pag. 3. Les princes Electeurs ne cedent pas au Roy estranger aux assemblees, qui se font dans les Cours solennelles des Empereurs, ny autre part, nommément le Roy de Boheme, qui ne cede pas mesme à l'Imperatrice, si ce n'est en la hauteur de sa table elevee de trois degres plus que celles des Electeurs, quand l'Empereur faict banquets solennels. Chap. 6. & 28. A. B. Le Marquis de Brandebourg estant à Ratisbonne chez soy ne voulut pas donner le lieu à Rodolphe 2. qui n'estoit en ce temps la que Roy de Hongrie.

Ordo in votorum rogatione a) hic est. 1. votum competit Trevirensi, b) 2. Coloniensi c) 3. Regi Bohemiæ. d) 4. Palatino Rheni e) 5. Duci Saxoniæ f) 6. M. Brandeburgensi g) 7. & ultimum Moguntino. h.)

a) Quæ fit à solo Moguntino non alio *A. B. cap. 4. §. cæterum* P. de Andl. *lib. 2. de Imp. Rom. cap. 2.* Peucer. *lib. 5. Chron. in pr.* Matt. Step. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5 n. 42.* *An autem votorum inquisitio secretò an verò publicè fieri debeat, in quæstionem vocari posset?* Utrumque fieri pos-

fe ſtatuo cum Buxdorff. *th 42.* Vide Lancell. *in Templ. om. jud. lib. 2 cap.1. § 2. q 1. n 5.* & Marcin. *deciſ. 934. n. 3. p 1. b)* A. B. *c. 4 §. Primò quidem*, ubi addit Imperator: *Sicut ipſi competere hactenus invenimus*, quod à fide hiſtorica non nihil videtur eſſe alienum. Conſtat enim ex Gunthero primum votum Moguntino olim competiiſſe. Sic n. in Ligurino *lib. 6 ſcribit:*

——ad Proceres electio pertinet in qua Præcipuam vocem Præſul, de jure vetuſto Moguntinus habet.

Et textus in ſpecul. Saxon *lib. 3 art. 57.* Der Biſchoff von Meintz der hat die erſte Stimm an der Wahl / der Biſchoff von Trier die ander / der Biſchoff von Cöln die drit. videatur pro hac ſententia Onuph. Panvin. *de Comit. Imper. p. 396* Simon. Schrad. *de elect orig. cap. 9.* N. Ciſner. *in orat. de Ottone. III.* Buxdorff *th. 45.* Bort. *p. juriſpr. publ. 1. c. 2. th. 32.* Dn. Marquard Freher. *in d. c. 2. ad. Andl.* ubi tradit, Moguntinum etiam antiquitus jus habuiſſe coronare Bohemiæ Regem & conſecrare, donec tandem Henricus ex Comitibus à Fernberg Archiepiſcopus Moguntinus, Eccleſiæ Pragenſi auro venditum,

tum [illegible] c. [illegible] d) d. [illegible] Martin [illegible] Caroli [illegible] Knichen. in Prod. [illegible] Elector. [illegible] n 232. Matth. Steph. [illegible] lib. 2. p. 1. c. 5. n. 42. P. de [illegible] ibiq; Marq. Freher. Thuan. [illegible] 102. Merito autem Rex Bohemiæ inter Laicos Electores primam vocem habet, quippe majorem habens dignitatem [illegible] de Anna. conf. 40 nu 28. Maria conf. [illegible] n. 9. Cluten in Syll. rer. quot. [illegible] Buxdorff th. 49. e) d. §. primo quidem V. de Andl d. c. 2. Cassald. q. 8. num. 21. [illegible] 24. Matth. Steph. d. c. 5. n. [illegible] mo quidem. g) d. §. primo. Mich. Beuter. Pater in animadv. hist. c. 13. n. 37. & [illegible] ibique Jo. Mich. Beut. filius in addit. [illegible] & alii relati a Buxdorff. th. 41. existimant olim Brandeburgensem inter Electores primum obtinuisse locum, 2. Palat. & 3. Sax. Quibus resistit, Specul. Sax. lib. 1. c. 57. & Landt vnd Lehenrecht / lib. 1. c. 79. § 1. vid. Buxdorff. d. lo. h) De hodierna tamen consuetudine Moguntinum in Electione Primum habere votum asserit Goldast. in replic. pro Imper. c. 13. p. 173 de quo vid. Schard. de Elect. orig. c. 9. Bort. d. c. 2. th. 32.

IV. Est imperii commissio, a) quà Electores, Imperatori imperium & administrationem regni sub certis pactionibus b) committunt, juramento ultrò citroq; præstito.

[L] Non ita: solum enim hic jurat Imperator, Electores non jurant.

a) Imperii commissionem refero ad ea, quæ in ipsa electione fiunt, solet enim Imperium Imperatori concedi, priusquam plenè recipiatur. [*L*] Bort. *d. c. 2. θ. 34.* Ex quo sanè cuivis augusta Electorum excellentia & dignitas constare potest, siquidem ob hunc commissionis actum rectè Regibus comparantur. Heig. *p. 1. q. 4. n. 51.* b) Pactiones hæ cum Imperatore initæ utramque partem contrahentem obligant, ita ut revocare vel violare eas neque Imperatori neque Electoribus concedatur. Gail. *lib. 7. obs. 55. nu. 3. 4 5 6.* Losæus *part. 3. c. ult. de jure univers.* P. Gregor. *de Rep. lib. 7. c. ult. n. 26. 27. & . 28. & in primis n. 7.* Bort. *d. c. 2. θ. 34. 35. & 36.*

[L] Ego imperii commissionem refero ad ea, quæ electionem subsequuntur. Electo enim

vim demum committitur Imperium. Quod autem de receptione habet, . . . patitur sensum.

Sequuntur quæ Electionem sequuntur, quo refero officia Electorum.

Quæ expediuntur vel immediatè ab ipsis Electoribus, vel mediatè per suos Vicarios seu subofficiarios.

Officium Electorum spectatur hic in ministrando Imperatori, quod in celebratione solennis curiæ imperialis exercetur: Wann ein Römischer Keyser in seiner Majestät zu Tisch sitzet / vnnd öffentlichen Hoff begehet: *ubi Electores Ecclesiastici mensam consecrant, & sigillum Imperatoris tenent: Marchio verò Brandeburgensis aquam & Rex Bohemiæ primum a) Imp. potum & Comes Palatinus cibum, Dux verò Saxoniæ Marschalli officium exercere tenetur. Quo peracto ipsimet quoq; Electores ad suam quisq; mensam consident, & regio quisq; prandio excipiuntur b)*

a) Quem tamen sub corona regali, nisi libera voluntate voluerit, non tenetur ministrare. Dn. Marq. Freher. *in not. ad l. 2. P. de Audl. c. 15. lit. a.* Hart. Maur. *de coronat Caroli V.* b) si tamen Electorum aliquem abesse contingat legatus ipsius ad mensam absentis non admittitur.

[L] *Omissa est hujus propositionis probatio, quæ peti debet ex c. 28 A. B. §. antepen.*

Si Electorum aliquis sit absens, absentis, is, qui vices ejus gerit, administrabit officium.

VIcarii & subofficiarii Principum Electorum hi sunt: Bohemi, Pincerna de Limpurg; Palatini Dapifer de Walpurg. Saxonis Baro de Pappenheim: Brandeburgici Comes de Hohezollern. Quæritur igitur hoc loco: *Si Elector aliquis sit absens, an horum officiorum administratio pertineat ad Legatum, an vero ad Vicarium & subofficiarium?* Resp. ad Vicarium, sicuti pro vice Pincerna in Electione Caroli V. decisum fuit, Hart. Maur *in coron. Caroli V.* & nuper observatum in Elect. D Matth. II. ubi Comes de Hohenzollern / non verò Ele-

ctoris

[illegible] sub Came-
rati[illegible] [illegible].

Sequitur [illegible] processum [illegible] tur contingens seu non necessarium, inauguratio scil. seu coronatio.

(I) *Quod ex [illegible] processum [illegible] quiri, illud male [illegible] ad contingens, sed non necessarium refert. At [illegible] Germanicam necessario requirit lex imperii publica. A. B. [illegible] §. 5.* Römische Kays. May. Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs *Anno [illegible]* auff[illegible]. *[illegible] post princ. ibi* Unser Krönung [illegible] in der Statt Aach / wie sich [illegible] den Bull vnnd der H. gesetz gebühret empfangen haben. *quibus jungi debent capitulationes imperatoriæ, quæ idem confirmant. Videri poterat, [illegible] probari posse, d. §. 1. cap. 28. A. B. [illegible] quapropter [illegible] promissa servari, [illegible], nisi præmissis omnibus, [illegible] impedimentum legitimum obstaret [illegible] penitius introspexerimus antecedentia, sensus horum verborum non erit iste, quasi Regis Romanorum electio, ejusdem prima coronatio,* al-

1. à quo: 2. quibus actibus perficiatur.

Expeditur illa à Coloniensi, a) Aquisgrani, b) tanquam Archiepiscopo. c)

a) A.B. c. 4. §. primò quidem. Chassan. *in Catalog. glor. mund. part.* 5. *cons.* 27. Onuph. Pavin. *de Comit. Imp. n.* 1. Ludov. Molinæ. *dejust. & jur. disp.* 24. *num.* 6. Tob. Paurmeist. *lib.* 2. *de jurisd. c.* 4. *n.* 3. Lancellot. *templ. om. jud. lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *rubr. coronat. Imp. n.* 1. Hanc tamen prærogativam antiquitus non Coloniensi sed Moguntino competiisse testatur Busdorff. θ. 47. b). A. B. c. 28. §. *invenimus*. ob memoriam jussumq; Caroli M. de quo Guntherus *lib.* 1. *Ligurini.*

Hoc sibi prima loco veluti cunabula regni
Carolus esse volens, magnæ cum Francia Regi
Utraque serviret, primam gestare coronam.
Jussit, & in sacra Reges ibi sede locari,

Verùm hic locus non tàm strictè semper obser-

observatus fuit. Legimus enim Ratisbonæ & Francofurti coronationes peractas esse, vid. Adam. Heiden *in descript. coronat. Maximil. II.* c) Non tantum Electo, sed & consecrato & infulis vel pallio decorato. Electus enim quamvis confirmatus, tamen ea, quæ sunt ordinis, non nisi post consecrationem exercere potest. *c. pallium dist.* 100. P Gregor *lib. 15. Syntagm. c. 11.* Bertach. *de Episcopo c. fin. tit. 13.* Quo cum tribus vicibus caruerint Archiepisc. Colonienses, Moguntinus electionem peregit Otto Frising. *lib 7. hist. cap 22.* Mich. Beuter. *in contin. Sleidan. lib. 28. An 62.* Buxdorff. *th 48.*

Actus quibus inauguratio perficitur sunt vel essentiales, vel accidentales.

Ritus & formulæ creandi, initiandi & inaugurandi magistratus pro regni cujusq; arbitrio & consuetudine variæ & diversæ fuerunt, de quibus Chassan. *in catal. glor. mund. p 5.* Petr Gregor. *lib. 6. c 20.* Alex. ab Alex *lib. 1. gen. dier cap. 28.* Plerumq; tamen regni administratio tradita repræsentabatur per coronam, pileum, diadema, sceptrum, gladium, vestitum purpuream, &c Althus. *cap. 19. Polit. num. 94.*

Actus

Ab ∞ [illegible] sunt tres. I. Est unctio.

INter unctionem & consecrationem hæc est differentia; quod illa [illegible] [illegible], quod sacrum & sanctissimum dicitur, hæc vero Christmate. *Goeden.* [illegible] *de Ecl.*

II. Est insignium traditio.

QUæ & regalia Königliche [illegible] appellantur, [illegible], [illegible], quibus in possessionem quasi regni mittitur Imperator. De quibus peculiariter tractat Gothofredus Viterbiensis *part.* 19. *Chron.* P. de Andl. *lib. 2. de Imp. Rom. c. 6.*

Sunt quæ insignia quinque: 1. Diadema a) 2. Gladius b) 3. Sceptrum c) 4. Pomum aureum d) 5. Amictus. e).

a) Diadema à [illegible] dictum, quod est circumligo. Erat enim fascia candida quæ capiti regis vel reginæ circumligabatur, Justin. *lib.* 15. Hic accipitur pro corona & tiara, quæ à Justiniano *l. ult. C. de quadrien. præscript.* & à Carolo IV. *in pr. A. B.* infula indigitatur. Germani peculiari voce

voce Regnum vocant. Dn. Marq. Freher. *innot. ad P. de Andlo lib. 2 c. 6. verb. Imperiale diadema*, Primùm autem Romanorum Principum diadema usurpasse dicitur Aurelianus Aurel. Vict. Nec silentio præterundum, olim Imperatori 3. Coronas impositas fuisse. Gl. *in Clement. 1. de jurejur.* Zoanet. *de Imper. Rom. num. 248.* Alber. de Rosate. *in l. benè à Zenone nu. 4. col. 8. C. de quadr. præscript.* Alvarot. *tit. quis dicat. dux. n. 11.* Alvaretz. *in spec. Rom. Pontif. c. 26. num. 3.* Paul. Jovius. *lib. 27. histor. p. 237.*

Q. *An autem corona illa sit aurea, à multis dubitatum fuit?* Sunt enim qui ferream, ut Spiegel. *ad lib. 1. Ligurin. Gunther. p. 290.* Onuph. Pavin. *de Comit. Imp. p. 408. & seq.* Cyriac. Spangenb. *spec. Nobil. lib. 10. c. 2.* Joh. Hugo *de offic. 4.* Prælat. 4. *tit. quæ sint, in quibus consistit imperium, num. 2.* Chassan. *pag. 5. consid. 27.* Bero *cons. 1. num 3. & seq. lib. 1.* Schneid. *in proœm. Inst. num. 6.* G. Schönborn *lib 5. Pol. cap 9.* nec desunt qui argenteam eam esse volunt, ut Luitprand. *de gest. Sax. p. 1733.* Crus. *lib. 5. annal. Suev. p. 2. c. 7.* Carol. Sigon. *lib. 7. de reg. Ital. in Ottone I.* Pont. Heut. *lib. 10. An. 1531.* Paul.

Jov.

Jov. *lib. 27. histor.* Verumenimvero omnes hi fallunt & falluntur. Siquidem corona Caroli magni, quæ aquisgrani imponitur, non ferrea nec argentea, ut vulgus falsò autumat, & *quod magis pudendum*, (ait Hartmannus Maurus, qui & Archiepiſcopi Colonienſis Conſiliarius, & coronationi Caroli V. Aquisgranenſi interfuit) *passim injuris professorum commentariis reperitur: sed ex puro puto auro fabrefacta: sic tamen ut in ea Veterum laudabilis parcitas ſatis eluceat.* Idem teſtatur Witikind. *lib. 2. geſt. Saxon. in princ.* Clariſſ. Dn. Marq. Freher. *in not. ad P. de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. cap. 6. verb. ut habetur* H. Balb. *de coronat.* Buxdorff *th. 46 b.* Sicuti olim præfectus Prætorio imperatori gladium præferebat, in ſignum meri imperii, de quo multa Petr. Fab. *lib. 1. ſemeſt. cap. 3.* Ita hodiè Saxo Portitur enſis, qui in coronatione Wilhelmi Imp. ita dixiſſe legitur: *Accipe enſem regium, ut rebelles ſevera correptione potenter affligas, omnesq́ benevolos in tranquilla pace gubernes.* De hoc gladio ita ſcribit Godefr. Viterb. *d. lib. 19.*

Judicii ſignum gladius monſtrare videtur

Instruit hic homines dignos praetendere cultus:
Regum virga tamen, quo moderentur, habet.
Plura solent homines per climata fingere jura;
Cæsar sceptra tenens novit distinguere plura
Imperat & virga jura valere sua, &c.

d) μῆλον Græci vocabant, & μηλοφόρον, qui imperatori illud præferret. Dn. Freher. *ad cap.6.P. de Andl. verb. & pomum aureum.* Quem ita describit Godefrid Viterb. *ibid.*

aureus ille globus pomum vel palla vocatur, *Vide supra p. 118.*
Unde figuratum mundum gestare putatur, &c.

Atque ita in coronatione Guilhelmi Hollandiæ Comitis Imperat. Ludov. Palatinus dixisse legitur: *Accipe globum sphæricum, ut omnes terræ nationes Romano Imperio subjicias, & Augustus gloriose appellari valeas.* Et postea crucem superimpositam.

Crux super est pomo, coeli super infima dono.

Suscipe corde bono, Rex quæ tibi mystica promo
Teque sedente throno perfice quid sit homo.
Si mundana cupis pugno concludere regna
Significata crucis tibi sunt reverenter habenda,
Servulus esto DEI, qui tua sceptra regit.

Hoc signum pomi crucigeri, quod olim Cæsarum proprium, hodie etiam cæteri Reges gerunt. Adeò ut etiam Anabaptistarum seditiosus Regulus in Civitate Monasteriensi, pomum cum sceptro usurparit. Dn. Freher. *d. c. 8. ad P. de Andl.* c) Pallium seu Mantum, est toga auro illusa gemmisque & Margaritis squalens, quæ idem nostris quod priscis Cæsaribus Paludamentum Imparatorium; fibula & bulla aurea in pectore conclusa. Dn. Freher. *d. c 6. verb. dat ei Mantum.*

III. Est juramenti depositio.

Juramentum ab Imper. bis præstandum est, I. ad stipulationes Coloniensis statim in initio, postea peractâ coronatione alterum Bort. *d. c. 2. θ. 42.*

Acci-

Accidentales actus, qui coronationem & renunciationem hanc sequuntur, sunt convivia publica. Equitum creatio, faustæ acclamationes: Elogia & præconia bonis omnibus & votis juncta.

DE variis acclamationum formulis vid. Pet. Fab. *1. semest. cap.* 14. Lips. 2. *Electer. cap.* 10. & orationes hac de re conscriptas apud Goldast. *pag.* 5. *Polit. Imper.* P. Gregor. *6. de Rep. c.* 20. Dn. Marq. Freher. *add cap.* 6. Plin. *in Panegyr. in Trajan. Primus* (ait) *ingressus Principis in urbes lætus ac festus esse debet & cogitarium beneficiumq; populo tunc est dandum.* *Pertinet huc elegantissima & gravissima illa quæstio: An scilicet ob inaugurationem novi Imperatoris reis criminis impunitas sit concedenda?* In qua quæstione distinguendum puto inter crimina graviora, quæ lege Dei sunt capitalia, ut sunt blasphemia & execrationes in Deum, item latrocinia: homicidia voluntaria raptus, adulteria &c. & inter crimina leviora: prioris generis delicta, quæ lege

Dei sunt capitalia, & quibus maximè societas humana dissolvitur, à nullo mortalium remitti possunt. Quia Dei est Judicium, *Psalm*.82. Estque abominabilis coram eo, qui impium absolvit, & justum condemnat. *Prov.* 17. *v.* 15. Et impunitas delicti, incentium est delinquendi *c. est injusta.* 23. *q*, 4 Neq; putandum est hæc duntaxat ad inferiores magistratus pertinere. An enim Saul à Deo rejectus est, quod contra Dei mandatum Amalecitarum Regi Agag pepercerit? *1. Samuel.* 15. *v.* 18. *& seqq.* Equidem id potest Princeps, quod jure potest, *l. filius de condit. instit. c. faciat* 22. *quæst.* 2. *c. Agathosa in fin.* 27. *q.* 2 Auferat igitur malum è medio populi, *Levit* 29. *v.* 20. Et ab altari divellatur homicida, ne sanguinem ab ejus manu exigat Jehova, qui sanguinem temere effundentis rursus dispergere jussit. Aut. disp. *d. jure Princip.* θ. 47. Inquis, jus vitæ & necis esse regale summum Reichsabschiedt / de anno 1529. §. Und wie wol. *l. ab bestias de pæn.* At inquam ego, illud verum esse in levioribus delictis, non in gravioribus. Neque ullum regale regali nomine dignum esse potest, quo sit contra rationem & honestatem.

At

At verò quid rationi & honestati magis repugnat, quam Patricidam, incestuosum & blasphemum hominem divina lege condemnatum absolvere? vid. Vult. disput. feud. 11. th. s. 6. & liter. d. & disp. de jure Princip. thes. 60. Danæum. 6 Polit. 3. & 2. Eth. cap. 14. P. Mart. loc. commun. class. 4. loc. 14. Wilhelm. Zepper d. LL. Mosaic. lib. 8. cap. 8. Jun. Brut. in vindic. contra Tyrannum quæst. 3. Arnis. 1. Pol. 16. Treutl. pag. 2. disp. 30. 9. lit. g. Camer. 1. hor subcesiv. 100. P. Haig. pag. 2. quæst. 24. numer. 33. & seqq.

Lombardica coronatio quæ primitus apud Mediolanum, postea Moguntiam Lombardiæ fieri consuevit, hodiè Romam concessit, ubi paulò ante coronationem Romanam à Cardinali quodam expeditur.

[L] *Non satis exactè de coronatione Lombardica autor, ut nec plerique alii. Videtur potiùs de coronationibus Lombardicis, quam Coronatione Lombardica dicendum esse. Observavi enim, eam fuisse olim duplicem, non unam. De Conrado. I. scribit Sigonius l. 8. de regno Italiæ p. 193. eum Mediolani*

S 4 diade-

diadema regium accepisse, & nihilominus Modœtiæ iterum se coronari, veteri renovata consuetudine, petiisse. De duplici hac coronatione, quarum unam Modœtiæ, alteram ad Alexandriam, eis Alpinæ Galliæ urbem, alii factam arbitrantur, Vide quæ habet Anton. Tilesius lib. de coron. pag. 124. ubi, præter alia, quoq; de materia harum coronarum agit, in qua vix ei assentior.

DE hac coronatione videatur Alciatus. *in lib. de formula Romani imperij*. Dn. Marq. Freher. *ad d. cap. 6 P. de Andl.* Bortius. *d. c. 2, θ. 44.*

Q. *Tertia & ultima coronatio est Pontificia, quæ an sit necessaria, sæpè numerò dubitatum fuit.*

ITa sanè Adriano Pontifici videtur, qui in epistola ad Fridericum I. Imper. ita scribit: *Romanum imperium à Græcis traditum est ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum non antequam ab Apostolico coronaretur. Imperator vocaretur. Ante consecrationem Rex, post Imperator, unde igitur habet imperium nisi à nobis? ex Electione Principum suorum habet nomen Regis: Ex consecratione nostra habet nomen Im-*

Imperatoris, & Augusti & Caesaris, Ergo per nos imperat. Recolite antiqua, Zacharias promovit Carolum, fecitque grande nomen ut esset imperator, & Advocatus sedis Apostolicae, ut Romano Episcopo Apulia per eum pacata esset subjecta, quae nostra clementia urbe Romana est, non Imperatoris: Roma nostra sedes est. Imperatoris est Aquis in Arduenna, quae est Sylva Galliae, Imperator quod habet, totum habet à nobis, sicut transtulit imperium à Graecis ad Teutonicos: ita nos possumus ab Alemannis transferre ad Graecos, Ecce in potestate nostra est, ut demus illud, cui volumus; Propterea à Deo constituti super gentes & regna ut destruamus & evellamus, & aedificemus & plantemus. Aventin. *lib. 3. & 4. Annal.* Et quidem meritò hanc potestatem sibi tribuere videtur cum à Deo super regna & reges sit constitutus. *omnes principes, de major & obed. c. 1. extravag. commun, de consuet.* Qui

Oraculo vocis mundi moderatur habenas:

Et meritò in terris dicitur esse DEUS.

Estq; haec opinio communis, ait Felin. *in c. 13. n. 13. de judic.* Innocent. *in c. venera-*

*bilem de elect.*Abbas *in c.1.n 3. de probat. gl. in l.bene à Zenone.verb.insulas. C.de quadr. præscript.* Alvaror. *tit. quis dicatur dux. num.6.*Chassan.*de glor mund.pag.5.conf.29.* G.Pap. *decis.439.num 3.* Fr.Marc. *decis.938. num. 1.p.1.* Decian.*cons.90.nu. 10.vol.2.* Imol.*cons.15. n.15.*Oldrad. *cons.90,n.7. lib. 2.* Camill.san. *de glor. mund. p.5.cons.29.* G. Pap. *decis.439. num.3.* Fr. Marc. *decis. 938. num.1 p.1.*Dec. *cons.90. n. 10 vol 2.* Imol. *cons.15.nu.15.*Oldrad. *cons.90.n. 7. lib.* 2. Camill.Borell. *in addit. ad Bellug. in spec. rubr. 6.*Lancell.*in templ.lib.1.cap.1.* §. *1.q.4.* Salycet.*in d.l.benè à Zenone n.7.*Baron. *tom. 10. annal. Eccles. de an. Christi 871.§.4. & 888.§. 3.* P. de Andl. *lib.2. de Imp. Rom. c.5. in fin.* Bellarmin *l. 1. de translat. Imper. lib. 4.c.6.* Onuphr. *de Comit. Imper. p.365.* Decius *cons. 194. in pr.* Corne. *cons.1.n.2. lib 3.* M. Laudens. *de Principe quæstion 39.* Par de Puteo *in Andr. de Isern. t.25.* qui volunt, Electo ante Pontificiam coronationem saltem Regis Romanorum non Imperatoris titulum tribui, idque constitutum fuisse à Gregor. V. ait Naucl. *Gener. 34. pag.742.* Platina *n. Gregor. V.* Crantz.*lib.4. Saxon. c.25.*

c.25. Sed utut sit communis hæc opinio nullo modo est amplectenda, (k) Sicuti enim verum est ac legitimum conjugium, etiamsi solennia nuptiarum nondum sint celebrata, *arg. lib. 30. de reg. jur.* Ita Imperator quoque absq; coronatione esse potest. Keck *disput. pract. 29. quæst 16.* Etenim coronatio olim ad ostentationem, non verò necessitatem fiebat. Zvinger *in theatr. lib. 2. vol. 28.* Marsil. Patavin. *in defensore cap. 11. & seqq.* II. Quis Roman Pontifex coronavit Impp. Constantinopol? Quis ante Constantinum consecravit Impp. Ethnicos? Quis ante Carolum M. Impp. Christianos? III. Nec à Pontifice sed urbi Præfecto Romæ, Pontifice, para genere ceremonias, ei corona fuit imposita, Br. *in l. 1. in pr. n. 3. si quis testam. liber esse* Laudens *in tract. de Principe.* Adde IV. quod penes Imperatorem electio erat, non modo Episcorum omniumque Præsidum, Krantz. 5. *Saxon. cap. 30.* Avent. *lib. 4. Annal.* Scabellicus *lib. 8. Ennead. 8.* Waltram. *in opusc. de invest. episcop.* Viterbiens. *in Chr. pag-17. in Henric.* V. Malmsb. *lib 1. Hist.* sed etiam Papæ ipsius, *cap. 21. 22. 23. 28. 29. 30. dist. 63.* Innocent *cap. 2. extra de major. & obed.*

obed. Francis. de Zabarell. *de Schism. Pontif.* Ludovic. Babend. *de Zelo vet. Princ. c. 8. & lib. de jure. Imp. cap. 8.* Onuph. *in vit. Greg. VII* Pol. Virg. *lib. 4. de invent, cap. 10.* Unde Henricus I. cognomento Auceps invitatus à Pontifice ad coronam Imperii suscipiendam, respondit, *sufficere sibi, quod Dei gratiâ sit rex Romanus, & quod Germaniam ab infidelium incursione defendat*, ut testatur Archidiac. Undum. *lib. 3. Belg. annal.* Et maximilianus I. coroam à Pontifice accipere minimè sibi necessarium videri, coram ordinibus Imperii publicé professus est. Bodin. *de repub. lib. 2. cap 6. n. 225.* Rudolphus quoque Habspurgensis nunquam italiam vidit, nedum Romæ coronatus, causamque cur ad Pontificis Nicolai instantiam Romam ingredi recusaret, respondit; *Me vestiga terrent, omnia te adversum spectantia nulla retrorsum.* V. Quia Rex Rom. mortuo prædecessore Imp. rectè dicitur Imperator teste Georg. Sigismund. Seldo in seinem Bedencken an Keyser Ferdinandt / wie deß Bapsts zu Rom Pii V. unbilligen zumassen / wieder ihr Keyserl: Majestät ordentliche Wahl durch die Churfürsten deß heili-

heiligen Römischen Reichs / ohn deß Bapsts consens und Bewilligung geschehen / zu begegnen sey. ibi. Ja es haben wol etliche Rechtsgelehrten gehelten / daß eines Römischen Kaysers Sohn / der die Anwartung ans Reich hat / ein Kayser mag genennet werden. Und ist auffm Reichstage zu Franckfurt durch gemeine Stände / unnd andern erkandt worden / daß ein Römischer Keyser und König eben ein Ding sey. Denique VI. hanc sententiam ipso facto satis probarunt Ferdinandus Maximil. II. Rudolphus II. & Matthias nunc feliciter regnans, qui etsi Romæ nunquam fuerunt coronati, Imperatores tamen fuerunt, ut vanum hucusque eorum augurium non fuisse appareat, qui cum in coronatione Pontificia Caroli V. Imperatoris Bononiæ celebrata, pons ingens, super quem ingrediebantur, corrueret, rem in omen vrtentes ex confracto ponte nullum deinceps alium imperatorem coronatum iri, vaticinari nisi fuerunt, ut refert Ampliss. Dn. Præceptor Arum. *in discurs. juris publ. 3. ex Cornel. Agripp. de coronat. Augustal. Caroli V.* Plura in hanc sententiam

vid.

vid apud Nicol. Everhard. *in loc. à vi surrogat.* Molinæ *in consuet.* Paris *Præfat. nu.* 73 M. Laudens. *de Princip. q.* 25. Castald. *de Imper. quæst.* 46. *per tot.* F. Paeian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 35. & *seq.* Alvaretz. *in spec. princip. quest.* 25. Aug. Aretin. *cons.* 113. Curt. Jun. *cons.* 1. *num.* 2. *vers. nec dicat.* Hyp. Bonacoss. *cons.* 773. *n.* 5. *inter cons. Jacob. de Rimin. vol* 4. Calder. *cons.* 7. *tit. de privileg.* A. Corset. *de potest regn. part.* 5. *q.* 79. *n.* 8. Bero. *cons.* 1. *nu.* 4. *lib.* 1. Dn. Arum. *d. disc.* 3. Carol Molinæ. *in tr. edict. Henric. Regis* Wesenb. *in not. ad Schneid. in proœm. Instit. n.* 6. Aut disp. *de jure princip.* θ. 12. Buxdorff. *ad aur. Bull. thes.* 38. Anton. Coler. *in disput. de jure imper. Germ. th.* 6. Th. Michäel. *de jurisd. concl.* 3. *lit. c.* G. Schönborn. *lib.* 5. *Polit. cap.* 8. Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 10. Paurmeist. *de jurisd. lib.* 2. *pag.* 1. *cap.* 1. *num.* 126. & *seqq.* His consequens est, imperatorem ante Pontificis coronationem, ejusdemq; approbationem privilegia concedere, & omnia quæ ipse Imperator potest, facere posse A.B. Caroli IV. *tit.* 2. §. und dieweil. Anton de Rosell. *de potest. Imp.* & *Pap.* §. *decimæ rationi num.* 3. Bero. *d. n.* 4. Alb. de Ros. *in d. l. benè a Zenone nu.* 4. Balb. *de coronat*

nem p. 39. & seqq. Ant. Colerus de jure Imper. German. lib. 10.

[L] Ita communiter nostrates. Ego ita statuo: Debere imperatorem electum omnem adhibere diligentiam, quo Coronam Imperialem a Pontifice consequatur. Ad hoc enim capitulatione obligari Imperatores video. Brevitatis studiosior, tantum ad Caroli V. atq; Ferdinandi II. nunc temporis Augusti, capitulationes in praesentiarum provocabo; de intermediis autem idem debet ferri judicium. Carolina capitulatio art. 30. ita habet. Wir sollen und wollen uns auch zum baldsten es müglich unnd füglich heraus ins Reich teutscher Nation persönlich fügen / die Römische Keyserliche Cron wie uns als Erwehlten Römischen König wol ziemet / empfahen / unnd anders / so sich deßhalben gebühret thun / auch unsere königliche residentz anweissen und Hoffhaltung in den Heil. Röm. Reich / Teutscher Nation allen Gliedern / Stenden und Underthanen desselben / zu Ehren / Nutzen / und Güte / deß mehrertheils / so viel möglich haben und halten / und nachfolgend / so wir die königliche Cron / wie obstehet empfangen haben / uns zum bestenbefleissigen / die Kayserliche Cron auch in zimlicher

cher Gelegenheit zum sichersten erlangen/ unnd uns in dem allen dermassen erzeigen und beweisen / das unserthalben an aller möglichkeit kein mangel gespüret und vermercket werden söll. *Sleidanus, optimæ notæ Historicus, dum lib. 1. circa fin. Comment. de statt. rellig. hanc capitulationem in epitomen contraxit, generaliter hoc ita expressit: ubi primum licebit, in Germaniam sese conferet, in augurationis causa, Ego hoc aliis exemplum pono, quantum intersit, ex fonte hauriant, an ex rivulis. Atq; quod Carolum nostrum attinet, non tantum firmiter is sibi, ut conveniens erat, propsuit, hanc consequi coronam.* R. A. zu Wormbs *de anno* 1521. §. unnd als wir in unser Käyserlich Gemüth gesetzet unnd fürgenommen haben / mit Hülff des Allmächtigen/ GOtt zuförderst zu lob / dem Reich zu Ehr und Wolfahrt / unser Käyserliche Cron / wie sich gebühret / zu holen unnd zuerlangen: *Verum etiam reapse consecutus fuit.* R. A. zu Augsp. *de anno* 1530. *in proœ. Capitulationis Ferdinandi, nunc temporis Augusti, hæc sunt formalia, artic.* 37. Wir sollen und wollen auch die Römische Königliche Kron / wie uns als erwehlten

Römi-

Römischen König wol gezimet / empfahen / wenigers auch nicht umb zu empfahung der Käyserlichen Cron befördern / unnd bey allen derselben das / so sich derhalben gebühret / thun. *Quid ergo, inquis, de illis habendum qui hanc coronam nunquam susceperunt? Distinguo inter eos, qui eandē spreverunt, & inter eos, qui eandem ambierunt debita diligentia, nec tamē consequi potuerunt, impedimento opposito. Pro illis non habeo quod respondeam, nisi hoc, non me respicere ad id quod factum fuerit; sed quod fieri debuerit. l. 12. ff. de offic. præsid. Pro his excusatio parata: Egerunt quod potuerunt, atq; ita satisfecerunt obligationi suæ. Non enim per ipsos stetit, quo minus coronā hanc consequerentur. Quod Maximilianum I. attinet, aut vera Bodini de eodem (vide autorem nostrum. p. 206. in pr.) non est relatio, aut mutavit sententiam: aut denique falsa est aliorum opinio. Alii enim referunt, Maximilianum I. Bulla, quā in Italiam armatâ manu contendenti, Pontifex Tridentū usq; obviam miserit, coronatum fuisse: Vide Ca[illegible] part. 1. disc. ad A.B. p 73. Alii, quorum Dux, & antesignanus Guicciardinus est, Maximilianum mani-*

manifestissimis signis hanc ambiisse coronam, deniq; pontificem calidis pulsasse precibus, ut legatum mitteret, Cardinalem aliquem in Germaniam, à cujus manu Imperialem posset recipere coronam. His altera nunc succedit quæstio, Cui bono sit hæc, quæ à Pontifice Imperatori imponitur corona? Respondeo, id patere generaliter ex d. R.A. zu Wormbs *de anno* 1521. Und als wir/*ibi*: Gott zu förderst zu Lob/ dem heiligen Reich zu Ehren und Wolfahrt. *In specie verò si scire desideras, quid hæc imperatori conferat, satis expeditus nō sum. Fateor tamen ex dispositione aureæ Bullæ posse colligi, eam electo Regi Romanorum, nomen Cæsaris, sive Imperatoris peperisse. Hoc ut probem, præmittendum reor, Auream Bullam nomen Regis Romanorum accuratè distinguere à nomine Cæsaris, vel Imperatoris. Indicat hoc 1. Phrasis communissima, quà utitur, electus Rex Romanorum in Cæsarem promovendus, de qua dixi supra. Innuit hoc ipsum c. 2. A.B. §. 9. quo statuitur, electum cuilibet principi Electori sua privilegia in specie, primo sub nomine Regali confirmare, & deinde sub Imperiali titulo innovare debere. Hoc jam præsuppositio, eadem ex bulla appa-*

apparet, Electione Imperatorem non fieri, sed promotione alia Ista vero promotio non est coronatio Aquisgranensis quia ea est Regis Romanorum futuri Imperatoris A. B. c. 28. §. 5. Nec etiam coronatio Mediolanensis, utraq; enim harum ab Imperialibus insulis distincta A. B. c. 26. §. 4. Ergo erit alia. Alia autem praeter numeratas haud restat, nisi Romana coronatio, qua Imperialibus insulis, ut loquitur d. §. 4. Rex Romanorum decoratur, atq; nomen Regis in Imperatorium mutat. Atq; hoc etiam notãdum velim contra eos, qui asserere haud verẽtur coronationis imperatoriae, quae a Pontifice fieri debeat, seu coronae Romanae, nulla in Aurea Bulla Caroli IV. extare vestigia. Ut ut vero illo tempore, ipsos quoq; electos Romanorum Reges, nomen Imperatorium sibi non arrogasse facilè credam, Priusquã à Pontifice coronati fuerint, (nam reius ei ex historiis facilis probatio est) attamen, subsequentibus annis, contrarium hoc modo usurpatum observo, ut nõ modo, ante coronationẽ illã Romanam Electos se dixerunt Imperatores Erwehlete Römische Kayser*; atque ita electioni adscripserint, quod vetustiores*

coronationi à Pontifice peragundæ: sed & pòst, imò verò promiscuè, nomine Regis, atq; Imperatoris fuerint usi. Caninio discurs. ad A. B. part. 1. pag. 47. videtur, Maximilianum I. huic rei prima posuisse fundamenta. Testem vocat constitutionem, quam idem Imperator Coloniæ edidit, anno 1512. de notariis, eorumq; officio; nec non ejusdem edictum aliud, quod contra Remp. Venetam, anno 1509. Wormatiæ promulgavit. Addit præterea, Maximilianū procurasse, summa solennitate, à secretario suo Matthia Langio anno 1508. Tridenti sibi hunc titulum dari. Quicquid horum fuerit, certum mihi est, Maximilianum ea in re variasse. Primum enim Regis Romanorum usus is fuit titulo uti patet. Auß der Ordnung des Cammergerichts / auß dem Königlichen Landfrieden / aus handhabung deß Friedens / aus der königlichen satzung von dem gemeinen Pfennig zu Wormbs / auß der königlichen Satzung von den Gotteslästeren auß der *reformation*, die freyschöpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend / *quæ constitutiones omnes ab eodem Wormatiæ anno 1495. promulgatæ Regio fuerunt nomine. Idem factum appa-*

ret,

ret, in der Ordnung über die Wein / *Anno 1497* in der Ordnung des Regiments / in der Erklärung des Landfriedens / in der Cammergerichts Ordnung *de Anno 1500*. In der Ordnung des Cammergerichts *de Anno 1507* zu Costentz auffgerichter / & wie man an Cammergericht *procediren* soll / 1507. zu Regenspurg auffgericht. *Atq; hactenus quidem solum nomine Regis Romanorum; sed ista diversitate. ut aliquoties ita scriptũ reperiamus*, Wir *Maximilian* von Gottes Gnaden Römischer König. *Aliquoties vero* Wir *Maximilian* von Gottes Gnaden erwehlter Römischer König. *In subsequentibus autem, nempe in prima parte recessus Trevirensis atq; Coloniensis de Anno 1512. in principio quidem se Dei gratia Regem Romanorum scripsit, circa finem verò, Imperatorio usus fuit titulo.* §. alle und jede. ibi: Wir Kayser *Maximilian*: *In altera ejusdem recessus parte, in pr. & circ. fin. Electi quidem Imperatoris Romani titulo utitur, sed ita ut nec Regiæ dignitatis planè oblitus esse videatur* §. solches alles *ibi* bey unsern Königlichẽ wortẽ. *In subsequentibus autem ubiquè Imperator audit*: Ordnung zu unterrichtung der

offen *notarien* zu Cölln 1512. (auffgericht. Abschied der Kayserlichen *Commissarien*, und Churfürstlichen Räth / *de anno* 1517. Abschied des Reichstags zu Augspurg/ *de Anno 1518. Hujus rei rationem ex Guicciardino si quæras, consuetudinem is allegabit, qua usurpatum dicet. Regem Romanorum Electum Imperatorem dicere tunc, quando in Italiam proficisceretur, ad coronam à manu Pontificis suscipiendam. Maximilianum autē eo tempore ad hoc ipsum stetisse quasi in procinctu. Verum non habeo quod hoc in responso certò amplectar. Primùm enim non sufficit consuetudinem hanc allegare, sed quoniam ea facti est, aliis debebat firmari documentis, per ea quæ tradit Gail. l.2. observat. 31. n. 14. Deinde, consuetudini allegatæ nullum exemplum præcedētium Imperatorū suffragatur; & quod subsequentes concernit, pro iisdem nō poterit in rationem allegari; Nam Carolum V. si exceperis, nullus eorum unquam hac intentione Italiam ingressus, coronam à Pontifice ut susciperet. Sane si nonnullorum hæc mens tacita constituatur, nulla tamen ejus rei signa exteriora allegari poterunt. At in mente retentum nil operatur, ut nostri*

ſtri loquuntur. In aperto tamen hoc eſt, eosdē nihilo ſecius electi Imperatoris titulo uſos fuiſſe. Quid dicemus? An fortuitam, nec ulla certa ratione ſubnixam habeamus immutationem? Obſtat tot Auguſtorum autoritas, quæ non admittit, ut aliam, quam juſtam præſupponamus cauſam. Atque ita quidem mihi videtur, non ſolum bonam hujus rei rationem reddi poſſe ſed & ipſi quoq; Pontifici nihil inde detractum. Imperatores antiquioris temporis, qui poſt Electionem tantum ſe Reges Romanorum dixerunt, accedente autem coronatione Romana, Imperatores, ab externis quibuſdam ſolennitatibus diſcrimen poſuerunt, & in nominibus potius, quam in re ipſa differentiam conſtituerunt. Licet enim poſt electionem nomine Imperatoris uſi haud fuerint, attamen reipſa Imperatores fuerunt, hoc eſt, omnem poteſtatem adminiſtrandi Imperium electione obtinuerunt. Non me fugit contraria aliorum ſententia, Regem Romanorum ante coronam Imperii receptam non poſſe adminiſtrare jura Imperii: Oldrad. conſil. 180. Salicet in lib. benè à Zenone, in quæſt. 4. Felin. in c. eam. n. 2. extra de reſcript. Tholoſa lib. 6. de republ. c. 20.

 n. 40,

n.40. Verum hæc ipsa & lege Imperij publica, A.B. c.2. §. unnd dieweil. *ibi:* so bald solche Wahl vollbracht ist/ehe dann Er in einigen Sachen/ oder andern geschäfften/ in Krafft deß H. Reichs handelt/ *& consuetudine refellitur. Vide Jesuitam Azovium tom. 2. Inst. moral. lib. 10. cap. 6. §. 2. p.1581. Imperatores autem posteriores, essentiã rei sequi potius constituerunt, quàm verborum inanem differentiam. Sanè Carolus V ut maximè à Pontifice coronatus, tamen electioni nomen & potestatem Imperatoriam acceptam ferre potius sustinuit, quam Coronationi. Non mutavit is titulũ, sed quo ante coronationem Imperatoriam usus fuerat, eundem plane post coronationem reiteravit* Wie Carl der Fünfft/von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Kayser. *Comme voulant dire que pour estre essentiellemẽt Empereur c'estoit asses d estre Esleu: Caninius d.p.51.*

Huc pertinet expeditio Romana der Römerzug/ *cujus origo à Caroli M. successoribus repetenda.*

QUa de re extat Caroli III. Crassi dicti Imperat. constitutio apud Goldast.

dast *tom. 1. constit. Imper, pag. 207.* quam Dom. Freher cum Commentariis edidit. Eamque Lotharius & Fridericus *felicissimam sui nominis expeditionem* vocant, imitatione Honorii Imperat. *in l. 10. & 11. de sacrosanct. Eccles.* Videatur, Dn. Freher. *in notis ad.* P. *de Andlo. lib. 2, cap. 6, verb, cum copioso exercitu.*

Non solum autem Rex Romanorum, sed & Regina, si adsit, paulo post ungenda coronanda venit.

BOrtius *part. 1. jurispr publ. c 2. th. 48.* Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 7.* Romani enim Cæsares serenissimam Augustam æquo per omnia jure secum esse voluerũt, *l. 3. C. de quadrien. præscript. & l. 31. D. de Legibus.* [*L. 1.*] Cui etiam ne quid ad majestatem deesset, Cancellarium ordinarium & perpetuum assignarũt Abbatem Fuldensem, Principis Jura habentem: [L 2.] sed & Archisacellanum tribuerunt Abbatem S. Maximini apud Treveros. Dn. Freher. *ad d. c. 7. de Andlo in pr.*

[*L. 1.*] *Rectius autore nostro Richardus Dieterus, de Majest. th. 72. Princeps eadem*

privilegia Augustæ tribuit, quæ ipse habet, Intellige, quo ad reverentiam, immunitates vacationes, & si quæ sunt similia. Non tamen par jus est usq; quaq; Principis & Augustæ, alioquin legem condere ea quoq; posset, quod in jure nostro, colum ab omnibus officiis publicis non immerito removente, absurdum est Hac de re fusius dixi lib. 2. jur. publ. c. 14. n. 9. & seqq.

[*L. 2.*] *Si majestatem pro splendore aliquo externo tantum, atq; ita impropriè accipit, tolerabile est nunciatum: Quod si verò de majestate propriè ita dicta loquitur, censurā meretur. Nulla enim Augustæ majestas est, proindeq; contra eandem crimen læsæ majestatis non committitur; frustra dissentiente Riemero quæstion. 1. juridic. illustr. decad. ult. quæstion. 1. Cujus argumenta examinavi. d. lib. 2. c. 14. num 30. & seqq. Præterea inconsequens est consequentia, Cancellarium habet, ergo majestate est prædita. Ut enim taceam status Imperii, quorum quilibet suum habet Cancellarium, nec tamen majestatem. Autor noster supra cap. 9. p. 151. Academia quoq; si non omnes, pleraq; tamen Cancellarios suos habent, sed majestatem, propriè dictam, haud obtinent.*

Con-

Contrarie electioni est abdicatio quæ duplex: vel spontanea renunciatio, vel depositio.

Spontè renunciat imperio Imperator si ob senectutem morbum vel aliam ob causam præesse vel nolit vel non possit.

[L] *Non hoc ex mera Imperatoris dependet voluntate, sed & Electorum hic requiritur assensus.* R. A. *de anno 1519. §. 1. ibi.* mit vorwissen jetzgedachter des heiligen Reichs Churfürsten / verlassen / *resignirt* und übergeben. 2. *Imperator Henricus II. Argentinam concedens, inibi inter Canonicos, quid reliquū vitæ tempus erat, voluit transigere,* Aber das haben die Fürsten des Reichs ihm nicht gestatten wollen / sondern begehrt er solle des Reichs warten/und haben ihm mit Gewalt davon abgehalten. *Schadæus de summo Argentoratensium templo.c.2 p.11.*

Maximi momenti quæstio est: *An Imperator imperiū à se abdicare possit?* Negat Baldus *in l. Barbarius. de officio Prætor.* Villalob *in comm. opin. lit. p. n. 222. v. & ultra illud* Affirmat Mat. Steph. Q.

de

de Jurisd. lib. 1, cap. 15. n. 22. & lib. 2. pag. 1. n. 145. cui & meum adjicere calculum nihil dubito. Exempla habemus in Diocletiano & maximiniano, qui se abdicarunt Imperio, & in privatam vitam concesserunt, A. C. 304. sic quoque Carolus V. imperio renunciavit An. 1556. Sleidan. *in fin. Histor. An verò ejusmodi renunciatio debeat fieri in manus Pontificis, an verò in manus Electorum, non in eleganter quaeritur?* Posterius verius esse hinc apparet, quod Imperator Imperium non à Pontifice sed ab Electoribus acceperit, uti suprà latè probavi. Quod fecisse Carolum V. Sleid, *d. lo,* testatur.

Depositio est, qua imperiali diademate imperator privatur.

Depositionis seu resistentiae considerantur Personae quae resistunt, & modus resistendi.

Personae sunt duplices, privatae & optimates.

Privatae Principi resistere nullo modo possunt.

Gravis-

GRavissima & periculosissima hic movetur quæstio: *An privati hostiliter imperanti violenter possint resistere?* In qua quæstione distinguendum puto inter Tyrannum; qui est exercitio, h. e. qui habet titulum, & eum qui est absque titulo. Illi principi insultare nō possunt, *arg. l. 176. de R. J.* sed ad preces, lachrymas, & vitæ emendationem cum Ecclesia confugient. Ascendat deprecatio, & descendet commisseratio, ait Aut. disp. *de iure princip. th. 36. lit b.* Tyranni enim pro pœna dantur subditis à Deo. *Lev. 26. v. 33. & seqq. Jud. c. 2. Esai. c. 10. & 45. Oseæ c. 13. v. 11. Ez. c. 7. Prov. 28. Job. 34. v. 30.* Itaque occisor Saulis justè fuit punitus. *2. Sam. 1. & 4. v. 7. & seqq.* Huic verò absque titulo, regnum invadenti, etiam privatâ Autoritate sine alterius jussu', omnes & singuli patriæ amantes, optimates & privati resistere & possunt & debent. Althus. *Polit. c. 38. n. 68.* Bodin. *de Rep. lib. 2. c. 5.* Petr. Gregor. *lib. 26. de Rep. c. 7.* Vasq; *lib. 1. cap. 8. nu. 33. & seqq. ill. contr.* Jun. Brut. *de vindic. contra tyr. q. 3.* Q.

Optimates imperii Romano-Germanici sunt ordines imperii qui Imperato-

coronationi à Pontifice peragundæ: sed & pòst, imò verò promiscuè, nomine Regis, atq; Imperatoris fuerint usi. Caninio discurs. ad A. B. part. 1. pag. 47. videtur, Maximilianum I. huic rei prima posuisse fundamenta. Testem vocat constitutionem, quam idem Imperator Coloniæ edidit, anno 1512. de notariis, eorumq; officio; nec non ejusdem edictum aliud, quòd contra Remp. Venetam, anno 1509. Wormatiæ promulgavit. Addit præterea, Maximilianū procurasse, summa solennitate, à secretario suo Matthia Langio anno 1508. Tridenti sibi hunc titulum dari. Quicquid horum fuerit, certum mihi est, Maximilianum ea in re variasse. Primum enim Regis Romanorum usus is fuit titulo uti patet. Auß der Ordnung des Cammergerichts / auß dem Königlichen Landfrieden / aus handhabung deß Friedens / aus der königlichen satzung von dem gemeinen Pfennig zu Wormbs / auß der königlichen Satzung von den Gotteslästeren auß der *reformation*, die freyschöpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend / *quæ constitutiones omnes ab eodem Wormatiæ anno 1495. promulgatæ Regio fuerunt nomine. Idem factum appa-*

ret,

ret, in der Ordnung über die Wein / *Anno 1497* in der Ordnung des Regiments / in der Erklärung des Landfriedens / in der Cammergerichts Ordnung *de Anno 1500*. In der Ordnung des Cammergerichts *de Anno 1507* zu Costentz auffgerichter / & wie man an Cammergericht *procediren* soll / 1507 zu Regenspurg auffgericht. *Atq; hactenus quidem solum nomine Regis Romanorum; sed ista diversitate, ut aliquoties ita scriptũ reperiamus*, Wir *Maximilian* von Gottes Gnaden Römischer König. *Aliquoties vero* Wir *Maximilian* von Gottes Gnaden erwehlter Römischer König. *In subsequentibus autem, nempe in prima parte recessus Trevirensis atq; Coloniensis de Anno 1512. in principio quidem se Dei gratia Regem Romanorum scripsit, circa finem verò, Imperatorio usus fuit titulo.* §. alle und jede. ibi: Wir Kayser *Maximilian*: *In altera ejusdem recessus parte, in pr. & circ. fin. Electi quidem Imperatoris Romani titulo utitur, sed ita ut nec Regiæ dignitatis planè oblitus esse videatur* §. solches alles *ibi* bey unsern Königlichẽ wortẽ. *In subsequentibus autem ubique Imperator audit* : Ordnung zu unterrichtung der

offen *notarien* zu Cölln 1512. auffgericht. Abschied der Kayserlichen *Commissarien*, und Churfürstlichen Räth / *de anno* 1517. Abschied des Reichstags zu Augspurg / *de Anno* 1518. *Hujus rei rationem ex Guicciardino si quæras, consuetudinem is allegabit, qua usurpatum dicet, Regem Romanorum Electum Imperatorem dicere tunc, quando in Italiam proficisceretur, ad coronam à manu Pontificis suscipiendam. Maximilianum autē eo tempore ad hoc ipsum stetisse quasi in procinctu. Verum non habeo quod hoc in responso certò amplectar. Primùm enim non sufficit consuetudinem hanc allegare, sed quoniam ea facti est, aliis debebat firmari documentis, per ea quæ tradit Gail. l. 2. observat. 31. n. 14. Deinde, consuetudini allegatæ nullum exemplum præcedētium Imperatorū suffragatur; & quod subsequentes concernit, pro iisdem nō poterit in rationem allegari; Nam Carolum V. si exceperis, nullus eorum unquam hac intentione Italiam ingressus, coronam à Pontifice ut susciperet. Sane si nonnullorum hæc mens tacita constituatur, nulla tamen ejus rei signa exteriora allegari poterunt. At in mente retentum nil operatur, ut nostri*

stri loquuntur. In aperto tamen hoc est, eosdem nihilominus electi Imperatoris titulo usos fuisse. Quid dicemus? An fortuitam, nec ulla certa ratione subnixam habebimus immutationem? Obstat tot Augustorum autoritas, quæ non admittit, ut aliam, quam justam præsupponamus causam. Atque ita quidem mihi videtur, non solum bonam hujus rei rationem reddi posse, sed & ipsi quoq; Pontifici nihil inde detractum. Imperatores antiquioris temporis, qui post Electionem tantum se Reges Romanorum dixerunt, accedente autem coronatione Romana, Imperatores, ab externis quibusdam solennitatibus discrimen posuerunt, & in nominibus potius, quam in re ipsa differentiam constituerunt. Licet enim post electionem nomine Imperatoris usi haud fuerint, attamen reipsa Imperatores fuerunt, hoc est, omnem potestatem administrandi Imperium electione obtinuerunt. Non me fugit contraria aliorum sententia, Regem Romanorum ante coronam Imperii receptam non posse administrare jura Imperii: Oldrad consil.180. Salicet in lib. benè à Zenone, in quæst.4. Felin. in c. eam. n. 2. extra de rescript. Tholosa lib.6. de republ. c.20.

 n.40,

n.40. Verum hæc ipsa & lege Imperij publica, A. B. c.2. §. unnd dieweil. *ibi:* so bald solche Wahl vollbracht ist/ ehe dann Er in einigen Sachen/ oder andern geschäfften/ in Krafft deß H. Reichs handelt / *& consuetudine refellitur. Vide Jesuitam Azovium tom. 2. Inst. moral. lib. 10. cap. 6. §. 2. p.1581. Imperatores autem posteriores, essentiã rei sequi potius constituerunt, quàm verborum inanem differentiam. Sanè Carolus V. ut maximè à Pontifice coronatus, tamen electioni nomen & potestatem Imperatoriam acceptam ferre potius sustinuit, quàm Coronationi. Non mutavit is titulũ, sed quo ante coronationem Imperatoriam usus fuerat, eundem plane post coronationem recitavit* Wie Carl der Fünfft/ von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Kayser. *Comme voulant dire que pour estre essentiellemẽt Empereur c'estoit asses d'estre Esleu: Caninius d.p.51.*

Huc pertinet expeditio Romana der Römerzug / *cujus origo à Caroli M. successoribus repetenda.*

QUa de re extat Caroli III. Crassi dicti Imperat. constitutio apud Goldast

daſt. *tom. 1. conſtit. Imper, pag. 307.* quam Dom. Freher cum Commentariis edidit. Eamque Lotharius & Fridericus *feliciſſimam ſui nominis expeditionem* vocant, imitatione Honorii Imperat. *in l. 10. & 11. de ſacroſanct. Eccleſ.* Videatur, Dn. Freher. *in notis ad.* P. *de Andlo. lib. 2, cap. 6, verb, cum copioſo exercitu.*

Non ſolum autem Rex Romanorum, ſed & Regina, ſi adſit, paulo poſt ungenda coronanda venit.

BOrtius *part. 1. jurispr publ. c. 2. th. 48.* Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 7.* Romani enim Cæſares ſereniſſimam Auguſtam æquo per omnia jure ſecum eſſe voluerũt, *l. 3. C. de quadrien. præſcript. & l. 31. D. de Legibus.* [*L. 1.*] Cui etiam ne quid ad majeſtatem deeſſet, Cancellarium ordinarium & perpetuum aſſignarũt Abbatem Fuldenſem, Principis Jura habentem: [L 2.] ſed & Archiſacellanum tribuerunt Abbatem S. Maximini apud Treveros. Dn. Freher. *ad d. c. 7. de Andlo in pr.*

[*L. 1.*] *Rectius autore noſtro Richardus Dieterus, de Majeſt. th. 72. Princeps eadem*

privilegia Augustæ tribuit, quæ ipse habet; Intellige, quo ad reverentiam, immunitates, vacationes, & si quæ sunt similia. Non tamen par jus est usq; quaq; Principis & Augustæ alioquin legem condere ea quoq; posset, quod in jure nostro, colum ab omnibus officiis publicis non immerito removente, absurdum est Hac de re fusius dixi lib. 2. jur. publ. c. 14. n. 9. & seqq.

[*L. 2.*] *Si majestatem pro splendore aliquo externo tantum, atq; ita impropriè accipit, tolerabile est nunciatum: Quod si verò de majestate propriè ita dicta loquitur, censurã meretur. Nulla enim Augustæ majestus est, proindeq; contra eandem crimen læsæ majestatis non committitur; frustra dissentiente Riemero quæstion. 1. juridic. illustr. decad. ult. quæstion. 1. Cujus argumenta examinavi. d. lib. 2. c. 14. num 30. & seqq. Præterea inconsequens est consequentia, Cancellarium habet, ergo majestate est prædita. Ut enim taceam status Imperii, quorum quilibet suum habet Cancellarium, nec tamen majestatem. Autor noster supra cap. 9. p. 151. Academia quoq; si non omnes, pleraq; tamen Cancellarios suos habent, sed majestatem, propriè dictam, haud obtinent.*

Contraria electioni est abdicatio quæ duplex: vel spontanea renunciatio, vel depositio.

Spontè renunciat imperio Imperator si ob senectutem, morbum vel aliam ob causam præesse vel nolit vel non possit.

[L] *Non hoc ex mera Imperatoris dependet voluntate, sed & Electorum hic requiritur assensus:* R. A. *de anno 15 9. §. 1. ibi.* mit vorwissen jetzgedachter des heiligen Reichs Churfürsten / verlassen / *resignirt* und übergeben. *2. Imperator Henricus II. Argentinam concedens, inibi inter Canonicos, quid reliquũ vitæ tempus erat, voluit transigere.* Aber das haben die Fürsten des Reichs ihm nicht gestatten wollen / sondern begehrt er solle des Reichs warten / und haben ihm mit Gewalt davon abgehalten. *Schadæus de summo Argentoratensium templo. c. 2 p. 11.*

MAximi momenti quæstio est: *An Imperator imperiũ à se abdicare possit?* Negat Baldus *in l. Barbarius. de officio Prætor.* Villalob *in comm. opin. lit. p. v. 222. v. & ultra illud* Affirmat Mat. Steph. Q.

de

GRavissima & periculosissima hic movetur quæstio: *An privati hostiliter imperanti violenter possint resistere?* In qua quæstione distinguendum puto inter Tyrannum, qui est exercitio, h.e. qui habet titulum, & eum qui est absque titulo. Illi principi insultare nō possunt, *arg. l. 176. de R. J.* sed ad preces, lachrymas, & vitæ emendationem cum Ecclesia confugient. Ascendat deprecatio, & descendet commisseratio, ait Aut. disp. *de iure princip. §. 36. lit. b.* Tyranni enim pro pœna dantur subditis a Deo, *Lev. 26. v. 33. & seqq. Jud. c. 2. Esai. c. 10. & 45. Oseæ c. 13. v. 11. Ez. c. 7. Prov. 28. Job. 34. v. 30.* Itaque occisor Saulis justè fuit punitus. *2. Sam. 1. & 4. v. 7. & seqq.* Huic verò absque titulo, regnum invadenti etiam privatâ Autoritate sine alterius jussu, omnes & singuli patriæ amantes optimates & privati resistere & possunt & debent. Althuf. *Polit. c. 38. n. 68.* Bodin. *de Rep. lib. 2. c. 5.* Petr. Gregor. *lib. 26. de Rep. c. 7.* Vasq; *lib. 1. cap. 8. nu. 33. & seqq. ill. contr.* Jun Brut. *de vindic. contra tyr. q. 3.* Q.

Optimates imperii Romano Germanici sunt ordines imperii qui Impe-

rato-

ratorem ex justissima & gravissima causa deponere, atq; imperiali diademato privare possunt.

[L] *Dum generaliter hic optimatibus Imperii atq; adeò indefinitè, omnibus imperii statibus jus deponendi Imperatorem tribuit, contradictionem vix poterit effugere quam verba ejus subsequentia ingerunt: At hæc depositio non pertinet ad Papam, ut voluit Lancell. de quæst. 6 sed ad Electores Imperii.*

Arg. *c. de Apostolica. de sent. & rei. judic. lib.* Canonist. *in c. venerabilem de elect. & elect. potest.* Paris de Puteo *in tr. Syndicatus. cap. de excessibus imper.* Clav. §. *fin. quæst. 35. n. 6.* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 1. c. 1.* § *2. quæst. 6.* Bodin. *de Rep. lib. 2. c. 5.* Ut contingit Henrico IV. & Ottoni IV. nec non Adolpho de Nassavv, & Wencèslao Caroli IV. filio. At hæc depositio non pertinet ad Papam, ut voluit Lancell. *d. q. 6.* Sed ad Electores imperii: Nam qui jus habent eligendi, iidem quoque habent jus deponendi. Atqui eligẽdi im-

imperatorem, E. de facto tamen Henricus IV. Anno Christi 1106. Fridericus Barbarossa ab Alexandro Pontifice, Fridericus II. ab Innocentio in concilio Lugdunensi Anno 1243. ab Imperio dejecti sunt. Unde Wilhelmus Occa, qui in ipsa, ob excommunicationem Pontificis, apprehensa fuga de jure Cæsaris expressis verbis testatus est: *Tu me*, inquit, *Imperator gladio adversus Papæ injurias tutum sistas, & ego te calamo & scriptis defendam.*

Circa modum resistendi sequentia requisita observanda: cui resistant 2. quando resistant; 3. quomodo resistant: 4. quousque & quandiu resistant.

HÆc requisita omnia & singula cum copiosè & eleganter á Keckermanno *lib. 2. Polit. cap 28.* & Althus. *d. cap. 38. num. 46. & seqq.* sint exposita, nihil addam, ad alia me conferens.

Cap. XI

CAP XI.

Hucusq; de prima Imperatoris potestate: reliquum est ut ortam percurramus.

Est autem orta potestas jus faciendi, præcipiendi, vel permittendi, vel exigendi, vel possidendi, &c. aliquid, quod jus soli imperatori seu Regi competit in signum supremæ eminentiæ, & imperii utilitatem, unde Regale dicitur.

DIfferunt hæc: superioritas, summa potestas sive autoritas imperatoris & regalia. Hæc illius quædam sunt adjuncta: illa est idipsum, per quod Imperator est id, quod est, & cui subjiciuntur regalia. Bocer. *de Regal. c. 1. n. 2.* Hinc constare puto, cur regalia ortam Imper. potestatem appellaverim. Nempè quia à Majestate sine autoritate Imperatoris, ceu rivuli à fonte & scaturigine fluunt & proficiscuntur, nec nisi Rege seu Imperatore concedente acquiruntur.

Rega-

Regalium consideratio est vel externa vel interna.

Externa consistit in significatione & notatione.

Nomen regaliorum est multiplex.

NAm primò eo plerunq; feuda regalia, qualia sunt Ducatus, Comitatus, Marchiæ intelliguntur; ut *1. Feud.14. §.1. & 2. F.54. §.1.* II. Regalia pro majoribus & opulentis sacerdotiis accipiuntur, cujus rei excẽpla multa exponit. Hotom. *disput.feud. 6. &* Radevic. *c.15.* III. Pro jure & potestate conferendi feuda & beneficia regalia, quod per sceptrum fiebat. Otto Frising. *Chron lib 7. c. 14.* IV. Pro insignibus & ornamentis regiæ inaugurationis: Luitprand. Ticinensis *lib. 2. cap. 7. Cunradus Imp. coronam, sceptrum & cuncta quæ regalia sunt indumenta, in medium venire præcepit.* Witichind. lib. 2. Deniq; V. significant jura Imperatori Romano propria, in signum supremæ eminentiæ ad Imperii utilitatem ei tributa. Dn. Vult. *1. F. 5. n. 7.* Bocer. *de regal. c. 1. n. 1.* In qua pôsteriore significatione à nobis accipiuntur.

Dicta sunt regalia à Rege quem in textibus feudorum interpretamur Imperatorem, quod illi soli propriè & jure suo competant.

ALvarat. *in c. 1. in pr de nov. form. fidel.* Isern. *in. cap 1. n. 1.* & ibid. Afflict. *nu. 5. quæ sunt regal.* Rol. à Valle *cons. 1. nu. 15. vol. 2. & consil. 4. nu. 14. vol. 3.* Igneus *in l. necessarios. §. novissimè. D. ad SC. Syllan.* Rosenth. *in Synop. feud. c. 5. nu. 2.* Matth. de Afflict. *n. 1. quis dicat. dux.* Curt. Jun. *de feud. p. 2. de feud. laicor. nu. 7.* Marant. *de jud. p. 4. dist. 5. n. 3.* Bart. *in l. 1. num. 15. D. de jurisd.* Pruck. *de regal. c. 1. nu. 16.* Dn. Arum. *disp. feud. 4. θ. 10.* Bocer. *de regal. c. 1. num. 17.* Sixtin. *de regal. c. 1. num. 1. & seqq.* Dn. Goclenius vult esse vocabulum mixtolatinum, ex rege & adverbio Græco λίαν conjugatum: Regaliaque dicta tanquam valdè regia. Gothofred. Anton. *disp. feud. 3. th. 6. lit. b.* Unde appositissimè Guntherus *lib. 7.* vocat jura Regia: Ferrariensis *in tr. de feud. lib. 5. tit. 51.* βασιλικὰ Livius *lib. 2* jura imperii: Tacitus sacra regni: Bald. *in proœm. feud.* sacra sacrorum: Cicero jura majestatis. Germani no-

zu nominan die Kayserliche Hohheit und Reservaten Reichsabschied zu Regenspurg de anno 1576 § dadurch dann Com ad excellentiam Imperatoris spectare dicantur. §. Volumus de pace consti[illegible]

Interna explicatio constat definitione & divisione.

Regalia definiuntur jura soli Imperatori Romano propria, insignum supremæ eminentiæ, & imperii utilitatem tributa.

BOcer. *in tr. de regalib. cap. 1. num. 1.* Dn. Vult. *d. num. 6.* Bald. Isern. Laudens. Alvarot. Præpos. Afflict. *in cap. 1. quæ sint regal.* Rosenth. *c. 5. concl. 1. num. 2.* Goth. Anton *d. loc.*

Declaratur hæc definitio ex argumentis consentaneis & dissentaneis.

Consentanea sunt vel absolutè vel modo quodam.

Absolutè consentanea sunt causæ & effecta.

Causa est finis & efficiens.

Finis alius est generalis, alius specialis.

Finis generalis omnium regalium est salus Reipublicæ.

CUm salus Reip. Imperatori suprema lex esse debeat, utpote qui non propriam utilitatem, sed ob salutem publicā Imperio præfectus, consequens est, Regalia propriè non esse Imperatoris sed Imperii: quia Imperatori non per se, sed imperii causâ competũt. Obrecht. *in disput. de Regal. §. 526.* Quam ob causam Regalia post mortem Imperatoris, non ad illius hæredes devolvuntur, sed manent penes imperium, & ad eum transeunt, qui Imperio succedit. Obrecht. *d. lo. §. 527.*

Finis specialis est vel majorum regalium vel minorum.

Finis majorum regalium specialis est, ut ostendant Imperatoris & Imperii supremam eminentiam.

PER text. in Recessu Imperii de anno 1576. §. Dadurch man ibi. zu unserer Kayserlichen Hoheit und Reservaten. Et per text. in constitutione Friderici Imp. de pace Constantiæ §. volumus ut regalia. ibi. *ad nostram excellentiam spectant.*

Mino-

Minorum regalium finis in specie est, ut fisci commoda augeant.

CUm Cæsaream majestatē pro salute Imperii continenter, & perpetuò laborare oporteat, text. *in cōst. de novo. Cod. faciend.* §.1. *in Constit. de Justin. Cod. confirm. in pr. l.1 in pr. de summ. Trinitat. Nov. 11. in pr. Nov. 18. 21. 24. in princ. 30. in pr. 31. 43. 46. 72. 80. & seq. 85. 114. 116. 127.* id autem sine magna impensa commodè & utiliter fieri nō potest, idcirco regalia fisci ei sunt tributa, Bocerus *de regal. c.1. n.11.*

Efficiens seu modi quibus regalia acquiruntur, sunt duo; concessio & præscriptio: illa fit conventione expressa, hæc verò tacita.

Expressa conventione regalia acquiruntur, quando expressè alicui illa dantur, & ab altero accipiuntur.

Hæc fit vel ab eo, qui superiorem non recognoscit, vel ab eo, qui recognoscit.

A superiore (veluti Imperatore & Rege aliquo) quæ fit, est simplex vel mixta.

Simplex est generalis vel specialis.

Generalis est, quando generaliter & indefinitè, alicui regalia dantur.

Fitq́, vel cum expresſione regalium, vel ſine horum expresſione.

Cum expresſione regalium fit, ſi Imperator dicit, conceoo tibi provinciam ſeu Ducatum N. cum jurisdictione & omnibus regalibus.

Q. Quæritur hoc loco: *An Imperator etiam regalia majora cæteris Principibus concedere posſit?* Generaliter id Affirmant Didac. Covarr. *ad c. poſſeſſor. §. 2. nu. 8. v. Tertia ſpecies, Tit. de R. J. in 16.* Menoch. *conſ. 201. n. 127. & ſeqq.* Roſenth. *in Synops. juris feud. c. 5. concl. 9. &* alii multi quos refutat Bocer. *c. 4. de regal. n. 2.* Licet enim quædã concedi poſſint, veluti jus legitimandi ſpurios, creandi tabelliones &c. alia tamen multa Imperatoriæ Majeſtati ita inhærent, ut aliis communicari nullo pacto poſſint, puta jus

jus indicendi bellum, condendi leges universales &c. II. Quæritur: *An hac generali concessione majora etiam regalia concessa intelligantur?* De minoripus res est plana, quia alias illorum verborum, *cum omnibus regalibus* nulla vis esset. Indubitati autem juris est, verba non debere esse otiosa & superflua, sed aliqvid ut operentur, interpretanda *arg. l. 5. §. 2. Ne quis eum, qui in jus vocat.* De majoribus negamus; quia generaliter alienari non possunt per tritissimam juris regulam, quod in generali cōcessione ea, quæ specialiter concedi debent, non veniant. *l. 6. de pignor. l. 1. C. quæ res pign. oblig poss. l. filio. f. de donat. l. si pater quæ in fraud. cred. c. in generali de R. J. in 6.*

Sine regalium expressione generalis fit hoc modo: concedo tibi Pagum N. cum omnimoda jurisdictione; *vel* concedo tibi pagum N. cum omnibus juribus.

Quæritur hoc loco I. *An sub omni vel omnimoda jurisdictione regalia contineantur?* Negat. *per d. lib. 6. de pignor. cap. 1.*

de capitan. qui cur. vend. facit l. 5. § qui a de re. de postul. nec enim sufficit generaliter fieri, quod specialiter faciendum. *arg. l. 4. §. quæsitum. si quis c. in aut. in iud. sist.* At verò Imperator ea, quæ in signum privilegii singularis ipsi reservata dicuntur, ut sunt regalia, absq; speciali concessione alii tribuere non censetur, *c. 4. extr. de offic. leg.* Bald. *in l. 2. C. de servit. & aq. num. 44.* Idem *in l. à procuratore, nu. 2. C. mandat.* Ripa *in obligat. de pign.* Alberic. *in l quoties C. de precib. Imp. Offer.* Alvorat. *in c. 1. in generali not. 2. si de feud. defunct. contract. fuer. int. dom, & agn.* Mynſ. *conſ. 39. num. 6. & 7.* Cravet. *Conſ. 895. n. 1. vol. 5.* Patris de Put. *tr. Syndic. rubr. de exceſſ. baron. n. 13.* Menoch. *conſ. 20. n. 24. vol. 1.* Pruck. *de regal. c. 5. nu. 11. & ſeqq.* Bocer. *c. 4. de regal. n. 12.* II. Quæritur: *An* Q. *concessò alicui castro, urbe aut provincia cum mero mixtoq; imperio & jurisdictione, censeantur etiam regalia data?* Neg. Luc. de Penna. *in l. verſ. denegamus. C. de privil. Schol. l. 12.* Idem *in l. 1. C. de veter. eod. lib.* Jacob de S. Georg. *tr. feud. verb. de Castro Rubei montis, num. 6.* Affirmat Cravet. *conſ. 294. nu. 2.* Cephal. *conſ.*

consil.116.nu.5.vol.1. & cons.318. num. 32 vol.4.

[L] *Ostendit autor, regalia dari, vel cum expressione regalium, vel sine expressione harum, que regalium expressione generali fit hoc modo: Concedo tibi pagum N. cum omnimoda jurisdictione. Postea in fi. ejusdem p. negat sub omnimoda jurisdictione regalia contineri. Quam rem manifesta est contradictio scilicet in eo, regalia dantur vel expressis verbis, ut concedo tibi regalia; vel sine expressione regalium, ut concedo tibi pagum cum omnimoda Jurisdictione: Et regalia sub omnimoda jurisdictione non continentur.*

Specialis concessio est, si nominatim unum vel plura regalia alicui tribuuntur.

Mixta regalium concessio est, si in specie quadam exprimuntur, & postea generalis clausula subjicitur: veluti, concedo tibi pagum N. cum omnibus & quibuscunq; aliis juribus.

HOc casu regalia etiam reliqua, licet specialiter nō sint expressa concessa

intelliguntur, non quidem omnis omninò generis alia, sed quæ ejusdem sunt generis & qualitatis in iis, quæ specialiter sunt concessa. Bocer. *d. cap. 4. num. 8.*

Q. *Quid verò si Imperator duobus aut tribus specialiter concessis, non apponat generalem illam clausulam, an nihilominus ejusdem generis regalia cætera intelliguntur concessa?* Negat Bocer. *d. c. 4. n. 9. per text. in constit. de pace Constantiæ, §. nos Romanorum junct. §. seq. volumus ut regalia.* Coronidis loco circa regalium concessionem & illam propono quæstionem: *An iis, cui regalia concessa sunt, alii cuiquam absq; concedentis consensu tribuere possit?* Negat. Peregrin. *lib. de jure fisci, c. 2. n. 101 & ab eo allegati.* Bocer. *d. c. 4. n. 14.*

Fuit primus modus acquirendi regalia, concessio scil. sequitur alter, qui est in præscriptione.

Et hæc præscriptio vel fit contra Imperatorem, vel contra privatum.

Si fit contra Imperatorem, tanti tem-

temporis spatium requiritur, cujus initii non extat memoria in contrarium.

c. super quibusdam. §. præterea extr. de verb. signif. Reichsabschied zu Augspurg/ de Anno 1548. §. Und soll unser/ &c. §. Wann auch ein außgezogener/ ibi. Daß er je in Menschen Gedächtniß. &c. §. Wo aber innerhalb Menschen Gedencken. Bald. *in l. cuncti populos. num. 5. C. de summ. trinit.* Imola *in l. si Publicanus §. in omnibus n. 4. de publican.* Claud. de Seysell. *in spec. feud. rubr. qui feud. dar. poss. §. 1. vers. possent tamen* Bossi. *in tract. de regal. n. 21.* Jacob de S. Georg. *in tr. feud. verb. cum mero & mixt. imper. n. 19.* Nicol. Mil. *in repert. vers. consuetudo exigendi* Francisc. Bursat. *cons. 142. n. 19.* Tiber. Decian. *cons. 24. n. 112 vol. 1.* Idem *consil. 108 n. 6 vol. 3.* Specul. *de causs. possess. & propr. §. quid vero v. quid de colligentibus pedagia.* Rosent. *c. 5 concl. 14.* Goden. *cons. 3. nu. 24. & cons. 32. n. 8.* Dn. Vult. *1. F. 9. n. 21.* Joh. Schoner. *l. 1. Disp. feud. 4. th. 15.* Bocer. *d. cap. 4. n. 45.* Qvæcunq; enim sunt alienabilia, illa qvoq; sunt præscriptibilia, *l. qvod principis de aq. pluv.*

pluv.art.lib.3. C.nov. vectig. imponi non poss.l.1.C. de emancip. lib. l. ubi lex de usurp. & long.tempor.præscipt. Quod adeò verum esse putatur, ut etiam ea, quæ summo Principi specialiter conservata sunt in signum præeminentiæ, immemorali temporee præscribantur, Bart. *in l. hostes nu.16.de captiv. & postl.rev.* Idem *in l. ex quibusdam num.2.de jure fisci.* Idem *in l. acta.§.de amplianda.n.1.de re judic.* Caccialupus *in l. imperium n.37. & 38. de jurisd. omn.jud.*Vasq. *ill. controv. cap.78.num. 4. & 82.per tot.*

Q. *An autē ad hanc præscriptionem scientia Imperatoris est necessaria?* Neg quia præscriptio immemoralis vim privilegii atq; concessionis specialis obtinet, *c.super quibusdam.§.præterea.extr.de verb. significat. l. hoc jure §. ductus aquæ.de aq quot. & æstiv.* Alexand. *consil 6.vol. 1.* Rol. à vall. *cons. 91. nu. 15. vol.2.* Rosenth. *c.5. concl. 15.* Dn. Vult. *d. c.9. nu.21.*Borch *in singulari explicat. c. Quæ sint regalia n.16. & seqq.* Pruckman. *in rubr.de regal.c.5.n 110.*Bocer. *d. c. 4. n. 48.* Diss. Bartol. *in l. si publicanas D. de publican.*Gœden, *cons. 7.n.21.*

Quod

Quodsi vero præscriptio fit contra privatum, triginta vel quadraginta annorum cursus sufficit.

QUia hæc præscriptio tantum in privati, non etiam in Imperii & Imperatoris præjudicium cedit. Obrecht. *de feud. th. 92.* Bartol. *in. l. si publicanus §. fin. de publican.* Felin. *in c. cum nobis. de præscript.* Cravet. *conf. 54. nu. 8.* Dn. Vult. *d. c. 9. nu. 21.* Pruckm. *d. cap. 5. in fin.* Bald. *conf. 370. num. 1. circa fin. lib. 3.* Rosenth. *in Synops. jur. feud. c. 5. concl. 16.* Ibid. *d. loc. num. 19.* Diss. Bocer. *d. c. 4. n. 54.* Cum autem regalium plures sint species, ut infrà dicetur, non incommode quæritur: *An una specie præscripta, cæteræ etiam species præscriptæ intelligantur?* Q. Negat. quia præscriptio regalium est stricti juris, atq; adeo de una specie ad aliam non extendenda. Rosenth. *d. c. 5. concl. 17.* Dn. Vult. *d. n. 21.* Bocer. *d. c. 4. n. 56.*

Effecta regalium respiciunt, supremam Imperatoris eminentiam, & imperii utilitatem.

Argu-

Argumentum modo quodam consentaneum est subjectum recipiens & occupans.

Occupans sunt personæ, quibus conceduntur regalia, ob multarum rerum usum atq; scientiam.

VIdeatur Lucas de Penna *in l. contra publicam C. de re milit. lib. 12.* Afflict. *in rubr. quæ sint regal. n. 18.* Rol. à Valle, *consil. 1. n. 128. vol. 2.* Pruckman, *d. cap. 5. num. 92.*

Recipiens est persona, cui regalia competunt.

Quod ut melius intellIgatur, ordine sic procedam.

Regalia vel proprio vel alieno jure competunt.

Proprio jure regalia soli Imperatori competunt.

[L] *At scripserat supra cap. hoc ex* Obrecht. *disput. de regalib. th. 526. Regalia proprie non esse Imperatoris, sed* Imperii, *cum Imperatori non per se, sed imperii causâ competant.*

Per

PEr *text. in constitutione Friderici Imp. de Pace constantiæ. §. volumus ut regalia, ibi: ea quæ, specialiter ad nostram excellentiam spectant & per text. in recessu Imperii de anno 1576. §.* dadurch dann bis zu unser Kayserlichen Hoheit und Reservaten. Pruckm *in rubr. de regal. c. 1. num. 11* Dn. Vult. *1 Feud. 5. n. 9. An etiam Pontifici Romano?* Affirmant, Præpos. *in c. 1. nu. 2. de Feud. March.* Afflict. *in cap. 1. nu. 2. quæ sint regal.* Jas. *in rubr. qui feud. dar. poss. nu. 4.* Seysell. *in specul. feud. qui feud. dar. poss.* §. 1. *vers. sed Martinus* Tum, quia Papa est caput in Ecclesia, à qvo omnes dignitates, ceu membra originem trahunt *c. significasti in fin. extr. de elect.* Quod igitur membris licet, capiti denegari qui poterit? Cum hoc illis sit dignius & præstantius. *l. 44. in pr. de relig. & sumpt. funer.* Negant Baldus *in c. 1. num. 3. & 16. Quæ sint regalia* Pruckm. *in rubr. quæ sint regal. c. 4. n. 11* Dn. Vult. *d. c. 5. n. 9.* Bocer. *c. 1. de regal. n. 9.* quorum sententia est verior. Dicuntur enim Regalia à Rege, quod soli Regi, id est, Imperatori competant. At vero Pontifex Rex non est. Qvocirca non injuria Maximilianus II. cum Pius V. Cos-

V Cosimum Ducem Florentiæ coronâ, & Magni Ducis Hetruriæ titulo dônasset, se Pontifici, ut falcem in alienam messem mittenti opposuit. Fulv. Pacian. *deprobat. lib. 2. c. 35. n. 69.*

Alieno jure regalia iis competunt, qui habent vel ad exemplum Imp. Romani, vel concessione.

Ad exemplum imperat. regalia habere dicuntur quivis Reges, Principes, (L. 1.) a & civitates liberæ, imperio immediatè subjectæ, b) nec non & illæ superiorem non recognoscentes, c) (L. 2.)

[L. 1:] Si de Rege, & Principe, qui superiorem non recognoscit, hæc acceperimus (at ita accipienda suadent, ab autore allegatus Rulandus à valle, atq; Vulteius, cum cæteris) falsa erit sententia autoris nostri, quam suxisse videtur ex Vultei. lib. 1. de feud. c. 5. n. 7. p. m. 76. Duo autem sunt quæ in eadem noto 1. Quod ad exemplum imperatoris regibus atq; principibus regalia adscribuntur. Video enim sub hac ambiguitate aliquid latere, quod majestati absolutorum Regum

Regum, & Principum minimè conveniens.
2 Quid tamen jure dicantur obtinere Regalia Reges isti, atq; Principes, qui tamen absoluti sint, & in suis regnis Imperatores, atq; vi majestatis, æquè ut Imperator Regalia, ideoq; jure proprio, obtinent.

[L2.] *Mira hæc est, & intolerabilis confusio superiorem recognoscentium & superiorem non recognoscentium. Civitatibus liberis, immediatè Imperio subjectis regalia eo exemplo tribuere, quo Regibus absolutis, aut Civitatibus superiorem non recognoscentibus, absonum est. Qui superiorem recognoscit, majestate fruitur, indeq; proprio jure regalia obtinet, quod de civitatibus liberis prædicari haud poterit. Rectius itaq; easdem retulisset ad subsequentem propositionem. concessione quoq; Regalia habent.*

a) Rol. à Valle *consi.vol.1.* Dn. Vult. *d. c.5.n.9.* Quia reges & Principes in suis regnis & territoriis jura Imperatoris habere dicuntur. Cyn. *in l. ea lege. nu. 4. C. de condict. ob causs.* Zas. *in l.1.in pr. num. 8. D. de edend.* Chassan. *in cons. Burg. rubr. 8. §. 3.* Bald. *in l. pen. n.3. C. de donat. inter vir. & uxor.* nihilq; à summo Principe nisi ambi-

X tus

tus ratione ceu scapha à navi differunt, Bald. *in rubr. quæ sunt regal. n. 1.* b) Quod latè probat Henricus Brunning. *de variis univers. spec. 8. 19.* c) Ut Venetia, Florentia, Genua & multæ aliæ in Italia. [*L.*] Alexand. *cons.* 111. *n. 4. & 5. vol. 4.* Bartol. *in l. 1. §. de qua D. de postuland.* Idem *in l. 1. §. ait Senatus. de pet. hered.* Gail. *2. obs. 57. n. 7.* Idem 1. *de pace publ. num.* 11. Brunning. *d. loc.* & alii relati à Pruckm. *in rubr. quæ sint regal. c. 4. n 38.*

[*L.*] *Non disputabo hîc de Venetorum Repub. unde ista sua habeat regalia, nam hæc altioris esset indaginis quæstio; Sed illud tamen monebo, malè inter Civitates superiorem non recognoscentes referri, Florentiam, & Genuam. Florentia, quæ libera, suo respectu, erat, nunc magno duci Hetruriæ subdita est. Genua libera quidem est, sed superiorem recognoscit Imperatorem nostrum, ut Finariensis, inter alia, nos docuit causa, vide P. Bizarum lib. 23. histor. Genuens. pag. 571. & ea quæ scripsi lib. 1. jur. publ. cap. 9. n. 33.*

Concessione quoque regalia habent Reges Principes, Nobiles, & civitates, & alii etiamsi superiorem recognoscant.

Vide

VIde allegatos à Dn. Vultej. c. 3. nu. 9. De Episcopis & aliis personis Ecclesiasticis maximi momenti movetur quæstio: *An iis regalia competant?* Nego iis competere regalia quatenus sunt Ecclesiastici, sed quatenus sunt Principes & status Imperii Romani. Panormit. *in c. significasti. num. 10.* & ibidem Felin *nu. 4. de offic. deleg* Innocent. *in c. cum te. nu. 3. de sent. & rei judic* Bald. *in l. nam salutem. §. at enim. D de offic. præf. vigil.* Jun Port. *d. nu. 9.* Unde Episcopus ut feudi Dominus, de controversia feudali cognoscit, non ut Episcopus, sed ut Princeps secularis, ac perinde ab eo non ad Papam, sed ad Imperatorem appellatur. Cult. *in feud. p. 1. q. 2. n. 4.* Innocent. *in c. solitæ extr. de major. & obed.* Pruck. *d. c. 4. n. 40.*

Sequuntur regalium dissentanea, quæ sunt modi, quibus regalia amittuntur.

Amittuntur autem iisdem modis, quibus acquiruntur.

ARg. 1. *D. pro derelicto, & l. nihil tam naturale 35. de regul. jurisd.* Videantur

X 2 Pruck.

Pruckm. *in rubr. quæ sint regal. c. ult.* Bocer. *c. ult. de regalibus.*

Hactenus de regalium definitione, reliquum est, ut de eorundem divisione dispiciamus.

Dividuntur autem regalia in majora & minora.

HÆc utilitatis, illa dignitatis imperii appellantur: Illa respiciunt personam Imperatoris, hæc fiscum: illa demonstrant Imperatorem, hæc imperium ipsius. Dn. Vult. I. *F 5. num. 9* Zas. *in Epit. Feud pag.* 1. *8. num. 19. & cons. 16. nu. 64. part. 2.* Ferrar. Montan. *5. feudor. 7.* Borch. *c. 1. n. 3.* Rosenth. *cap. 5. in Synops. jur. feud, concl. 3.* Camer. *ad cap. Imperialem. tit. de prohib. feudor. alien. per Frider.* Dissent. Bocer. *in c 2. de regal. n. 3.* & Matth. Bortius *in disp de jur majest.*

Majora sunt, quæ supremam Imperatoris auctoritatem & praeminentiam demonstrant.

Dn. Vult. *d. n. 5.* Dissent. Arnisæ. de jure majest. *lib. 2. cap. 1. num. 8.* Notandum

dum vero est, omnia quidem regalia ad Cæſaream auctoritatem ſive Majeſtatem pertinere; verùm alia ad ejus ſolam ſpectare perſonam, alia verò ad Imperii fiſcum. Bocer. *d. cap. 2. n. 4.*

Suntq́, vel Eccleſiaſtica vel Politica.

Eccleſiaſtica voco ea, quæ ad cultum DEI & veram religionem tuendam pertinent.

DE quibus Infra ſuo loco, ubi agetur de ſtatu Imperii cum gradu eminentiæ conſiderato.

Politica conſiſtunt in poteſtate juris dicundi, ſeu jurisdictione Imperatoris.

SIcut ex Oceano flumina fluere, & ad eundem refluere dicuntur: ita ab Imperatore fluit & refluit omnis jurisdictio. Menoch. *conſ. 2. nu. 7. lib. 1.* Gilh. *part. 1. arbor. judic. c 1 n 1.* Ex quo illud deducitur, Imperatori ſoli jure ſuo & proprio competere regalia, aliis verò non niſi jure alieno. [*L. 1.*] Quia regalia conſiſtunt in

potestate jurisdicundi, quæ potestas soli Imperatori primariò & per se competit. Q. *An autem regulariter & indubio juris dictio Imperii statibus ab Imperatore concessa intelligatur cumulativè an verò privativè*, ? quæstio est dubitationis plenissima. Illud verius puto. Nec enim credendum est, Imperatorem ita fontes suos derivasse forâs ut nihil penes se remanserit, Knichen *de jur. territ. c. 1. n. 318.* nec unquam tantam potestatem concedere censetur, quin similem & majorem concessâ sibi reservet. P. Heig. *part. 1. quæst. 9. num. 8.* cum ille quoad jurisdictionem velut mare neque augeatur neq; minuatur. Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. c. 4. n. 23.* utpote quæ ossibus Imperat. ita adhæret, Covarruv. *pract. quæst. 4. n. 1.* ut ab eo divelli, aut ullo tempore præscribi nequeat P. Heig. *2. quæst. 40. nu. 112.* Jas. *in §. Item Servianam. Inst. de action.* Masc. *de probat. concl. 225: n. 7. & 8.* Longov. *in l. Imperium. p 4. c. Lex autem foramen nu. 45. D. de jurisd omn. jud.* Zoannet. *de Roman. Imp. n: 121. & seqq.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 8.* Caspar. Leipold· *de concur-*

rens.

rent. jurisd. q. 1. & 2. Hinc illud est, quod Principis concedentis persona & autoritas in quibuscunque concessionibus semper excepta intelligatur. Dd. in l. legatus ss. de officio Præsid. vid. pro hac sententia Bald. consil. 320. lib. 1. Roman. cons. 595. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 13. Borch. de feud. c. 10. n. 3. 4. Cisner. decis. Saxon. lib. 4. decis. 21. num. 30. Heig. d. quæst. 9. n. 20. & p. 2. quæst. 25. num. 36. Mynsf. cent. 6. obs. 94. & cons. 94. num. 4. Gail. 1. obs. 29. num. 3 & obs. 11. num. 16. Menoch. 2. præsumpt. 18. & quæst. arbitr. 1. quæst. 40. & cent. 6. cas. 559. num. 2. Zang. de except. p. 2. cap. 1. num. 160. & seqq. Muscorn de jurisd. num. 34. Rugert. Ruland de commissar. 1. lib. 3. c. 10. in fin. Wesemb. cons. 93. num. 42. & seqq. Paurmeist. de jurisd. lib. 1. c. 29. num. 10. & lib. 2. c. 3. n. 32. & 6. 8. n. 124. in fin. Matth. Steph. lib. 1. c. 38. num. 22. & lib. 2. p. 21. c. 2. num. 54. & 90. seqq. Mindan. c. de process. in Cam. extrah. c. 11. num. 21. Thoming. decis. Lips. quæst. 43. Thom. Gramm. decis. 30. n. 2. & seqq. Felin. in c. pastoralis de offic. ordin. Tapia de constant. Princip. c. 4. n. 20. Arnisæ. lib. 2. de jure majest. c. 2. n. 7. Casp. Leipold. d. quæst. 1. Concludo igitur juris-

dictionem ab Imperatore statibus Imperii esse concessam non privativè, sed cumulativè, atq; adeo habere cum illis concurrentem jurisdictionem, [L.2.] sicuti eleganter probat Caspar. Leipold. *d loc. quæst.3.* Cum propter rescriptum Rudolphi I I. Imperatoris datum Anno 1601. 20. Augusti & 1607. 2. Augusti & 5. Decembr. in quo legitur: Das ihrer Majestått als Römischen Kayser / vnd Oberhaupt / die jurisdiction von rechts vnd her kommens wegen gebüre / vnnd in dero Macht nicht seye / noch bey dem nachkommenden Römischen Königen vnd Kaysern / etwas an den jhrigen / so ihr rechtmessiger Weiß / vnnd durch ordentliche Wachl zustehet / vnd sie sampt jhren Vorfahren hergebracht / für sich selbsten nach: oder zubegeben verantwortlich. Relatio DonaWertens. *p.2. pag.94.*

[*L 1*] *De illis qui Imperatori subsunt, & aliis superiorem recognoscentibus verum, de aliis qui superiorem non recognoscunt falsum, vide supra.*

[*L. 2.*] *Contrarium te docebit Reinking. de regim. secul l 1. class 5. c. 7. n.16.& seqq.*

Potestas jurisdicundi seu jurisdictio iterum in potestate administrandæ

justi-

justitiæ, & potestate belligerandi vertitur, ad quæ summa duo capita omnia regalia majora refero.

Ad primum caput, nempe ad potestatem administrandæ justitiæ sequentia pertinent.

I. Ius leges universales condendi.

L. 1. & l. ult. §. 1. C. de LL. l. 1. de const. Princip- Lancell. *in templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. §. 4. ad verb. legem generalem.* Menoch. *consil. 604. num. 2. & seqq.* Dico leges universales, ut quæ ad omnes Cives Romanos pertinent. Nam & inferiores magistratus leges speciales seu locales condere possunt, *c. vestra extra. de locat. & conduct. c. 2. extr. de major. & obed. l 2. C de offic. præf. præt. orient.* Rol. à Valle. *consil. 86. nu. 11. & seqq. vol. 1.* Baro *ad §. sed & quod principi. Inst. d. j. J. N. G. & C.* Coras. *de juris arte p. 2. c. 15.* Gail *lib. 1. de pace publ. c. 6. n. 11.* quæ in suis tantum provinciis valent Petr. de Petr *de potest. Princip. cap. 6. n. 48.* Knichen. *de jure territ. cap. 1. n. 366. & seqq.* Peregrin *de jure fisc. lib. 1. tit. 2. num. 81.* Sicuti autem jus

condendi leges universales, sic & jus interpretandi ejusmodi leges solius est Imperatoris *l. ult. §. 1. C. de LL.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 66.* Hodie tamen Imperator in Comitiis leges generales condit cum consilio procerum Imperij: (*L.*) Sic enim legimus in recessibus Imperij: Wir Churfürsten etc: thuen kundt/ etc. daß die obgeschriebene Puncten mit unserm guten Rath / gutem Wissen und Willen/ durch Keyserliche Maj. geordnet/gesetzet/etc. Reichsabschied zu Cöln. de Anno 1512. Item Darauff wir uns mit des H. Reichs Ständen / und sie mit uns nachfolgende Artickel / alß ein Christlich corpus gegen und miteinander vereiniget / verpflicht/ und vertragen/ in d. recess. vid. Ant. Coler. *d. Jur. Imp. Germ. sect. 18.* Sed quid dicemus de Pontifice Romano: *An & is*
Q. *leges universales condit?* Emittit quidem constitutiones suas, quibus refertum est jus Canonicum quibus etiam in nostro Imperio utimur. Verum utimur iis non ut Pontificiis sed tanquam legibus nostris & respective propriis, quæ nobis sunt propriæ factæ, propter Principum nostrorum auctoritatem, nostramque assensio-

nem

nem- Cluten. *in Syllog. rer. quotid. thes. 8 lit. h.*

[I.] Non solùm consilio, sed & assensu, & adprobatione statuum Imperii hoc agit. Atq; ita, si verum amamus dicere, in Imperio nostro jus leges universales condendi, Imperatori non competit, sed Imperio; hoc est, Imperatori & statibus Imperii conjunctim, ita tamen ut capiti debita tribuatur reverentia.

II, Ius creandi Reges, Electores, Archiduces, Marchiones, Landgravios, Burggravios, Comites & Barones.

ROsenth. *de feud. cap. 2. conc. 2. n. 3. & c. 5. q. 3.* Zas. *de feud. nu. 6. De Baronibus* dubitatur: *An regalem dignitatem consequantur?* Utraq; sententia suos invenit Patronos. Pro negativa stat Afflictus *in c. 1. quis dicatur dux. n. 6.* Molinæus *in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 20. num. 4.* Fr. Duaren. *de feud. cap. 6.* Fulvius Pacian *de probat. cap 37. nu. 1. 5. & 6. lib 2.* Hieronym. Schurff, *consil. 37. num. 7. cent. 62.* I. Quod in jure feudali *c. quis dicatur dux c. 1.* *de*

de feud. March. cap. 1. §. Præterea Ducatus. de probib, feud. alienat. per Frideric nulla eorum fiat mentio. II. quod ordo Comitum in comitiis Imperialibus duorũ tantum habet suffragia. Unum die Schwäbischen: alterùm die Wetterawischen Grafschafften. ubi itidem Baronum nulla fit mentio. Sed quotidiana experientia testatur, inter Comites & Barones exiguum dignitatis vel præeminentiæ discrimen esse, & Baronem in rebus suscipiendis, & administrandis honoribus, hautquaquam Comite censeri inferiorem. Obrecht. *in disput. de regal. th. 103.* Unde Barones Comitibus æquiparantur. Marin Freccia Neapolitan. *in comment. feud, lib. 1. tit. de origin. Baron. nu. 14. & lib. 2. tit. quis dicatur Comes. n. 36* & inter status imperii referuntur, Gail. *1. obs. 2. nu. 2.* illustresq; nominantur. Bald *in. c. 1. in pr. n. 6. de feud* March. Schrad. *cons. 13. num. 172 vers. tum quia Barones* Gozadinus *consil. 8. incip. in causa illustrissimi. num. 3.* Nullum autem patrocinium adfert contrariæ sententiæ, quod in libris feudalibus nulla Baronum fiat mentio. Mam quod de cæteris dignitatibus ibi disponitur, idem

idem etiam de Baronia exaudiri debet, per ea, quæ jam dicta sunt. Nec secunda dubitat ratio aliquid momenti habere videtur, cum non tantum Comites sed etiam Barones ad comitia Imperii, ut status vocentur, quod apparet ex recessibus Imperii, ubi finitis comitiis illorum nomina conjunctim in catalogo statuum subjiciuntur. Recess. August. de anno 1500. Sequuntur hanc sententiam Alvarot *in d. c. 1. de feud. March. Duc. vel Comit.* Jacobin de S. Georg *tract. feud. verb. Dux. v. Quid si Rex. n. 10.* Dec. *cons. 85. n 3.* Zasius *in Epit. feud. part. 5. n 29.* Gazodin. *consil. 26. nu. 28.* Jul Clarus *in §. Feudum. quæst. 90. n. 5.* Gravet. *consil 135. n. 1.* Id. *cons. 80. n 7.* Mynf *resp. 16. n. 16.* Gail. *lib. 1. de pace publica c 6. num. 10.* Idem *de arrest. Imper. c. 6. n. 16.* Gœd. *cons 2. n 7.* Schenk Baro. *adtit. 10. lib. 2 Feud.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 57. & seqq.* Cluten. *in Syll. rer quot. 9. 26. lit. 1.* Sed quæritur: *An hos etiam degradare, regalibus & feudis exuere possit Imperator?* Q. Aff. quia ejusdem est jus deponendi, cujus est jus eligendi. Consultius tamen est, ut cum statuum consilio id faciat. In rebus enim gravioribus consulta-

ſiliarios adhibere prudentis eſt, *l. humanum. 8. C. de LL.* Lancell. *in templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 3. ad verb. conſulatione* &c.

III. Ius nobilitandi.

SOlus Imperator nobilitare poteſt, & in ejus arbitrio poſitum eſt, quos velit nobiles reddere *l. ſacrilegij 5. C de diverſis reſcript. l. ult. §. viros autem illuſtres. C ubi Senatores vel Clar ff. l. un. C. de his qui à Principibus vocat. accep. lib. 10. l. pen. in princ & § 1. D. de decurion. l. 3. C de conſul. & non ſpargend. ab his pecun. lib. 12. c. cum redemptor 12. q. 2.* Tiraquell. *in tract. de nobilit. cap. 6.* ab eo enim tanquam â fonte omnes dignitatum theſauri profluere cenſentur. *Novell. 53. §. perpulchrum.* Sixtin. *de regalibus lib. 1. cap. 4. num 3. & ſeqq.* Martin. de Caraz *tr. Princip. quæſt. 540.* Gœden. *conſ. 3. n. 23.* Unde meritò appellatur Nobiliſſimus *in l. 3. de natalib. reſtituend.*

Q. *Sed poteritne Imperator ex plenitudine poteſtatis facere, ut novus homo, non obſtante ludorum equeſtrium lege, omnes quatuor avos nobiles non habentes, excludente, ijs ludis eque-*

equestribus interesse possit? Affirmat Pruckm. *in §. soluta potestas. c. 4. membr. 1. effect. 4. n. 12. & seqq.* eò, quod Reip. intersit, plures in ordinem Nobilium cooptari dignos, ut præclara ingenia ad benè merendum excitentur, quod fit si Principis gratia, virtute prævia ad honorum fastigia aspirare se posse viderint. Solet autem Imperator, cum hominibus novis hoc jus cōcedit in nobilitatis privilegio hac clausula communiter uti, quam refert Petrus Fritz. *d. nobilit. concl. 20. lit. a.* vnd darumb vmb solcher seiner redligkeit / Adelicher guter Sitten / Tugend / vnd andern / zu einer anreitzung / nach gleichmessigen Ehren / Tugenden / Adel vnd Redligkeit zustreben / so haben wir mit guter vorbetrachtung / wolbedachten Muthe / guten zeitichen vnser Edlen Räthe / vnnd lieben getrewen / Rath vnnd rechter wissen / aus Römischer Keyserlicher / auch Hungarischer vnd Böheimischer Königl Macht vnd Vollkommenheit / gedachten N. N. sampt seinen Ehelichen Leibs Erben / vnd deroselben ErbensErben / Mann vnd Frawens Personen zu ewigen zeiten in den Standt vnnd Gradt des Adels vnserer

vnd

vnd deß H. Römischen Reichs/auch vnserer Königreicher / Fürstenthümer vnnd Landen/ Recht vnnd Edelgebornen Wapens vnd Lehens / Turniers genossen vnd rittermessige Leut erhebt / darzu gewürdiget / geschöpfft / geädelt / vnnd sie der Schaar / Gesellschafft vnnd Gemeinschafft des Adels/zugefüget / zugesellt / vnd vergleicht / aller massen vnd Gestalt / als ob sie von jren vier Ahnen Vatter vnd Mutter geschlechten / beyder seits Recht Edel geborne Lehens Turniers genossen vnnd Rittermessige Leute geboren weren/ etc. Eandem potestatem habet Rex in suo regno *c. super quibusdam. §. praeterea. de V. S.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 18.* Et alii superiorem non recognoscentes. Joan. Arze ab Otalor *in sum. nobilit. hispan p. 4. pr. c. 1. n. 1.* Joh. Reimund. *de nobil. n. 16.* Archiducib. quoque Austriae in non solũ suo Archiducatu, sed & in toto Imp. nobiles imò & Barones, Comitesque creandi jus competit ex speciali privilegio, [L] quod extat apud Münst *Cosm. l. 3. c. 416.* Quemadmodum & Comitibus Palatinis. Tiraq. *de nobil. l. 2. c. 6. n. 6.* Dn. Marq. Freher. *ad P. de Andl. lib. 2.*

lib.2.cap.11.verbo, Princeps etiam. Poteſt autem nobilitas non inconvenienter comparari cum homine, ſicut in ſimili factum eſt à JC. Marcian. *in l. Peculium 40. de pecul.* Naſcitur enim ſive incipit in Nobilitato; creſcit in poſteris: & qvidem in filiis pubeſcit, in nepotibus adoleſcit, & tandem in pronepotibus maturam atque perfectam ætatem conſequitur. Obrecht. *de regal. th. 106.* Unde Baldus dixit; Nobilitatem in ictu oculi non naſci, ſed temporis diuturnitate, familiæq; vetuſtate conciliari. Decreſcit per exercitium artium vilium. *arg. l. ne quis C. de dignit. lib. 12. Nov. 90. c. 1. Socin. conſ. 246. verſ. prima ratio. lib. 2.* Felin. *in c. ſuper eo, de teſtib.* per infamiam vitæq; turpitudinem *l. ſenatoris filia de ritu nupt. l. 1. C. ubi ſenat. vel Clariſſ. l. ſi qua. C. de ſecund. nupt. c. inter dilectos. extr. de Excell. Prælat.* Et per matrimonium cum viro ignobili, Dn. Vult. *conſil. Marpurg. 33. n. 168. vol. 3.* Petr. Fritzius *de Nobilit. concl. 30.* Moritur deniq; ſive amittitur 2 potiſſ. modis. I. Privatione, II. ſtirpis alicujus interitu.

[L.] *Eundem errorem erravit Fritze de nobilit. concluſ. 8. ut monui lib. 6. jur. publ. c. 1. n. 34. quē ut apertius videas, ecce verba privi-*

 legii

legii Archiducalis. Auch daß sie (die Ertzhertzogen) und ihre Erben und Nachkommen in allen ihren Landen / Herrschafften und Gebieten/als oben gemeldt ist / Grafen / Freyherren / Ritter / Knecht / auch dügsame und verdiente Personen von newem Edel machen/etc. Privilegium, ut vides, ad sola territoria Archiducalia se refert non autem ad totum se extendit Imperium.

IV. Ius creandi Doctores & Licentiatos in omnibus superioribus facultatibus; Item Magistros artium; Comites Palatinos, & Poetas Laureatos.

FErrar. Montan. *de feud. lib 2 cap. 2. & 7.* Jacob de S. Georg *tract. feud. in verb. sed an Princeps n. 11.* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 1. c 1. §. 4. in vers. Dignitates confert. n. 1.* M. Anton. Peregrin. *de jure fisc. lib. 1 tit. 1. n. 27.* Castald, *in tr. de imper. quæst. 110. cas. 179.* Bocer. *c. 2. de regal. num 246.* Obrecht. *disp feud. th 122.* Sic Bartolus autoritate Caroli IV. Comes Palatinus extitit. De Doctoribus bullatis controvertitur.

An

An iisdem privilegiis gaudeant, qui: bg in Academiis promoti? Quod affirm. cum Dn Arum, *in prælect. ad Aur. Bull. ad pr. quæst 3.* Cum notissimi juris sit, quod dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator non liceat *l.3. C. de Crimine sacrileg.* At vero Doctor Bullatus eligitur ab Imperatore, etsi non per se, per alium tamen, qui vice ipsius fungitur, Diss. Rutger. Ruland. *lib.1.c.14.n.8 de commiss.*

V. Ius creandi Tabelliones sive Notarios.

POtestas creandi Notarios meritò soli Imperatori tribuitur, Innocent. *in c. cum Tabell. o 15. numer. 2. extr. de fide instrum.* Borcholt, *in c. 1. quæ sint regal. n. 4.* Sonsbeck. *in comment. in usus feud. part 8. n.19.* Bocer. *c. 2. de regal. n. 161.* Paris de puteo *in tr. de Syndic. in verb. de excessib: Baron. erga subdit. c.1. n. 9. & 13.* Bart. Camerar. *in repetit. c.* Imperialem *de prohib. feud. alien. de Frideric.* Afflict. *ad c. un. quæ sint regalia. n. 32.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. n. 35. & lib. 2. c. 15. n. 14* Nicol. Mozz. *de feud. 1. de nat. feud. n. 25.* Estque enim maximi momenti, hanc illis potestatem dare, ut

illorum instrumentis sine aliqvo adminiculo credatur, vid. Ordin. Camer. *part. 1. tit 39.* At hodie ex privilegio Imperatoris etiam Principes, Comites, Civitates, & Palatini Comites, Notarios constituere possunt, Obrecht, *in disp. de regal. th. 138. & seq.*

VI. Ius Spurios legitimandi.

N*ov. 89. c. 9. l. 3. & t. t. de nat. restit. cap. per venerabilem. qui filii sint legitimi*, Gail. *2. obs. 142. n. 1. &* 3. Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 2. n. 4. lit. d.* Bocer. *d. c. 2. n. 68.* Th. Michael. *de jurisd. th. 32.* Quæritur, *An pro confirmanda hac legitimatione etiam Camera Imperialis adiri possit?* Aff. Menoch. *cons. 799. n. 29.* & P. Frider. Mindan. *de process. Camer. lib 1. cap. 12. n. 3.* Negat. Thom. Michael. *d. th. 32.* Gilhaus *in arb. jud. p. 1. c. 1. §. 1. n. 24.* Neque Pontifici hanc potestatem concedimus, licet eam ut & alia multa titulo nullo, vi manifesta, & dolo doloso sibi arroget, atque Cardinalitiis suis Fratribus concedat. Cluten. *in Syll. rer. quot. th. 8. lit. f.*

Q. *An autẽ Imp. eos etiam naturales liberos legitimare possit, qui alieni sũt impe-*

imperii sive regni? Neg. Quia leges Imperatorum ad eos saltem pertinent, qui Imperio Romano sunt subjecti. *l. 1. in pr. C. de summa trinitat. Nov. 8. in pr.* nisi dominus loci, in quo sunt sita bona & personæ consentiat. Tib. Decian. *cons. 90. n. 21.* Costalius *ad. l. 2. in fin. de offic. Proconf.* Bald. *in l. 1. vers. item quæro. C. de jur. aur. annul.* Alex *cons. 67. c. l fin. vol 1.* Paris. *cons. 1. n. 102. & seq. vol 1. & consil. 2. n. 21. & seq. vol 2.* Dec. *cons. 557. n. 9.* Bocer. *d. c. 2. n. 102. ubi n. 103 quærit*: An Imperator spurios suos liberos naturales legitimare possit? *quod affirm.*

VII Ius famæ restituendæ.

L. cum indulgentia. 10. & t. t. C. de sent. pass. & restit. §. 1. in fin. Inst. quib. mod. jus patriæ potest. solv. Lancel. *d. lib. 1. cap. 1. §. 4. ad verb. Damnatos restituit* Cacheran. *decis. 101. n. 2.* Monoch. *de arbitr. iud. quæst. l. 1. q. 93. num. 91.* Gilh. *d. c. 1. §. 1. n. 9.* Rosenth. *de concl. 2.* Sfortias Odus *de restit. in integr. q. 92 art. 9. num. 91.* Bocer. *d. c. 2. n. 113.* Clut. *d. th. 21. lit. o.* Pet. Heig. *lib. 2. quæst. 22.* Hoc jus Carolus V. cuilibet magistratui in seditione Rusticorum specialiter indulsit.

Reichsabschied zu Speyer. Anno 1526. §.und wiewol. Pertinet huc illa restitutionis species, cum Princeps novo in singulas Urbes introitu, quasi felici ἐμβολῇ reos compedibus solvit, aut relegatos rursus introducit. Bocer. *decis. 217. num. 21.* Renat. Choppin. *de Rom. Franc. lib. 2. Tit. 7. n. 12.* Qua de re supra. *Quid si præter reditum in Patriam etiam bona restituantur deportato, an in ipsum etiam ejus creditoribus actiones restitutæ intelliguntur?* Neg. Bocer. *d. c. 2 n. 118.*

Q.

VIII. Ius veniam ætatis concedendi.

L. 1. & t t. C. de his qui ven. ætat. impetr. Peregrin. *l. de iure fisci n. 10.* Dn. Vult *1. Feud. 5. n. 7.* Jacobin. *de feud.* verb. *sed an Princeps. n. 6.* Afflict. *in c. un. n. 18. quæ sint regal.* Fran. de Chald. Pereyra. *ad l. si curatorem verb. Hunc contractum. n. 36. C. de in integrum restit.* Bocer. *d. c. 2. n 131.* Gilhausʃ. *d. c. 1. §. 1. n. 24.* Effectus impetratæ veniæ ætatis est, ut is, eave, qui qvæve eam legitimè impetravit, à curatione liberetur, rerumq; suarum administrationem consequatur, ac in omnibus

omnibus pro majore 25 annis habentur. *l. 10. C. de appellat. si minor factus, alienat. fact. sine decreto rat. hab.*

IX. Ius constituendi imperii prætorium: quod triplex. Primum est Aulicum, Des Reichs Hoffrath.

DE quo vide den gründlichen Unterricht von der im heiligen Römischen Reich entstandenen / aber seithero noch unerledigten Frage: **Ob der Keyserliche Hoffrath / mit unnd neben dem Keyserlichen Cammergericht zu Speyer /** concurrentem jurisdictionem / **in allen und jeden Sachen / ohne Unterschied habe?** Q.
Ubi tam pro affirmativa quam pro negativa multæ adducuntur rationes, quo lectorem remitto. Sed ponamus alterum cum altero in jurisdictione concurrere: *Anne & in causis fractæ religiosæ pacis hæc concurrentia locum habebit?* Q.
Affirmat Julius Gebhard. *in discurs. Academic. 13. th 24, & seqq.*

Secundum est Spirense, *sive Camera Imperialis, quæ est supremum Imperii Tribunal, quo apud imperii Iudices sive Assessores legitima rei controversæ inter litigantes tractatio instituitur.*

GEorg. Schönborner *lib. 5. Pol. cap. 20.* in Gallia summum tribunal, seu Consistorium est Lutetia: In Belgio confœderatorum Haga: in Brabantia Bruxellum. Auctor hujus nostri judicii est Maximilianus I. tum temporis Rex Romanorum, qui communi statuum Imperii consensu Wormatiæ illud instituit, Anno Christi 1495. teste Dn. Elia Reusnero *in Isagog. Histor. p. 478.* Postea ob graves causas Spiram fuit translatum, quæ hujus tribunalis est sedes & domicilium; nec aliò sine Imperatoris & Imperii statuum consensu transferri potest. Ordin. Camer. *part. 2. tit. 34.* Causa instituẽdi hæc fuit: *Cum olim ante Institutum Cameræ judicium litigantes Imperatorem ejusq; curiam magnis sumptibus & expensis sequi tenerẽtur: Imperatorq; hujusmodi controversiis privatorum decidendis*

dendis implicitus publicis imperii curis minus incumbere posset, è re subditorũ totiusq; imperii fore existimatum est, Imperiale prætorium sub Cameræ nomine instituere, in qua vice Cæsareæ majestatis & statuum de causis litigantium cognosceretur, ut refert Bruchsius *in vit. Bertolai, Archiepiscopi & Electoris Moguntini, hujus ordinationis autoris & fucsoris* de quo fine testatur Carolus V. *in Ordin. Camer. Anno 1521. in pr. & recess. August. Anno 1566.* §. Nach dem der gemeine Frieden im Reich / Teutscher Nation in Religion und Prophan Sachen / ohne bestendiges / gleichmessiges Recht / nicht zuerhalten : Derowegen unser Kayserlich Cammergericht / anfänglich / **damit menniglich mit wenigster Beschwernüß zu seinem Rechten verholffen werden möchte / geordnet und auffgerichtet.** Non tamen ob hoc Camera Imper. absolutâ Cæsaris jurisdictione, sed ordinariâ utitur Mynſ. *resp. 24. n. 2. & seqq.* lege Imperii & Imperatoris commissione ei tributa, quæ jurisd. ordinariam conferunt Gail. *1. obs. 41, n. 5. & 6.* Hujus ordinariæ jurisd.

potestate, Camera imperialis vice Cæsareæ majestatis jus dicendi potestatem & facultatem consecuta est. Ordin. Camer. *part.2.tit.27.* Inde est, quod dicitur, Cam. esse judicium & consistorium ipsius Imp. ipsumque repræsentare, & eo nullum superiorem habere Mynſ. *cent. 4. obſerv. 5.* Gail. *lib.1.obſ.pract.1.n.7. & obſerv. 42. n. 3.* Schvvanmann. *pract. obſ. 25. n. 18* Reichsabſchied zu Augſpurg de anno 1566. §. Wir ſetzen / §. Erſtlich. §. So ſetzen. §. Uber das ſetzen. §. Wir ordnen / §. dieweil auch Rechthängige Sachen. §. damit aber die jenigen. Et Reichsabſchied zu Regenſpurg. anno 1557. §. Nach dem des Keyſ. Cammergerichts Ordin. Camer. *part 3.tit.20.part.2.§.fin.* An dem Keyſerlichen Cammergericht. Reſcripta ac decreta omnia promulgari, ſcribi & ſanciri ſub nomine & Sigillo Imperatoris Ordin. Cam. *part.1.tit.27. & p.3.tit.12.* §. Und ſo ſolche. Mynſ. *d. obſerv. 5.* Gail. 1. *obſerv. 14. n.1.* Pet. Denais. *juris Camer. tit. 225. verb. proceſſus emanatio.n.4.* Heigius *part. 1, q. 9.* Inde quoque eſt, quod ſceptrum Imperiale in ſignum exercitæ jurisdictionis Cæſareæ à Judice Cameræ teneatur. Paurmeiſt. *lib.2.*

lib. 2. de iurisdict. cap. 6. n. 19. *An autem Imperator cum Camera in jurisdictione concurrat?* Gravissima nedum satis decisa est quæstio. Quam negat. Autor des gründlichen Berichts / von der im H. Reich entstandenen &c. p. 50. ibi: Ja zwischen der Keyserlichen Majestät / und dem Keyserlichen Cammergericht / kan per rerum naturam, keine concurrentia jurisdictionis statt haben / es were dann / daß ihr Majestät mit ihr selbst concurriren wollen: Sintemahl die jurisdictio die in Camera administrirt wird / eben der Keyserlichen Majestät jurisdiction ist / und bleibet. Pro quo etiam facit ratio fundationis, de qua paulò ante dictum. III. ratio desumitur ex Ordin. Camer. *part. 2. tit. 35.* Daß dem Cammergericht sein starcker Lauff soll gelassen werden. IV. Specialiter Imperator caussas majorum feudorum Imperii suæ jurisdictioni reservavit. Ordin. Camer. *part. 2. tit. 7.* In aliis itaque à se abdicasse censetur. Reservatio enim unius inducit abdicationem Cæterorum. *l. quæ situm 12. §. idem respondit. 42. ibi. non hæc de instruct. vel instrum. legat. l. cum Prætor. 12. de iudic.* Quoniam Imperator

tor per viam contractus in civilibus præsertim contentiosis jurisdictionem in Cameram Imperialem universaliter transtulit, test. Gail. *obs. pract. lib. 1. obs. 41. text.* in ordin. Camer. *part. 3. tit. ult. §.* Solches alles; ibi: Haben wir uns etc. mit der Churfürsten Räthe / erscheinenden Fürsten etc. unnd sie sich hinwiederumb mit uns / also zuhalten und zu vollnziehen / vereinigt und verglichen. Vigore autem contractus jurisdictionem transferens, quoad se quidem eam privativè contulisse censendus est. Cravet. *cons. 411. n. 31. & 33.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. n. 23.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 35. lit. b.* Schrad. *tr. feud. part. 10. sect. 1. num. 128. & sect. 3. n. 27.* Rosenth. *de feud. c. 12. concl. 17. n. 32.* Contrarium statuit Gail. *1. observ. 29. n. 3. & observat. 111. num. 3.* Myns. *Resp. 24. dec. 3. n. 20. & resp. 94. n. 5. dec. 10.* Hartm. Hartm. *observ. feud. 43.* Pruck. *cons. 38. n. 68.* Zang. *de except. cap. 3. num. 3.* Andr. Knichen, *de jure territorii. cap. 6. n. 22. & seqq.* Petr. Heigius *d. quæst. 9. n. 1. & seq.* P. Frid. Mindan. *in præfat. ad lib. 1. de mandatis.* Barthol. Blater. *in l. diffamari. c. 8. n. 30. & c. 10. n. 19.* Otto Meland. *Comment. Camer.*

part.

*part.1.pag.9.*Ludov.Bender *in tr.de rev.f.in præfat. n 16.concl.1.n 27.& concl.9. num.17.* Christoph.Schvvanman.*pract.obs.4.n.1 2. 3.& 6* Paurmeist.*lib.2.de jurisd.cap.2. n.56. & multis seqq.* Dn.Vult. *lib. 2. Feud. cap. 2. num.9.*Gylman.*Symph.Supplicat.tom.3.decis.lit.c.n.1.& tom.4.part.1.not.3.n.1. item. tom 6.cap.8.pag.19.*Nicol.Reusn.*lib. 4. decis.21.n.30.* Matth. Steph.*de jurisdict. lib. 2. part.1.c.3.memb.2.*Dn. Arum.*disf.Academic. 10.* Caspar. Leipold, *discurs. Acad. 13. q.4.* Quorum sententia nititur. text.in Ordin. Cam *part.2.tit.9.§ 2 ibi,* Durch die Kayserliche Mayestät. Certum enim est, quod quando Princeps tribuit jurisdictionem, vel potestatem aliqvam alicui judici & Magistrat. concedere dicitur cumulativè non privativè, ut supra demonstravi. Unde sub Imperatoris solius nomine, ac sigillo omnia mandata monitoria, rescripta, executoriales, commissiones & processus decernuntur, enarrantur & promulgantur, Ordin. Camer. *part. 1. tit. 27. §.* Unnd sol der Verwalter/ *& part. 3. tit. 12. §.* Unnd so solche/ aliaq;negotia Cameræ expediuntur.Paurmeist.*de jurisd.2.c 5.n.18.* Ulterius qveritur:

An

Q. *An Camera cum Imperatore etiam in criminali jurisdictione concurrat?* Neg. Mynſ. *cent.4.obſ.41.& 42.*Gail.*1. obſ. 1.num.27.*Wurmſ.*tit. 24.ob.18.*CaſparLeipold.*d.loc quæſt.7.* I. Quia in generali jurisdictionis translatione non venit merum imperium, cum illud non niſi ſpecialiter ac expreſsè concedatur. *l.1 §.1 l, fin. de offic. ejus, cui mand. eſt jurisd.* II. Quia Cameræ, perſonæ Camerales delinquentes, ſpecialiter ſubjiciuntur. Ord. Cam. *pag. 1. tit. 49.* at verò promiſſio ſpecialis prohibitionem inCæteris generalem infert. *arg. l. 1. de offic. ejus cui &c.* Diſſent. Mindan. *1. de proceſſ. 19.* Eſt autem Cameræ jurisdictio in omnes imperiis Romani ſubditos univerſalis, Ordin. Camer. *part. 2. tit. 27.* ſed tamen cum diſtinctione, ſiquidem in ſimplicis querelæ cauſis tantum contra immediatos locum habet, *d. tit. 27.* In cauſis verò appellationum etiam mediatos comprehendit. Ordin. Camer. *d.p.2. tit. 1. & 28.* exceptis quibusdam caſibus, quos refert Gilhauſ. *in arb.iudic.p.1.c.1. §.1. n.33.& ſeq.* In tantum autem jus dicendi facultatem Camera Imperialis habet, ut nulla ab ejus ſententiis ne quidem ad

Impe-

Impetatorem *arg. l. 1 §. fin. quis a quo appell.* facit *tit. Ordin. Camer. 5. part. 2.* daß dem Cammer-Gericht sein starcker Lauff gelassen werden soll. Multoque minus ad Pontificem permittatur appellatio. Unde cum olim quidam, etiam in causa pia & tutelari à Camera ad Pontificem appellasset, ut contemptor jurisdictionis Imperialis in 100, marcas auri puri, cum refusione expensarum condemnatus fuit. Quæ sententia pronunciata fuit 20 Febr. Anno 1512. hisce verbis, Das den Beklagten ihr appellation von einer Urtheil an diesem Cammergericht gesprochen/ an Bäpstliche Heiligkeit gethan / demselben Cammergericht insinuirt/ als zur Schmach/ Veracht und Verletzung Kays. Majest. Hoheit / und zu abbruch derselben Majestät unnd des heiligen Reichs obristen jurisdiction freventlich fürgenommen/ keines wegs gezieme: sie auch derohalben die Pœn der Rechten/ und andere merckliche Buß unnd Straff verwirckt haben: Darein wir sie gefallen zu sein Erklären/ und solche Pœn/ Buß und Verwirckung hiemit dieser Urtheil / auff hundert Marck löttiges Goldes/ in den

Kays.

Ecclesiasticis de facto, quam juris, non præjudicialibus mediis, Cameræ jurisdictio est, cum quæstio facti nihil habet spiritualitatis. Thom. Mich. *d. disp. cancel. q. 15. ubi coallegat.* Unde in Possessorio & jure patronatus recte pronunciat Thesaur. *decis. 82. n. 2. & seqq.* Gail. *1. obs. 38. n. 6.*

Tertium est Rotvvilense; *quod est collegium Iudicum, qui loco Cæsaris in districtu Rotvvilano jurisdictionem exercent.*

DIcasterium Rotvvilense, das Kayserliche Hoffgericht zu Rotweil / a solo Conrado IV. Duce Sueviæ, post Lotharium Saxonem, Rege Romano creato anno 1147. institutum est, Reform. jud. Rotvv. Maximil. II. *part. 2. tit. 5.* Cujus dispositio de ordine ac forma, ejusque reformatio ac constitutio & correctio personarum judicialium omnis penes solum Imperatorem est. *de ordin. tit. ult.* §. doch in diesem. Licet illius visitatio, rogatu ordinum ex speciali Cæsaris mandato, Cameræ visitatoribus injuncta est Paurm. *de jurisd. c. 6. n. 8.* Reichs Abschied zu Regenspurg

Aut. Coler. *de jure imper. Germ. th.* 74. Cõſtat tamen eos ſententiam mutaſſe, diverſumqve ab eo reſpondiſſe Electori Saxoniæ, quod iterum copioſè demonſtrat Anton. Coler. *de loc. th.* 57. ubi reddit ex Dn. Hortled. *diſſ.* 4. *de bell. Germ. aſſert.* 3. rationem, cur ab initio Lutherus aliique diſſenſerint: 1. Ne oleum Camino affunderent, aulicorumq; animos nil niſi ignem ſpirantes extimularent. 2. Ne proteſtantes Pontificiis bellum inferrent. 3. Quod nondum ſtatim defenſio imminere videbatur. Cujus rei teſtis eſt ipſe Lutherus in libello wider den Mäuchler zu Dreßden/ *tom.* 5. *Germ. Jenenſ pag.* 309 ita ſcribens: Ich hab wollen abſchrecken die Papiſten/ und jederman/ das ſie nicht dem mörderiſchen Edict folge theten Item in *tom.* 5. *pag.* 276. *ait*: Weiter wo es zum Kriege kompt/ wil ich der Leute Gewiſſen nicht beſchweren laſſen/ mit Gefahr und Sorge/als ſey ihre Nothw ehr auffrürіſch / vid. Dn: Hortleder. *de loc.* Huc etiam pertinet hiſtorica illa quæſtio: *Cæſarisnè, an alio nomine Saxo & Landgravius Imperat. Carolum V. allocuti ſint, in diffidationis literis?*

Q.

Sleida-

Sleidanus de statu relig. refert, obtentum fuisse in deliberatione hac de re instituta, ut vocaretur is, qui se pro Cæsare gereret. Quod non ista accipiendum est, quasi in universum Cæsaream autoritatem Protestantes Carolo V. negassent, sed in ijs duntaxat casibus negarunt, in quibus illum excedisse limites præstiti juramenti, putabant. Dn. Hortled. *d. disp. 4. in coroll.*

Forma seu modus sanciendorum fœderum varius apud varias fuit gentes.

De quo videatur Stuck. *lib. 1. antiquit. can. cap. 30.* G. Schönborner *lib. 4. Polit. cap. 35.*

Personæ quæ fœdus contrahere possunt, consid. vel ratione dignitatis, vel ratione religionis.

Respectu dignitatis, fœdus contrahit, I. Imperator Romanus, qui hoc jus habet jure proprio,

II. Reges.

HAbent enim reges plenitudinem potestatis, & omnia possunt in suo regno,

quæ Imperator in Imperiò. Dec. *consil. 271. n. 4. & consil 390. n. 10.* Bart. Bertazol. *in repetit. l. si quis major. C. de transact. q. 58. n. 814.* Et censetur tanquam Imperator. Martin. de Caraz. *in tr. de princip. q. 67.* Rosenthal *de feud. cap. 10. conclus. 1, n. 6.*

III. Principes & alii superiorem non recognoscentes, a) quibus annumerandas censeo liberas Imperii Civitates. b)

(L.) Aut deleri debet illud. Non, aut confusio est intolerabilis; & consimilis illi, de qua sup. n. 64.

a) Quippe propter plenitudinem potestatis, quam habent. Bertazol. *d. quæst. 58. num. 814.* jure superioritatis utuntur, Bartol. *in l. 1. §. de qua re. depostul. & in l. 1. §. ait Senatus de petit. hæred.* Alexand. *cons. 31. vol. 1. & cons. 111. num. 4.* Unde de iis idem judicatur, quod de Imperatore, cui in suo statu similes existunt. Andr. Knichen. *in velit. Apolog. num. 32.* P. Anton. de Petra *in tractat. de jure quæsit. non tollend. cap. 3. quæst. 4. num. 39.* Sebast. Medic. *de consuet. & statut. part. 1. quæst. 22. num. 3.*

Andr.

Andr. de Isern. *in cap. 1. col. 2 tit. de vasall. de crep. ætat.* b.) Et regulariter omnes confœderationes, seu ligæ civitatum & aliorum jure prohibentur, *tot. tit. D. de colleg. & corporib.* Aurea Bulla Caroli IV. *tit. 5. lib. 1. & 2. C. de seditiosis. l. denunciamus C. de his, qui ad Eccles. confug. l. conventicula C. de Episcop. & Cleric. c. si qui Clericorum. 11. q. 1.* Unde in dubio præsumuntur illicitæ; Innoc. *in c. 1. de schismat.* Id tamen non obtinet, si fiunt ad defensionem nostri, vel cum bonum publicum id exigit, accedente præsertim consensu Imperatoris. Quomodo anno 1553. fœdus inter Episcopos Wirtzburgensem & Bambergensem, ac Civitatem Noribergensem adversus Marchionem Albertum initum, in Camera imperiali pro licito fuit judicatum. Mynss. *cent. 6. observ. 2. n. 10.* Fœdus quoque Hansaticum) quod cepisse dicitur anno 1200. teste Chytræo *in Chron. Saxon. &* Thuano *histor. lib 39.*) propter necessariam defensionem, & mutuum commerciorum usum cum exteris & vicinis initum, & naturali ratione, & bono publico ac superioris authoritate nititur. Henric. Brunning. *de variis univers. spec. 8. 17.* Et propterea in re-

cessibus Imperii passim approbatur, de Anno 1542. §. Demnach & anno 1548. § und alß erstlich vers. Das mit den See unnd Anse Stedten so gehandelt werden. Et 1566. §. Die Hanse und Seestedte. & vers. Dieweil es aber ansehnlich vermögende Städte. Item anno 1576. §. Wir wollen auch & anno 1594. §. Desgleichen, vers. zu sambt den Hanse und Seestedten.

Respectu Religionis alii sunt Christiani, alij Ethnici & impii.

Quæritur hoc loco. *I. An religionis dissensus in confœderatis, qui quidem unum eundemq́ Deum colunt, sed cultu Religionis diverso, fœdera reddat illicita & injusta?* Pro affirmativa hæc habe. Quod confœderatorum unum sit corpus, qui enim alteri adhæret, unus est cum eo spiritus Menoch. *cons. 99. n 39. vol. 1.* Eleganter Chrysostomus *Homil. 101. Quamvis* [ait] *minimus sit, qui unus est tamen si unanimes sint duo vel decem, jam eum qui unus erat, decuplum effectum, uno offenso decem offendi, horum quemq; viginti manus habe-*

habere, oculos viginti, totidem pedes, & ita non suis solum sed alienis vel oculis tueri vel operari manibus, si verò sint & centum & mille, vel eo amplius, idem esse, semper produci potentiam, atq; adeò quod natura non posset confici amicitiæ nexu. Quare sicut in humano corpore dissensus abesse debet, ita etiam in confœderatorum corpore. Id quod etiam Sacræ literæ requirere, nec fœdus approbare videntur, quod cum hujusmodi hominibus contractum est. Ecce enim fœdus Josaphati Regis Judæ cum Achabo ictum, *1. Reg. 22.* acriter reprehenditur per Prophetam Micham, *ibid. vers. 16.* Verùmenimverô cum optandum illud potius, quàm fieri posse sperandum, frustra talem consensum exigimus, præsertim verò hodie propter pacem religionis, constitutione publicâ inter Pontificios & Augustanæ confessionis socios factam, quæ certè, stante priore sententiâ, everteretur, neque stare posset. Nec parum juvat hanc sententiam autoritas Seldi Imperij Cancellarij, qui ad Ferdinãdum Imperatorem his verbis scripsit; Ob schon E. Majest mit allen andern Ständen / so die Bäpstliche Heiligkeit für Ketzer helt / sonder-

de jur. Principat. concl. 79. lit. a. G. Schonborner. *lib. 4. Polit. cap. 36.* I. propter hanc rationem : Si admittenda unio fidelium cum infidelibus, tum conflatur exercitus ex piis & impiis, & ita religio sincera cum Idololatria, Deus cum Belial, & vera pietas cum superstitione commiscetur, & facilè fideles propter infirmitatem humanæ naturæ infici possunt. P. Mart. *in loc. Com. class. 4. c. 16.* II. Per testimonia Sacræ scripturæ, quæ expressè hujusmodi fœdera prohibent; ut *Exod. 22. in fin. 2. paralipom. 16. 17. 18. 19. 20. & 25. 1. Corinth. 5 Deut. 7. pr. Amos 5. Esai. 31. Esdræ 9.* Contra hæc expressa D E I mandata Franciscus I. Galliæ Rex cum atrocissimo Christianitatis hoste Turca fœdus contra Carolum V. Imperatorem contraxit, quod quâm benè D E O placuerit, eventus docuit. Nam Franciscus moriens exclamasse dicitur: *Perii, heu perii, quod volui esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis.* Cardinali Guisio suggerenti consolationem ex Sacris literis, *Omnis*, inquit, *misericordia mihi clausa est, qui ut æmuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem injuriam, fœdus pepigi cum Turca, & Christianorum, capita*

tan-

tanquam armenta ad Machometanam servitutem vivus vidensq; passus sum abigi. G. Schönborner *d. c.* 36. Alij denique sunt, quos sequitur Melchior Junius *quæst. Polit.* 74. qui dicunt, fœdera cum infidelibus tunc ineunda esse, cum extrema ingruit necessitas, hostiumque crudelitas, neq; alia ratio evidendi sese offert, & quantum denique fieri possit, citò & bono modo dimittantur.

Fuit fœderum constitutio, sequitur eorundem dissolutio, quæ contingit variis de causis, on tamen nisi justis, puta si tempus sit elapsum, vel negotium finitum, vel si pecunia deficiat, &c.

Circa hoc præceptum duo in quæstionē veniunt. *I. An Papa Romanus fœdera licitè & honestè contracta, dissolvere possit?* Negat. Autor. disp. *de jure Principat. d. concl.78.* hoc dilemmate: Aut ipso jure valent, aut non valent: Si valent, nemo hominum hunc religiosum nexum, quo soli Deo immediatè tenetur obstrictus, absq; perjurij crimine dissolvere potest: Si non valent, ipso jure vinculum est nullū, & rescissione opus

opus non habet. *arg. l. impossibilium. de Reg. Jur.* §. *servus autem. Instit. de capitis diminut.*

II. *Quæritur: An Elector Mauritius Saxoniæ Dux, inscio Henrico Secundo Galliarum Rege, â fœdere Chamborticoreceſſerit?* Sanè Bodinus *l. 5. de Republ. c. 6.* hoc affirmare non erubuit, refutatus hoc nomine à P. Heig. *part. 1. quæst. 11.* & Dn. Arum. *discurſ. Academic. 27.* Q.

Fœdus impropriè dictum eſt triplex, Clientelare, Miſerabile, & Hæreditarium.

Fœdus Clientelare eſt inter Principem Patronum ſeu Defenſorem, dem Schutzherrn: *& eos, qui ſunt ſub ejus defenſione, qui tamen jura ſuæ Reipubl. integra retinent.*

Clientelare fœdus omnium periculoſiſſimum eſt, teſte Bodin. *5. de Rep. c. 6. num. 587.* Geil. 2. *obſerv. 54. num. 6.* P. Frider. 2. *de proceſſ. Camer. cap. 14. n. 2.* Siquidem primus poſt protectionem gradus, invaſio, Greg. Tholoſan. *de Rep. lib. 11. cap. 11. num. 6.* Hinc quæſitum fuit: *An quis poſſit ſe in protectionem alterius Principis dare,* Q.

non

non requisito sui Domini consensu, ut ipsi per hoc non præjudicet? Affirm. per Recess. Imper. de Anno 1555. Es soll auch. [*L.*] Nec enim protectio jurisdictionem aliquam tribuit; *c. recepimus 8. c. 18. de privileg.* Wesemb. *consil. 48. n. 30.* Pruckm. *consil. 17. num. 86. vol. 1.* Menoch. *cent. 6. arbitr. jud. quæst. cas. 584. n. 4 & cons. 25. n. 25.* Gail. *2. pract. observ. 54.* vel superioris jurisdictione eximit. Marpurg. *consil. 8. num. 49. & 107. vol. 1.* Tom. Michael. *de jurisd. concl. 55. lit. e.* Zach. Vietor. *de caus. exempt. concl. 20. & ab eo allegati.* Sed quoniam ex defensione sæpe videmus fieri offensionem, componantur cautè protectionis capitula, ne ex illis occasio subjectionis potius quàm protectionis beneficium oriatur. Thol. *d. num. 6.* Sixtin. *1. de regal. c. 4. num. 86.* Mynſ. *respons. 13. decad. 2. n. 11.* Erenberg. *de fœderibus 1. cap. 4. n. 13.* Bodin. *d. loc.*

[*L.*] *Non indistinctè hoc omnibus concessum subditis, sed illis tantum*, so hiebevor von Alters schutz vnd schirm-Herren anzunehmen gehabt *ut textum innuit.*

Miserabile fœdus est, cum victi in victoriis tutelam concedunt.

Keckerm.

Keckerm. lib. 1. P[illegible] 9. & [illegible]
Vid Bodin. lib. 1. cap. 9. d [illegible]

Hæreditarium fœdus, quod nostri Confraternitatem, Erbverbrüderung, item Erbvereinigung / Erbvertrag / vocant, est pactio, quâ id agitur, ut alterius stirpe extinctâ ad alterum patrimonium eorum & Principatus certa successionis lege perveniat.

[L.] Distinctius Arumæus discurs. 6. ad A. B. th. 6. p. 267. Quod non ulla vocabula Erbvereinigung / vnd Erbverbrüderung *promiscuè usurparint, in eo falluntur. Rectius enim ex formulis conventionum diversis, quæ rem diversam arguit, l. si idem. 7. C. de Codicill. distinguuntur, ut* Erbeinigung *Confœderatio,* Erbverbanderung *verò vocetur confraternitas.* Erbeinung / *seu confœderatio, certum modum belli pacisq; tempore observandum:* Erbverbrüderung *autem seu confraternitas, mutuam confratrum successionem continet. Idem placuit Goldasto de Regno Bohem. lib. 4. c. 14. n. 9. pag. 54. ubi rectè notat,* Erb *in tali compositione non hæreditatem notare, sed perpetuitatem & stabilitatem.*

Cc Paci-

Paciscentes hoc modo appellantur fratres, & heredes conventionales, Germanis Erbverbrüderte / Erbvereinigte / Item Erbverwante / Hotom. *consil.* 1. Barthol. Muscul. *in disput. de confraternit.* § 3. Ratio summa & principalis hujus gentilitii juris est hæc; ut scil. ex mutua & stabili successione, defensione, fide & concordia fraterna, familiarum florescentium splendor & dignitas conservetur. Andr. Knichen. *de jure Saxon. non provoc. verb. Electorum cap.* 2. *num.* 60. Quæ ratio exprimitur in ipsis literis confraternitatis, quæ fuit inter Duces Saxoniæ & Principes Hennebergicos, his verbis: Das unser beyderseits Ordtland unnd Herrschafft zu Francken / dieweil sie mehr als an einem Orth zusammen grentzen und stoßen / inmassen sie denn auch vor 200 Jahren zusammen und in eine Herrschafft gegen Henneberg gehörig gewesen / wē sie durch eine newe und krefftige Erbverbrüderung zusammen verleubet und vereiniget wurden / nicht die geringste Wolfarth / des Nachbarlichen Friedens halben wiederfahren / und insonderheit auch das Jenige verhütet werden könte / damit nicht

auff

auff unsere eines Fürstlichen Hauses unndt Stammes Tödtlichen und ledigen Abgang ein frembder und unnachbarer Stamm / dem andern theil zur Unruhe/Schaden und Nachtheil in derer ört er einen einsitzen möchte/ auch durch denselben allerley vernewerungen wider dieser Lande alt Herkommen/ Gebräuche und Gerechtigkeit / als denn erwecket werden könte etc. Etsi vero hujusmodi pacta & fraternitates regulariter sint prohibitæ, quoniam pacto hereditas dari non potest neque super futura successione inter positum valeat. *l. stipul. hoc modo concepta, 61. de verb. obl. ex eo. C de inutilib. stipulat. l. hereditas. C. de pact. convent. l. pactum. l. licet. l. fin. C. de pact. l. fin. de suis & legit. hered. l. quidam in jure §. final. de donat. l. pactum d. tali instrumento. C. de collationes* Hartm. *pract. observ. lib. 2. tit. de pact. cap. 3. in princ.* licet jurejurando sit vallatum, *arg. l. non dubium. C. de L L. c. non est obligatorium. de Reg. juris. in 6. l. indubitati juris. C. de non num. pec.* aut super parte hereditatis initum; quorum idem juris esse debet de parte quoad partem, quod te toto quoad totum. *l. qua de to-*

ta, de rei vind. Tamen in illustribus Personis valent, si consensus Imperatoris intervenit. P. Heig. 1. *quæst. 23. nu. 24* Geil. *2 obs. 127 num. 5. & seqq.* Cùm, quia leges allegatæ loqunutur de privatorum pactionibus, Daher die Chur und Fürsten deß Reichs / quæ personæ publicæ, derselben Gesetz keines weges unterworffen / sicuti respondit domus Saxonica. In der Apologia und rettung der zwo Schrifften / so Anno 1609. von deß Chur und Fürstlichen Hauses Sachsen an den vorledigten Gülichischen Herrschafften habenden Rechten außgangen. In quibus sinistra illa suspicio de voto captandæ mortis alienæ cessat. Hotom. *cons. 2 n. 48* Ant. Coler. *de jure Imper. Germ. θ. 70.* Muscul. *de confraternit. θ. 23. & seq.* Tùm quia Principes Imperii Imperatori & Imperio semper dicuntur militare. *l. 1 de milit testam. l. 2. C de domest. & protect lib. 12. c. unic. quo temp. mil. 2. F. 22. c. unic. de vasal mil. 2. F. 21.* Geil. *1. observ. 127. nu 9,* Knichen. *de jure territ. c 1 n 162* Reusner. *in individ. 1. cons. 3. n 36* Menoch. *consil. 351. num. 9.* Hotom *cons. 72. num. 41. & seq* At verò miles ob communem mortis fortunam

ita

ita recte paciscuntur, ubi is qui superstes [illegible] alterius bona capiat. *l. [illegible] C. de pact.* Obrecht. *de discipl. milit. [illegible] §. 5. & seq.* Roman. *consil.* 45. Bocer. *l. [illegible] de bell. cap.* 27. *num.* 7. Tum denique quia ab Imperatore confirmantur, Mynsing. [illegible] Ejusmodi pactum inierunt Duces Saxoniæ & Principes Hennebergici, Anno 1554. quod Carolus V. confirmavit, teste Mænæo *in addit. ad Decium consil.* 516. cujus subsecutus fuit effectus An. 1583 ubi familiâ Hennebergicâ extinctâ, Comitatus Hennebergicus ad Saxoniæ Duces translatus est. Item Duces Saxoniæ, Marchiones Brandeburgici, & Landgravii Hassiæ [*L.*] de cujus pacti initio dubitatur. Alii enim referunt ad Annum 1262. Waremund *ad Erenberg. in Meditament pro fœderibus cap. 2. nu* 26. alii verò ad annum 1373. Reusner *cons. 3. num.* 45 quod Anno 1614 Mense Martto à dictis tribus familiis renovatum fuit. Eodem jure Brandeburgicus & Pomeranus utuntur: Cum enim Pomeraniæ Duces investituram aliquando petere negligebant, Ludovicus Bavarus Pomeraniam in feudum dedit filio suo Marchioni Brandeburgensi, quod

cum discordiis causam daret, & armis, tâdem his conditionibus pepegerunt, ut extinctâ Ducum Pomeranię stirpe masculâ, Marchiones succederent, teste Ant. Coler. *d. loc. th. 70.* Ad eundem etiam modum Comites Palatini & Duces Bavariæ, tùm de legitima bonorum suæ gentis, deficiente masculâ prole, successione, tùm etiam de Electoriâ dignitate pacti sunt. Johan. Bodin. 1. *de Rep. 2.* Item familiæ Austriæ & Bohemiæ. *Chopp. de doman. Franc. lib. 3. tit. 1. numer. 8.* Mutius *lib. 8. Chron. German.*

(*L.*) *Pactum defensionis mutuæ*, ein Erbvertrag / *hasce inter familias longissimo huc usq; floruit tempore. Factum vero mutuæ successionis inter Saxoniæ Duces & Landgravios Hassiæ est, at an idem ad pactum confirmatione Cæsarea Marchiones Brandeburgenses unquam accesserint, non satis mihi cognitum Amicus meus Dn. Guttichius de Confraternit. th. 3. deliberatum & tractatum aliquando refert, de nova confraternitate inter Saxones, Brandeburgenses, & Hassios, novamque formulans desuper conceptam, sed modum & conditiones adjectas nondum impletas, nec iisdem satisfactum,*

indeq;

indeq; hanc in fraternitatem initam pro non consummata, nec in effectum deducta pro nulla haberi atq; hoc in [illegible] lineam Darmstadinam, in causa Marpurgensi in art. ad causam principalem pertinentibus artic. 104. 110. 111. 112 egregie actum est. Vide quæ scripsi lib. 4 jur. pub. cap. 8. num 170.

IV. Et jus mittendi Legatos.

Jus legationis, quia dependet à jure Majestatis Polyb. *lib. 6 de milit. ac dom. Rom. disciplin.* Bornit. *cap. 28. de Majest.* Besold. *class. 1 disput. 3. th. 32.* soli Imperatori tribuendum, qui illud habet jure proprio. Nam alij qvoqve legatos mittere possunt, modò habeant, jura majestatis, ut sunt. Principes Germaniæ, qui in suis territoriis tantum posse dicuntur, qvantum Imperator in Imperio. quod tamen cum grano salis accipiendum esse, infra dicetur.

Hactenus de Regalibus majoribus, seqvuntur minora, sive regalia fisci.

Sunt autem regalia fisci jura, quæ ad conservandum & augendum fiscum Imperatoris pertinent.

Bocer. *cap. 3. de Regalib. num. 6.*

Exempla horum regalium referuntur in c. unic. Quæ sint regal. 2.F.56.

l. Armandiæ, vel, ut alii legunt, Armanniæ.

Varii variè hoc vocabulum explicant: alii de vectigali, quod ex armentis animalium solvitur, exponunt Isern. Alvarot. Bald. Afflict. Præpos. *in d. c. 1. quæ sint. regal.* Ferrar. *de feud. lib. 5. cap. ult.* quidam vectigal certum, quod ex licentia armorum fabricandorum præstatur, interpretantur, Rosenth. *in synops. juris feud. cap. 5. concl. 19.* Nonnulli de litoribus publicis accipiunt, quæ ita dicta esse putant ab ariditate. Alii deniq; officinas publicas, sive armamentaria, in quibus arma fabricantur, significare scribunt: hæc enim Imperator sibi solus vendicavit *Nov. 85.* Menoch. *cons. 298. num. 17. vol. 3.* & hanc interpretationé esse omnium verissimam, testa-

t[illegible] Cas[illegible] lib. 5 *feud.* [illegible] *Frider. sub rubr. de jur. fisc.* Menoch. [illegible] Borch. *in c.* [illegible] *quæ sint regal. num.* 4[illegible] Rosenht. *d. conl* 1[illegible] Dn. Vult 1. *F.* 5. *n.* [illegible] Goth. Ant. *diß. feud.* 3. E. 7. *lit. b* Sixtin. *de regal. cap.* 3. Nicillus *disput. feud.* 10. *th.* 14. *lit. a.* Dn. Præcept. Gothofr. *in not. ad d. c.* 1. *ad vocem hanc armandiæ.* Dn. Gedd. *diß. feud.* 5. *th.* 11. *lit. a.* D. Arum. *diß. feud.* 4. *th.* 17.

II. Viæ publicæ

Nos appellamus die freye Keyserliche Strasse / ein offene vnnd Landtstraß / deß heiligen Reichs Straß / jure civili viæ publicæ vocantur, βασιλικαὶ, hoc est, Regiæ. Item Prætoriæ, consulares & militares. Quæ regalibus annumerantur cùm ratione protectionis & jurisdictionis, seu supremi cujusdam dominii, tum ratione dispositionis, ut sua iter facientibus constet securitas, *per l. ad Instructiones, C. de sacrosanct. Eccles.* Dn. Vult *d. n.* 7. Debet enim Imperator vias stratasque publicas securas tenere, & latronibus purgare, *l. 1. §. cura de offic. præfect. urb. l. congruit. de offic. Præsid. l. 2. §. viarum quadam. ne quid in loc. publ.* Aliâs tenetur deprædatis

datis damna resarcire. Baldus *in l. 1. §. conventiculas de pace jurament. firmand.* Zas. *cons.* 14. Dn. Marq. Freher. *in not. ad lib. 2. P. de Andl. c. 18. in pr.* præsertim si vel pedagium vel vectigal ea causâ sit depensum. Schneid. *ind. c. 1. n. 115. quæ sint regalia.* Borch. *ibid. n. 28.* Joh. Lopez. *in c. per vestras. §. 9. num. 8. & seqq. extr. de donat. in vir. & uxor.* Beust. *in rubr. de jurejur. num. 168.* Jacob. de S. Georg. *in tr. de feud. in verb. Marchio num. 4.* Geil. *2. observ pract. 64. num. 4.* Wurm. *tit. fin. observ. 6.* Goth. Anton. *d. th. f. 7. lit. c.* Forster. *de jurisd. Rom. part 2. pag. 493.* Joh. Georg. Becht: *in tr. de securit & salvo conduct. thes. 55.* Reichsabschied zu Augspurg de Anno 1559. §. Damit dann die Oberkeit / ibi: setzen / ordnen und wollen / wo fern von Churfürsten / Fürsten / Ständen / oder einer Oberkeit die sey wer sie wolle / jemands geleid gegeben / und der jenig darüber / auff derselbigen Churfürsten / Fürsten Ständen / oder Oberkeit / Geleitstrassen thätlich erarifen unnd beschädiget / das der Stand / so solch Geleid gegeben / nach gestalt solches Geleyds / dem beschädigten seines schadens Erstattung zu thun schuldig seyn sol. De jure Saxonico, Wenn

einer Geleidt gibt/ der soll ihn für schaden behüten/ oder sol ihm den Schaden gelten. Landrecht. lib. 2. art. 27. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2 num. 296.* Excipiendus tamen est ille casus, quo læsus à publica via deflexit; quia tum dici nequit, eum in publica via à prædonibus damnum aliquod passu esse. Obrecht. *disp. feud. th. 286.*

Cæterùm pertinent huc quæstiones nonnullæ elegantes, ac in foro præsertim maximè utiles, quas breviter proponere placet. Et quidem I. Quæritur: *At quem pertineat cognitio, & executio criminis, veluti homicidii, quod in viâ publicâ est commissum?* An ad eum Magistratum qui juxta viam illam merum habet imperium? quod probat Petr. Jacob, Aurel. *in aurea pract. libellorum rubr. 12. numer. 68. & seqq.* Cæpolla *in tr. de servit. rust. præd. cap. 3. n. 32.* Rosenth. *cap. 5. concl. 22.* Bocer. *cap. 2. de regal. n. 145.* An verò ad eum, qui habet regalia? quod placet Schneid. *ad §. ult. n. 8. Inst. d. J. N. G. & C. & ad §. summa autem divisio, n. 67. de Interd.* Borch. *in dic. 1, n. 25,* Beust. *ad l. admonendi. 31. de ju-* Q.

de jurejur. Dn. Arum. *d. disp. feud. 4. th. 18.* propter hanc rationem; quod cura atque protectio viæ publicæ sit penes eum, qui regalia habet, *ex dd.* Ergo & cognitio ejus, si quid contra securitatem viarum commissum sit, *arg. l. 2. de jurisdict.*

Q. *Quid verò si in confinio quis occisus reperiatur, cujus magistratus erit cognoscere de hoc crimine?* Respond. Utriusque. Quia conjecturæ cædis, quæ ex parte corporis colliguntur, sunt contingentes, ac proinde sæpe fallere possunt, veluti docet Niell *in corol. disput. feudal. ult.* & Dn. Arum *d. disp. feud. 4. thes. 19.* Bald. *in l. arbor. 19. commun. divid.* & ibidem parat. Zas. *circa fin.* Dissent. Borch. *in c. 1. quæ sin. regal. num. 26.* Schneidw. *ad d. §. ult. n. 8.* quia putant, ad illius Magistratus jurisdictionem cognitionem spectare, in cujus territorio capite incumbit homo interfectus, *arg. l. 44. de relig. & sumpt.* ubi caput dignior pars hominis nominatur. A digniori autem denominatio fieri debet, *l. quæritur 10. de stat. hom.* Bald. *in prælud. feud. num. 10.* Jas. *in l. imperium. nu. 3. de Jurisd. omn. jud.* Paul. Orian. *in l. 11 nu. 83.*

nu.83. de offic. ejus cui mand. est jurisd. Sed hi confundunt quæstionem, quæ est de principaliori hominis parte, cum nostra, quæ est de loco perpetrati homicidii. Dissent aliter Dn. Bocer. *de regal cap 2. num.148.*

Alia hoc loco movetur quæstio:

Quo in territorio tumulari debeat, qui publicâ in viâ occisus est? Resp. in eo, in quo capite incumbere fuerit repertus occisus *per text. in l. cum in diversis, 44. de relig. & sumpt funer.* Q.

III. Flumina publica navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia.

Dd. ind. c. 1. Baldus. *in l. 2. de rer. division.* Roland. à. Valle *consil. 97. vol. 3.* Dn. Vult. *d. c. 5. num. 7.* Bocer. *d. cap. 2. nu. 163.* Dn. Gœdd. *disp. feud. 5. th. 12.* Niell. *d. disput. 10. th. 4. lit. c.* Sicuti enim viarum publicarum, ita fluminum etiam publicorum cura pertinet ad Imperatorem, cuive Imperator illa habenda concesserit. D. Vult. *d. loc.* Rosenth. *in synopsi jur. feud. cap. 5. conclus. 24.* Hotom. *in d. c. 1.* Et sicut viarum publicarum usus communis est omnibus,

bus, ita etiam fluminum publicorum usus jure gentium manet communis. D. Vult. & Niell. *de loc.* Versatur autem hic usus publicus præcipuè in tribus: I. Inædificatione Molendinorum aquatilium II. In navigatione. III. In Piscatione Circa primum quæritur: *An licitum sit alicui extruere molendina in flumine publico, sine licentia Principis vel ejus cui Princeps regalia concesserit?* Affirmo, si sine incommodo alterius id fiat, nec eo deterior fiat usus publicus, *arg. l. 1. in pr. & §. 12. de fluminibus.* Est enim fluminis publici usus omnibus communis. *§. 2. Inst. de R. D. l. 4. in fin. & l. seq. D. eod. tit.* Idem dicendum de reliquis ædificiis *l. in tantum 6. in pr. d. tit. l. 45. in pr. vers. quo ita processit. de usurpat. & usucap.* Sixtin. *cap. 5. de regal.* Nec solùm ædificari sed & aqua duci, & aliud quidlibet in his fluminibus fieri potest, dummodo usui publico non noceatur, nec id fiat cum alterius incommodo. Niell. *disp. feud. 11. θ. 4. lit. c.* Dissent. Dn. Bocer. *d. cap. 2. num. 165.* Notanda verò est data iam distinctio ad sequentem quæstio-

stionem, videlicet: *An invito eo, qui habet molendinum in superiori vel inferiori parte fluminis, alius supra vel infra molendinum illud similiter sibi molam ædificare possit?* Nam si aqua sufficiat, atque ita commodum molendinum non impediatur, tunc ædificatio novi molendini per veteris molæ possessorem prohiberi non poteſt. *arg. l. libertus negociatoris 45. de libert. operis l. fluminum 24. de damn. infect.* Weſenbec. *conſ. 34. num. 15. part. 1* Schurff. *conſil. 45. n. 4. cent. 2.* Bocer. *de loc. num. 167.* Quo jure etiam Saxones utuntur, teſte Weichbild. sub Rubr. Wie mann Teiche unnd Mühlen von newen bawen ſol/ &c. Wo aber die newe Mühle / ſo ewer Leute auffzurichten gedencken/ ſolcher vorigē und unterſten Mühle/ an ihrem Waſſergang keine verhinderung brechte / noch auch das Waſſer auff des unterſten Müllers Güter ſteuerte / ſo könte ewer Nachbawer oder deſſelben Müller ewren Leuten nicht weren/ ſolche Mülen auffzurichten. Tertiò quæritur: *An is, qui habet in ſuperiori parte fluminis molam tempo-* Q. Q.

tempore siccitatis æstivæ, invito illo, qui in inferiori parte molam habet, aquam fluminis possit colligere & restagnare, das Wasser schützen / *ut mola ipsius fortius molat?* Affirmo, si Q. superior molam suam prior construxit, Vide Schneid. *in usib. feud. part. 2. q. 4.*

IV. Si incolæ pagi cujusdam longissimo tempore usi sint molâ sui domini, an etiam in futurum compelli possunt, ut ibi molant? Neg. quia res meræ facultatis non præscribuntur, *Canonistæ in c. Abbate sancti Sylv. de verb. signif.* vid. Bocer, *d. c. 2. num. 182.* nisi jure servituris molâ illâ usi sint, quæ vocatur ein Zwang-mühlen / dahin die Leute gezwungen werden zumahlen. Schneid. *d. part. 2. quæst. 5.* Dn. Quirin. Kubach *cent. 2. quæst. illustr. decad. 4. q. 2.* Circa secundum fluminis usum, qui consistit in navigatione, (de qua Q. Benevenut. Stracha *in tract. de navigat.* & cæpoll. *cap. 26. de serv. præd. rust.*) disquiritur: *An Veneti habeant jus prohibendi, ne quis in Asiatico sinu naviget?* Accurs. *in lib. 2. nequid loco publ-*

publ. Angel. *consil.* 290. respond, habere, idque ex usu temporis immemorialis. Tertius fluminum usus in piscatione (quæ fit retibus, hamo, excipulis, vertwulis mit Netzen/ Angeln / Reusen / unnd mit Bley an Stricken angehänget) consistit; ubi quæritur *An illa subditis à Principibus in totũ præscriptione adimi possit* Neg. Peregrin. *lib. 1. de jure fisci c. 1. nu. 2.* Dn. Vult. *d. c. 5. nu. 7.* Niell. *disp feud. 11. th. 4. lit. c. & th. 6. lit. d.* Item: *An fundo vendito, venditi simul censeantur pisces in fundo?* Neg. *per l. 15. & seqq. de act. empt. & vend.* Zas. *part. 4. de feud. in pr.* Carol. Molinæ. *in consuet Paris. t. 1. §. 1. gl. 8. num. 17. & seqq.* Hart. Pistor. *lib. 1. q. feud. q. 24. num. 62.*

IV. Portus.

Hoc est, vectigal, quod pro transitu per pontem, vel in portu solvitur, D. Vult. *d. nu. 7.* Cæpol. *de servitut. rust. præd. cap 28. num. 2.* Goth. Anton. *disput. feud. 3. th. 7. lit. e.* Alii aliter explicant, quos vide apud Boccer. *cap. 3. de regalib. num. 128. & seqq.*

V. Ripatica.

Quæ sunt vectigalia pro transitu riparum præstanda. Dn. Vult. *d. nu. 7*, vulgò Fährich-Geld. Cum autem naturali æquitati sit consentaneum, ut is onera sustineat, qui & commoda percipit, *l. 10 de reg. jur.* æquum est, ut Princeps hæc vectigalia in riparum refectionem & reparationem collocet. Niell *d. th. 4. lit. 8.*

VI. Vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonia.

Jus nova vectigalia instituendi, vel jam instituta augendi ad solum pertinet Imperatorem, ut est text. *in c. 1. quæ sint regal. l. 2. & t. t. C. nov. vectig. instit. non poss. l. vectigalia. 10. de Publican.* Reichsabschied zu Regenspurg de anno 1576. *§.* weiters sind wir & seqq. Et est textus in spec Svevic. lib. 1. c. 12. §. Wir verbieten allen denen / die in unserm Reich sind / daß sie keinen Zoll nehmen ohn unser Urlaub / und wer es darüber thut / der hat unser Huld nicht / wir sprechen / daß alle Zöll und alle Müntzen / die im Römischen Reich seind / die sind eines Römischen Königs / und wer sie wil haben / es sey Pfaff oder

oder Len / der hinß sie haben von dem . . . nischen Reich / unnd von dem Römischen König / unnd wer das nicht thut / der frefelt an dem Römischen Reich. *Er in l. publicanus § in vectigalib. de publican.* Clapmar *de arcan. rerumpub. lib. 1. cap. 11.* Gylm. *vol . . . tom. 1. part. 3.* Hip. Riminald. *consil. . . per tot* Biecht *de . . . rit. & salv conduct th. 71.* Ant. Coler *de jure imper Germ. th. 4 . nu. 12* Buxdorff *ad A. B th 91 lit. 4.* Dn. Vult. *d. num. 7.* Mynsinger . *obs. 29* Sed hodie vigore contractus Imperator absque consensu Electorum nova in Imperio vectigalia non erigit. Unde in Imperij Recessibus frequens hæc & usitata clausula conspicitur. Darüber wir uns mit ihnen / und sie hinwiederumb mit uns verglichen. [*L 1*] Vasq. *de succ. . . progr. . . in præfat. nu 15.* Thom. Michael. *de jurisd concl 11 lit. C.* Ut nec Reges Galliæ. Bodin *l. 1. 6 de Rep. cap. 2.* nec Angliæ, Heig. *p. 1. quæst. 18. n 7.* Bod. *d. c. 2.* nec Hispaniæ, Parlad. *1. rer quot. cap. 3.* nec Hungariæ, Daniæ, Poloniæ, Heig. *d. n. 7.* nec Siciliæ, Joh Bologn. *cons. 1. n. 11. & seqq.* sine procerum & ordinum approbatione, nova tributa imponere possunt. Electores igitur ac reliqui Imperii

ſtatus ſine Imperatoris conſenſu & permiſſu nova vectigalia inſtituere, augere, vel quicquam in iis immutare non poſſunt. Neque ſine juſta & urgente cauſa Imperator hoc jus aliis concedet, ſicuti Carol IV. Imp. feciſſe legitur, qui Imperii vectigalia Electoribus obligavit multaq; nova in diverſis Rheni locis inſtituit, cum pecunivm pro Electione Wenceslai F. promiſſam ſolvere non poſſet, quibus cum mercatores nimium gravarentur, commeatum Rheni devitarunt, Argentinenſes quoq; circa Argentinam Rhenum catenis & lignis ita clauſerunt, ut naves per biennium neq; aſcendere neq; deſcẽdere potuerint: videntes itaque Principes, ſe tam novi quam veteris telonii proventibus ſpoliari, concordiam cum Argentinenſibus inierunt, & veteribus contenti, novis renunciarunt, referente Trithemio *in Chron. Spanheim. Anno 1351. pag. 324. & in Chron. Hirſaug. eodem an. pag. 246.* Cæterum à vectigalium onere libertatem habent. I. Illuſtrisſimi, Illuſtres, Generoſi, Nobiles, Bocer. *cap. 2. de regal. nu. 192.* II Studioſi. Pac. *ad Auth. Habita C. ne fil. pro patr.* Kubach. *cent. 3. quaſt. illuſtr. dec. 10. quaſt.*

10 *quæst. 4* III. Consiliarii & horum familia. Reichsabschiedt zu Augsburg. Anno 1500. tit. Alle so in des Reichs Regiment gehörig / sollen aller Zoll / Maut und Ungelts frey seyn. Et Reichsabschiedt zu Wurms. Anno 1521. §. Item sollen auch Churfürsten / &c. [*L. 2.*] Modo invecta apud publicanum profiteatur; alias enim perduntur incommissum cadunt. *l. fin. §. quoties, §. divus de publican.* Becht. *d. loc th.* 57. Committuntur autem merces, ex causa fraudati vectigalis ipso jure, hinc statim dominium illarum amittitur, & fisco acquiritur *l. commissa. & l. ult. de publican.* Cachera. *decis.* 86. Geil. *2. observ.* 51. *nu.* 5. *& 2. de pace publ.* 3. *num.* 11. Becht. *d. loc. th.* 61. possessio tamen sententiâ judicis auferenda est, Bald. *in l. si quis in tantū. C. unde vi.* Rol. à Valle *consil.* 42. *per tot. part.* 3. Myns. *cent.* 5. *obs.* 29. *n.* 7. Utiliter hoc loco quæritur: *An qui vinum aut cerevisiam per loca vectigalia transvehunt, ipsa aperire dolia, & partē vini, aut cerevisiæ ex iis præstare cogi possint?* Negat. Gœden. *consil.* 7. *&* 8. Schneid. *ad § 3, Instit. ad l. Aquil. num.* 3. Q.

Bocer. *d. c. 2. num. 196.* Becht *d. loc. th. 66.*

Q. *Sed quæ pœna in Peditem aut Equitē constituta, si is Pedagium fraudet?* Resp. Dupli vel tripli, vel qual tate fraudis. Bocer. *d. loc. n. 216.* *An autem pro*

Q. *solo trāsitu per vias publicas, territoriorū domini aliquid exigere possint?* ardua eit quæstio. Vide [illegible] pro affirmativa & negativa apud Becht. *d. loc. thes. 68. & 69.* Denique & illud non inelegan-

Q. tem habet quæstionem: *An etiam de rebus non venalibus vectigalia licitè exigantur?* Neg. *per l. 4. §. 1. l. ult. § 3. & 9. de publicar. l. 5. C. de vectigal.* Peregrin. *lib. 6. de jure fisci tit. 5. n. 23.* licet consuetudine contrarium obſerverur. Becht. *d. lo. th. 70.*

[L.] *Hæc clausula generalis non à specie totum traxit, uti nec in omnibus recessibus, cui addita est, de novis agitur vectigalibus. Deinde clausula ista Imperii recessibus addita omnium statuum consensum denotat, non autem Electorum tantum. Præterea scire velim, quando iste contractus inter Imperatorem & Electores fuerit initus. Nam si*

vera

vera est allegatio autoris. p. 296. ex R. A. de anno 1576. § weiters sind wir / *qua probare nititur jus nova instituendi vectigalia, vel jam constituta augenda, ad solum pertinuisse Imperatorem; dicendum erit, eundem contractum dicto anno 1576. nondum extitisse. Sed non ita res se habet. pro contractu enim capitulatio est, qua etiam longe ante dictum annum Imperatoris potestas coarctata fuit, ne vectigalia aut tributum imparaet, nisi de consensu electorum.*

[*L.2.*] *Malè autor generalem hanc propositionem speciali probat privilegio. Textus allegati non loquuntur generaliter de omnibus consiliariis, sed specialiter de Consiliariis Regimenti imperij, Privilegium hoc personas eorum non egreditur, l.1. inf de consil. princ. Regimentum sublatum nunc est, atque unà ejusdem Cnnsiliarij, itaq́; & privilegium ipsum.*

VII. Ius monetæ cudendæ.

Choppin. *de dom. lib. 2. tit. 7. nu. 15.* Bud. *de re num. c. 4. lib. 1.* Viu. *decis. 201. n. 2.* Obrecht. *disp. feud. 221.* D. Vult. *1. F. 5. n. 7.* Arnnld. Engelbr. *de jurisd. Imper. 127.* Bocer. *c. 2. de reg. n. 222.* Dicta autem creditur

moneta à monendo, Coras. *lib.3. miscell. cap. 13 nu.3.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 1. part.1.cap. 1. membr. 2. num. 170.* vel quod moneat subditos Principis effigies monetæ impressa, eidem se magistratui subjectos, cujus imaginem in moneta conspiciant. Bocer. *d. cap. 2. nu.* 224. Kirchner. *disp. 20. de Rep. in additam. 1. lit. a.* vel quod moneat, ne quid fraudis in ære, signo aut pondere fiat. Coras, *dict. loc.* Sixtin. *de regal. lib.3. c. 7. num.51.* Eodemque sensu nummus dicitur à Græco νόμος, quasi lex, cum jus monetæ legis sit potestas Hotom. *in lib. de re numeraria pag.32* Bodin. *de Rep. lib. 1. pag. 262.* Obrecht. *d. disput. de regal. th. 223.* Tres autem sunt monetæ partes; Materia, Pondus & forma. Materia consideranda est propter valorem: forma propter auctoritatem: Pondus propter usum. Materia est aurum, argentum & æs. Pondus monetæ est certa numarii metalli quantitas, publica lege definita; cuique nummo attributa. Boc. *d. de jure monet. cap. 2. nu. 44.* Forma consistit in imagine Principis vel alterius 2. in inscriptione. 3. in publica auctoritate. Vid. Obtecht. *d. lo. th. 233. usq. ad 250.*

8. Jus

VIII. Ius mulctandi & puniendi.

Dd *in d. cap. 1. quæ sint regal.* Rosenth. *cap 5. concl. 50.* Dn. Vult. *d. c 5. n 3.* Niell. *d. l. th 5 lit. b.* Habet se mulcta ad pœnam, sicut species ad genus: nam omnis mulcta est pœna, sed non contra. Dn. Gœdd. *in l. 131. §. 1. nu. 8. de V. S.* Bocer. *de regal. c. 3. num. 9.* Sed quæritur: *An magistratus quoque municipales jus mulctandi habeant?* Aff. Cujac. *in rub. C. de magistr. municip.* specul. *lib. 2. tit. de contumacia. §. Nunc dicamus n. 1 & 2.* Bocer. *d. c. 3. numer. 12. per l. 5. C. de defensorib. civ. l. 12. de jurisd.* *An etiam judex delegatus?* Aff. Longovallius *ad l. imperium nu. 163. de jurisd.* Bocer. *d. c. 3. n. 13.* Negant verò Menoch. *de arbitr. jud. quæst. 74. n. 8.* Gœdd. *ad c. 1. n. 12. extr. de sequestr.* Costa *in l. 2. ad fin. de judic.* Q. Q.

IX. Ius bonorum vacantium apprehendendorum.

Dd. *in d. c.* Obrecht. *de regal. th. 381. l. 96. §. 1. de legat. 1. l. 1. C de bon. vacant.* Ulp. *in frag. tit. 28.* Quæritur hîc; *I. An* Q.

tutor, alii non extantibus, in pupilli successione præferatur fisco? Negatur. Quia tutor gratis administrare tutelā tenetur *l. à tutoribus 33. §. ult. de administr. & peric. tut.* II. Quia extranei ab intestato non succedunt, *l. hæreditas 5 C. de pact. convent.* Bartol. *in l. quo tutela. 73 de R J.* Niell. *d. θ 5. lit. d.* Bocer. *d. c. 3. num. 31.* Diff. Matth. de Afflict *in d. c. 1. quæ sint regal in verb. bona vacantia col. 1. vers. item tutor deficientibus.* II. Quæritur. *An fiscus cum in bona vacantia succedit, inventarium conficere teneatur, & eo non confecto ultra vires hæreditatis conveniatur?* Negat Bocer. *d. loc. n 34.* hac ratione quod inventarii confectio ab hæredibus saltem requiratur, qui ultra vires hereditatis creditoribus hereditariis tenentur. *L. ult. C. de jure de lib. Nov. 1. c. 2.* At verò fiscus neque heres est, *l. 15 §. fin. de fidejussor* neq; ultra vires hereditatis tenetur. *l. 1 §. an bona. & l. non possunt. de jure fisci E.*

X. *Bona indignis ablata.*

Quod enim indignis aufertur, fiscus ad se trahit. *tit. D. & C. de his quibus ut indi-*

[illegible] de jure [illegible] menmusque de in [illegible] tag. [illegible] lib. 3. cap. 12 [illegible] d. [illegible] Bocer. d. c. nu. 32.

XI. Bona incestum committentium.

Notandum est hæc bona tunc demum ad fiscum pervenire, si non existent liberi justi ad gradum tertium, parentes usque ad gradum secundum item frater, soror, patruus & amita. *l. si quis incesti & auth. incestus. C. de incest. nupt. Nov. 12.* Rosenth. *d. c. 5 concl. 58.* Obrecht *d. disput. de regal. th. 39.* D. Vult. *d. n.* Bocer. *d. c. 3 n.* [illegible]

XII. Bona damnatorum & proscriptorum.

Neque hæc bona prius ad Fiscum pertinent, quam si liberi & parentes usque ad tertium gradum inclusivé non existent. *Nov. 134. c. 13. vers. ut autem non solum d. l. si quis incest.* Obrecht *d. disput. thes. 385.* Collateralium hic nulla habenda ratio. Goth Anton. *d. th. 7. in fin.*

XIII. Bona cum committentium crimen læsæ majestatis.

Dd. *in d. c. 1.* Gygas *de crimine læsæ majest.*

jestat.Rubr. quis de crimine læsæ majest. cognosc. Goth. Anton. *d.disp.thes. 8. lit. h.* Dn.Vult. *d.n. 7.* Committitur autem adversus Imperatorem. *§. 3. Instit. de publ. jud.* ac eos, qui superiorem non recognoscant, & quidem à subditis. Bart. *in extravag. qui sint rebell.* Rol. à Valle, *consil. 4. n. 2. & 3. vol. 1.* Alex. *consil. 13. vol. 3.* non peregrinis, *Clem. pastoralis, ubi gl. in verb. non subsunt. de sentent. & re judic.* Dn. Gothofr. *in l. quisquis 5. in verb. barbaris. C. ad L. jul. majest. vers. vidi quandoque.* Goth. Ant. *d. th. 8. lit. h.* Quid vero de
Q. Electoribus dicendum? *An & illorum authoritatem violans, in crimen læsæ majestatis incidit?* Quod non puto, cum non entis nulla sint adjuncta, *l. 3. de c. minut.* Electoribus autem majestatem non competere, supra abundè demonstratum est. Vide Mynſ. *resp. 44. num. 8. in fin. junct. n. 12.* qui tamen *n. 14.* id in Imperij vicariis, cujusmodi hodie sunt Palatinus & Saxo, concedit, quod æquè falsum puto, ac prius illud. Siquidem majestatis duo sūt requisita, primò ut sit perpetua, deinde ut sit summa. Horum verò

pote-

potestatem perpetuam non esse, notius est, quâm ut dici debeat Dissent. P. Heig. p. 1. quæst. 4. num. 27.

XIV. Angariæ & Parangariæ.

Angariæ & parangariæ sunt munera, patrimonialia sive realia, nimirum præstationes jumentorum, plaustrorum & navium, quæ exiguntur in transvectione armorum vel in alia aliqua publica necessitate. Cujac. *ad l. ult. C. de fabricensib. lib.* 11. Borch. *in d. cap. 1. num.* 84. Dn. Vult. *d. num.* 7. Dn. Obrecht. *in d. disputat. de regal. th.* 403. quæ vulgò ita distinguuntur, quod angariæ tantum dicantur, quando per publicam & communem viam, quâ publicus cursus est institutus: Parangariæ verò, quando non per publicam, communem & directam, iam, sed aliô versum & in obliquum jumenta vel plaustra, vel naves sunt exhibenda. Hodiè in Imperio Romano multi subditi suis Dominis non multum dissimiles operas & præstationes debent, quæ sunt vel determinatæ, vel indeterminatæ operæ ungemessene Frondienst sunt, quæ ex Dominorum arbitrio pendent, & toties præstari debent, quoties

exi-

exiguntur. Obrecht. d. loc. th. 502. Quæ ad arbitrium boni viri sunt reducenda, l. libertus 15. de oper. libert. Operæ determinatæ gemessene Frondienst vocantur, scil. subditi tot diebus in mense aut anno fodiant, ligna cedant, vel cum plaustris, jumentis, navibus serviant. Dn. Obrecht. d. loc. th 501. Non autem omittendæ sunt hoc loco elegantes magnaque cum utilitate conjunctæ quæstiones, quæ circa subditorum operas moveri solent. Et quidem,

Q. *I. An subditi extra sui Domini territorium operas teneantur exhibere?* Negat. *per l. b. oper. 21. de operis libert.*

Q. *II. Quid si subditus duos pluresve Dominos habeat, an operæ vel servitia inter dominos dividi possunt?* Affirm. *de juris. Roman. part. 2. p.* 47.

Q. *III. Quid verò si unus ex illis dominis habeat jurisdictionem civilem, alter criminalem, cui operæ præstădæ sunt?* Communior est sent. easdem domino criminalem jurisdictionem habenti esse præstandas, *per l. pupillus 239. §. territorium 8. de verb. sign.* ubi Alciat. Capitius *dec. f.* 2. Bocer. *in tract. de custod. clav. col. 6. & decis.*

cis.222. Br. *in l.1.v. dominium ad SC. Syllan.* quos allegat Forster. *d. part. 2. pag. 473.* *IV. An ad diurnas operas exhibendas obligatus nocturnas etiam vigilias & excubias suscipere cogi possit?* Dn. Forst. *d. p. 2. p. 472.* id admittit tempore hostili & necessitatis. *Anne subditi ad refectionem castri cogi possunt?* Quod affirmat Becht. *in d. tr. de securit. th.* 25. dummodò necessitas immineat Guid. Pap. *q. 731. col. 6.* Gylm. *symph. tom. 3. in verb subditi. fol. 327.* *V. An servitia præstanda converti possunt in pecuniæ præstationem?* Forst. *d. p. 2. pag. 407.* dicit, inspicienda esse pacta inter dominum & subditum, perpetuane commutatio, an temporalis facta sit. Priori casu non dari domino regressum ad servitia: posteriori autem elapso tempore dari. Baldus *in l. 1. de oper. libert.*

Q.
Q.
Q.

XV. Extraordinaria collatio ad regalis numinis expeditionem.

Dd. *in c. 1. quæ sint regal.* Rosenth. *in synops. feud. c. 5. concl. 73.* Dn. Vult. *d. n. 7.* Intelligunt autem quidam Doctores,

inter

inter quos est Cujac. Hotoman. & Obrecht per extraordinariam collationem, *Fodron*, cujus appellatione significatur non solum pabulum equorum, quod nostra lingua Futter vocatur, sed & frumentum, hordeum, aliæque res ad Imperatoris exercitum victui necessaria. Nobis aliorum sententia verior esse videtur, qui dicunt, extraord. collationem esse superindictum i.e. quod pro Imperatoris utilitate & necessitate indicitur, supra ordinarias & statas indictiones, census & tributa. Goth. Anton. *d. th. 8. lit. b.* Cujusmodi videntur esse hodie contributiones seu collectæ Imperii Reichssteuer / die gemein Türckensteiwer zum Romer unnd Türckenzug / quæ non a solo Imperatore, sed cum consensu Statuum Imperii indicuntur. Reichsabschied zu Worms 1495 unnd zu Augspurg / anno 1500. Item zu Cölln anno 1512. §. und damit die Messigung. Quæ secundum Reip. occurrentes necessitates, aliquando majores, aliquando minores indicuntur Geil. *2 observ. 52.* Cacheran. *decis. 91. num. 4.* Caspar. Glock. *de contrib. th. 5. lit. c.* Ab his diversæ sunt collectæ provinciales, Landsteiwer / Casp. Glock. *d. loc.*

d. loc. th. 9. lit. h. quæ à Principibus, Wesenb. *conf. 27. num. 29.* Modest. Pistor. *1. conf.* [illegible] Zas. *2. consil.* [illegible] D. Vult. *vol. 3. consil. 8. Marpurg.* Comitibus, Baronibus Caspar. Glock. *d. loc. thes.* [illegible] quin etiam civitatibus Imperialibus, Imperii subditis Imponuntur. Glock. *d. loc. th. 10.* Diligenter autem cavendum est, ne subditi nimium & ultra consuetum modum graventur, neve potestas dominorum in tyrannidem convertatur. Diminuto quoq; territorio exactiones minuendæ sunt, & contra Reichsabschied zu Regenspurg anno 1541. §. Und [illegible] *l. 2. C. de alluvion. l. 1. 2. 3. C. de cens.* [illegible] *liq. fund.* Geil *1. observat. 21. num. 14. & 18.* Cravet *conf. 195. num. 6.* *An autem Imperatori fas sit immunitatem à collectis Turcicis pro placito petentibus indulgere celebris nec minus ardua est quæstio?* Negantium sententiam æquitati & veritati magis consentaneam existimo. Siquidem harum remissio universo præjudicat Imperio. Jura enim regia non solum pro sustentatione Regis, sed ad onera quoque publica supportanda

 desti-

destinata sunt. Luc. de Penna *in l 2. C. de omn. ag. desert, lib, 12.* At verò privilegia Imperatoris in præjudicium tertii nullo modo interpretanda sunt, utpote qui jus suum alteri auferre non potest, Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 1 quæst. 7. nu. 71. & seq.* ne quidem ex plenitudine potestatis. Geil *2. obs. 56. n. 1.* Vid. pro hac sententia Reichsabschied de anno 44. Vnd nemlich. Item Reichsabschied anno 82. v. Die weil denn. Mynl *4 obs 70. & consil. decad 15.* Tessaurus *decis. 134. num. 10.* Schurff. *cons. 44. nu. 17.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 27* Natta *cons. 63. 66. & 397.* Anton Faber *1. C tit. 3. defin. 56.* Zach. Viet. *de caus. e exempt. concl. 19.* Ob arduas tamen & justissimas causas immunitatem hanc admitto *arg l. auctore 4. C. de exact trib. lib. 10. l. fin. ibi : utilitati publicæ. C. si contra jus vel util. publ.* Geil. 2. *observ. 53* Bartol. *ad l. 6, de jure immunit.* Alex. *consil. 30 nu. 8. 5. vol. 5.* Th Mich. *d. concl. 27. lit 7.*

XVI. Argentariæ.

Id est, argenti & aurifodinæ, aut ut plenius dicam metallifodinæ. Dn. Vult. *d. c. 5. num.* 7. Rosenth. *cap. 5. concl. 58. synopf. feud.*

XVII. *Palatia.*

Palatia sunt jus habendi, inhabitandique regia palatia, quod id nemini sit concessum præterquam regi, aut cui indulserit. Dn. Vult. *d. loc.* Goth. Anton. *d.* § *4. lit. e.*

XIIX. *Piscationum reditus.*

Imperator Fridericus non ipsum jus piscandi, quod omnibus commune est, & manet, tum in mari, tum in fluminibus, *l. 2. l. 3. de A. R D. l. 2.* § *6. Ne quid in loc. pub. l. 13. de injuriis*: sed piscationum reditum, h. e. certam tantum portionem inter fisci reditus ad promovendam Reipub. utilitatem reposuit. Obrecht. *d. disp. de regal. th. 475.* Sixtin. *d. regal. cap. 20.*

XIX. *Salinarum vectigal.*

Dd. *in d. c. 1.* Intelligendæ autem sunt hoc loco salinæ in privato loco repertæ, quarum reditus ad solum Principis fiscum spectant, *l. interpublica 17* §. *1. d. V. S.* & *in c. super quibusdam* § *præterea extr. eod.* Hodie tamen ex aurea bulla Caroli IV. Tit. Von Gold / Silber und andern Ertzwegen etiã Salinæ ad Principes Electores, in ipsorũ principatib9 & provinciis pertinet.

Quin videmus etiam cæteros Imperii Status, ex singulari privilegio jus Salinarum tanquam regale, exercere. Obrecht *d. tr. th. 485.*

XX. Thesaurus.

Thesauri dimidium in loco Cæsaris aut religioso reperti ad fiscum pertinet. Dd. *in de. c. l. 3. §. pen. de jure fisci.* modò non datâ operâ §. *thesauros 40. Inst. de rer. divis. l. 1. C. de thesaur. lib. 10.* vel artibus magicis sit inventus Rosenth. *cap. 5. syn. feud. concl. 89.* Obrecht *disp. feud. thes. 514. & seqq.* His enim casibus totus est Cæsaris. Peregrin. *de jure & privileg. fisci tit. 2. lib. 4.* Dn. Vult *d. c. 5. n. 7.* Quærere hîc lubet: *Cujus sit thesaurus in ventus in prædio feudali vel Emphyt heutico?* Resp. Dn. Boc. *c. 3. de regal. n. 181.* dimidiam partem esse Inventoris, alteram verò dimidiam pertinere ad dominum soli, *arg. d. §. thesauros.* ubi dicitur, thesaurum in solo alieno datâ operâ repertum ex semisse ad dominum soli pertinere. At verò prædii feudalis dominus non est vasallus, sed feudi dominus, *tit. 23. in fin. lib. 2. Feud.* ut nec Emphyteutici dominus est Emphyteuta, sed is, à quo in Emphyteusin prædium habet.

bet. *l. 1. D. si quis vetig. &c.* Dissent Niell *d.disp.feud. § 6. lit. f.* & alii quos allegat Dn. Bocer *d.n. 187.*

Atque hæc de regalibus dixisse sufficiet. quibus *an etiam jus venandi sit annumerandum*, controvertitur. Negat Decius *consil. 197.* Tiraquell. *in tr. de Nobilitate cap. 37. num. 1,0.* Wesemb. *in p. D. de acquir. rer. dom. n. 7. in fin.* Dn. Vult. *c. 5. n. 7.* Dn. Bocer, *cap. 1. de regal. nu. 30. & seqq.* Affirm. prucknm *in tract. suo de regal § venatio, cap. 1.* P. Heig. *pag. 1. q. 15. n. 46.* Modest. Pistor. *consil. 14. n. 21. vol. 1.* Decian. *cons. 22 num. 12. vol. 4.* Menoch. *consil. 302. n. 31.* Dn Arum. *disput. feud. 4. θ 15.* qui hoc nituntur fundamento, quod si Imperatori jus foresti, vulgo, Die Wildban oder Fürstliche Oberkeit / competat, & ab eo Ducibus, Comitibus, & nobilibus concedi soleat.

CAP. XII.

VIdimus in Imperatore causam efficientem, sequitur dirigens-

Causa dirigens sive norma regiminis vel est principalis, vel minus principalis.

Principalis est Lex; cujus consideranda tum divisio, tum functio.

Dividitur Lex in Legem specialiter sic dictam & consuetudinem.

Lex in specie sic dicta vel est divina, vel humana.

Divina est, quæ Deum immediatè habet autorem.

Q. Quæritur hoc loco: *An leges forenses Mosaicæ in Christiana Rep. necessario sint observandæ?* Neg. quia soli populo Israelitico, non aliis peculialiter leges illæ latæ fuerunt Althus *cap. 22. Polit. n. 1.* Zeppe *, in tr. de LL. Mosaic.* Calvin. *lib. 4. Inst. cap. 20. sect. 15.* Ursin. *in tract. Theol. quæst. 2 de lege divina.* Jun. *cap. 5. de Polit. Mosai. observ.* Zanch. *in tom. de oper. red. lib. 1. c. 10. de lege Mosis θ. 1. & c. 11. th. 1.* G. Schonborn. *lib. 3. Polit. cap. 1.*

Humana est vel naturalis vel civilis.

Natu-

Naturalis est vel prima, quæ absolutè Lex naturæ dicitur, vel orta à prima, quæ lex, sive jus Gentium dici solet.

Lex naturæ iterum est vel superior, vel inferior.

Superior est, quæ inferiorem regit, ac moderatur.

veluti est religio erga Deum, *l. 2. de just. & jur.* defensio contra vim & injuriam *l. 3. d. t.* & illud, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Inferior est, quæ cedit & famulatur superiori.

Hujus generis est obedientia parenti & patriæ debita. *d. l. 2.* liberorum procreatio & educatio, *pr. Inst. d. I. N. G. & C. l. 1. §. pen. de just & jur.*

Civilis lex est de regno vel ineundo, vel regendo.

Illa dicitur Fundamentalis, a) qualis est in Imperio Romano, Germanico Aurea Bulla, b) & Capitulatio. c)

a.) Quæ est Imperii basis ac fundamentum, quâ sublata illud quoque corruat

 necess-

necesse est ... Hæc vere est unicum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunq; hæ Imperii Romani reliquiæ, illiq; ferreoluteì pedes utcunque continentur, ac à dissolutione & ruina adhuc conservantur. Dn. Marq. Freher. *in not. de prop. gubern. Frider. II. pag.* ... Quam ob causam fundamentalem recte appellamus, cum P. Greg. Thol *lib. 7. de Rep. cap. 19.* P. Heig. *part. 1. quæst. 5 n. 1. & seq.* Althus. *cap. 11. Polit.* Goldast. *in replic. pro Imper. contra Gretz cap. 9.* Librum illum Aureæ Bullæ his verbis describit Pileus Cardinalis, ut refert. Dn. Marq. Freher *in not. ad P. de Andl lib. 2. cap. 5. in verb. Bulla. Prædictus liber erat scriptus in Pergameno, in 24. foliis, cum coopertura grossa, in quo erant scripta diversa negotia sacrum imperium & Electores ejusdem tangentia: qui quidem liber transfixus erat cum filis sericis glauci & rubei coloris involutis, cum bulla seu sigillo aureo rotundo Imperiali appendente, in cujus uno latere apparebat figura Imperialis in majestate sedens, cum corona Imperiali in capite, habens in manu dextra sceptrum, & in sinistra manu pomum cum cruce desuper more Imperiali, & à latere dextero clypeum*

vum, Aquila, & sinistro clypeum cum forma Leonis. In circumferentia verò legebantur hæc verba: Carolus Quartus Divina Favente Clementia Romanorum Imperator Semper Augustus et Bohemiae Rex. *Ab alio verò latere castrum magnum cum duobus turribus, habens portam inferius in medio, cum literis:* Aurea Roma. *In circumferentia verò legebantur hæc verba:* Roma. Caput. Mundi. Regit. Orbis. Frena. Rotundi. *Hæc ille.*

Porrò dicta est Aurea Bulla, quia sigillo aureo est roborata. Johan. Trithem. *in Chron. Hirsaug. Anno 1356.* Busdorff *ad A.B. conc. 1.* Nā χρυσοβέλλα sanctissimarum constitutionum olim nomen fuit, sumpta denominatione à Bulla aurea, quæ dignitatis & autoritatis causâ appendi solebat. Pet. Heig. *p.1.q.4. num. 11.* Hinc Bullare, nihil aliud est, quàm sigillare, Dn. Freher. *in d. verb. Bulla.* Nec aliunde Doctores Bullati dicti, quàm quod literis suæ doctur æ bullatis, hoc est sigillatis, absque examine Academico & promotione nitantur. Dn. Freher. *d. loc.*

Dn. Arum *in prælect. Aur Bull. quæst.* 2. An autem Imperator eam, si velit, abrogare possit, non inutiliter quæritur? Negat. quia fundamentales Imperii leges sine corruptione status publici abrogari non possunt. Innocent. Gentil. *advers. Machiavel pag.* 1. *theor.* 1. Wimph. *Epith. rer. Germ. ca.* . 11. Heig. *p.* 1. *q.* 5. *nu.* 1. Cusan. *de concord. Cathol. lib.* 1. *cap.* 29. & *seq.* Pruckm. *in §. solut. i, potestas, effect.* 4. *p.* 267. & *seqq.* Kirchn. *disp.* 4. *de Rep. append. ult.* Nicol Reusn. *cons.* 11. *nu.* 20. *lib* 1. Alciat *cons.* 132. *numer.* 3. *lib.* 5. Nicol. Eberhard *jun. cons.* 1. *n.* 27. *lib.* 1. Mynsing. *resp.* 24. *nu.* 19. Zas *consil* 10. *nu.* 6. & 26. *lib.* 2. Dn Arum. *in dd. prælect* Ant Coler. *de jure Imper. Germ. conclus.* 34. c.) Ita dicta à certis capitibus & conditionibus, quibus Romanum Imperium in Imperatorem transfertur. Dn. Hortled *in discurs. Academ.* 26. *th.* 6. De illius prima origine non satis constat. Dn. Hortled *d. loc. th.* 7. existimat eam primum natam esse sub turbulento Henrici IV. Imperio, deinde tractu temporis magis magisq; auctam, increscente præsertim sub Carolo IV. dignitate Electoriâ, donec in eam, quæ hodie

in usu est, amplitudinem excreverit. Quod tamen in dubium vocat Ant. Coler. *d. loc. conclus. 33.* Sunt autem conditiones in capitulatione Imp. propositæ hæ, quæ ordine sequuntur.

1. Ut religionem Catholicam defendat ac conservet.
2. Jus omnibus æquabiliter administret, & paci consulat.
3. Leges omnes Imperii, præcipuè verò Auream bullam rati habeat.
4. Jura, Privilegia, dignitatem Principum & ordinum Imperii minimè convellat aut imminuat.
5. Electoribus conventus agere, cum erit opus, concedat.
6. Multitudinis fœdera contra Principes aboleat.
7. De rebus Imperii nullum fœdus aut pactum faciat cum externis, nisi de Septemvirorum assensu.
8. Facultates sive bona Imperii nec distrahat nec oppignoret.
9. Occupata & distracta restitui curet.
10. Ipse etiam si quid detineat, interpellatus restituat.
11. Cum vicinis pacem colat.

12. Pro-

12. Pro rebus Imperii nullum suscipiat bellum intra vel extra fines Imperii, nisi de statuum Imperii voluntate,
13. In Germaniam nullum militem externum inducat, nisi consentientibus illis.
14. Nullum conventum indicet, nisi de assensu Electorum, nec conventus agat extra fines Imperii.
15. Negotiis publicis præficiat Germanos.
16. Conficiantur literæ omnes Latino & Germanico sermone.
17. Leges non condat, emendetve nisi cum assensu electorum, ordinumq;.
18. Ne Romæ, sicut hactenus factum, fraus fiat libertati Imperii.
19. Monopolia Mercatorum coherceat.
20. Nullum vectigal, nec portorium de novo imponat.
21. Nec quæ ad Rhenum sunt, diminuat.
22. Si quam actionem habeat in ordinem aliquem, legibus experiatur.
23. Vim nullam adhibeat iis, qui se legitimæ cognitioni sistunt.
24. Neminem indictâ causâ proscribat
25. Imperii bona vacantia nemini conferat, sed ad publicum bonum referat.

26. Si

26. Si quam alienam provinciam auxiliis ordinũ acquiret, Imperio cõjungat.
27. Si publicum quid suis copiis atque Marte recuperabit, Reip restituat.
28. Quod inter regni tempore Palatinus atq; Saxo publicè egerint, ratum habeat.
29. Imperium sese non ex successione, sed Electione habere statuat.
20. In Germania sedem habeat.
31. Coronam in Germania suscipiat.
32. Legatos Germanorum citò audiat.

Vide Sleidan. *in comment. de stat. relig. pag. 28. & seq.* In hæc capita jurare tenetur Imperator electus his vel similibus verbis: Solches vnd jedes besonder / wie obstehet / haben wir obbemelter Römischer König den gedachten Curfürsten geredet / versprochen vnd zugesagt / bey vnsern Königlichen Ehren / Würden vnd Worten / thun dasselbige auch hiemit vnnd in Krafft dieses Brieffs / etc.

[L.] *Autor hic respexit ad tempus longissimè præteritum. Carolus V in hæc juravit capitula. Imperatores verò qui eum insecuti sunt, in complura alia. Hoc omnino monere conveniens Vide tract. de jur. public. lib. 1. c. 12. n. 32. & seqq.*

Lex

Lex quæ est de imperio regendo est generalis vel specialis.

[L.c] retulit supra p. 439. capitulationem ad legem de regno incundo, sed certè præcipua capita ad Imperium regendum pertinent.

Generales sunt, Recessus Imperij Reichsabschied *(a) Constitutiones Imperatorum Germanicorum, b) & decisiones Camerales. c)*

a) Hos ita definit Dn Bort. *in cap 1. Jurisspr publ. th.5. lit. c.* quod sint communis Reip. seu Imperatoris & statuum sponsiones, ad ipsam administrationem spectantes. b.) Has diligenter collegit. Melch. Heimisfeld Gold. de quibus haud Q. inconvenienter quæritur: *An legis habeant vigorem, sicuti aliæ constitutiones in jus nostrum relatæ?* Ita quidem videtur Goldast. *in cap. 10, in Replic. pro Imper,* Quod tamen indistinctè verum esse non videtur, siquidem multa fiunt, multa rescribuntur, quæ tamen Principes ipsi rescriptorum & legis loco habere nolunt.

Cujac.

Cujac. 17 *obferv. 31.* Vid Arnold Engelbr. *de jurisd. Imp. th. 65. lit a.* Bort. *d. c. 1 - 8. 2. c.)* De hisce & aliorum Parlamentorum & Curiarum decisionibus, quas vires habeant, non inelegantia congessit Graven. *in præfat. lib. 1. pract. concl. pert. t.*

Leges speciales dicuntur Privilegia, quæ definio jura indulta ali ui singulariter, cõtra cõmunes juris regulas.

Dicuntur etiam leges Privatorum, propterea quod in privatis ferantur, *c. privilegia, 3. dist. 3.* & jus singulare *l. 16. de L L.* prærogativa *l. ult. C. de fruct. & lit. expens.* specialis largitas *d. l. ult.* constitutio personalis *§ sed & quod principi. Inst. de I. N. G. & C.* propria lex. *Lucius 21. ad municip.* Cum verò solus Imperator, qui supra jus est, juri communi derogare possit. Geil. 1. *observ. 1. n. 7.* Peregrin. *de jure fisc. lib. 1. tit. 1. n. 22. & lib. 2. cap. 14 n. 39.* Bodin *lib 1. de Repub. cap. ult.* Consequens est, solum etiam Imperatorem privilegia dare posse, *l. 1. §. fin. l. 3. de constit. Princip. d. §. sed & quod. Principi. Novell 6. cap. 2.* Lancel. *in templ. om. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. ad verb. Privileg. pot. concedere.* Anton. Goler. *de jure. Imperat. Germ.*

conch

mu. 4, [illegible] de privil. [illegible]
13. Cujus generis sunt Privilegia Academiæ concessa: hæc enim non personis, sed generaliter Academiæ, atque ita omnibus, qui unquam in illa Academia fuerint, sunt, tributa censentur, ac proinde ad posteros transmittuntur, *arg. l. 4. §. [illegible]quam. de censib.*

Sic de lege; Consuetudo *est lex, quam usus frequens, inveteratus & æquus, tacita communi assensione comprobavit.*

L. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet. Dn. Althus. *1. J.R. 1.* Cujac. *[illegible]*

Fuit legis distinctio, seqvitur ejus functio, qvæ primaria vel secundaria.

Primaria est sanctio & executio.

Sanctio est prima vel orta.

Prima est conceptio & conscriptio.

Orta est legis publicatio seu promulgatio.

Lex ad hoc, ut obliget, publicari debet, *Nov. 66.* Namq; lex & mandatum subditos non constringunt, nisi ad notitiam eorundem pervenerint, aut nisi post tem-

pus, infra quod ignorare minimè debuissent. *c.1. de conceß. præbend. in 6.*

Executio legis est juris constituti, ad Reip. gubernationem per exercitium jurisdictionis prudens applicatio.

Casman. *cap. 30. Polit.* Oportet autem leges accuratè custodire, & ad effectum deducere. Quis enim legum erit usus, si illæ in Codice Reip. scriptæ muribus & tineis duntaxat asserventur non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se præbeant? *Nov. 161. in pr.* Melius est, non esse prorsus leges, quàm legibus non obtemperare, ait Aristot. *Polit. 3. cap. 5.* Quid enim verbis opus est, quæ rerum effectis nullus sequitur *l. fin. C. de donat.*

Executionis duo sunt partes, I. promissio præmiorum. II. Comminatio pœnarum.

L. 1. §. 1. de just. & jur. Vide Casm. *d. lo.*

Secundaria functio est consentanea, vel dissentanea.

Consentanea est confirmatio, a) & interpretatio legis. b)

a) Nul-

a) Nulla lex vim, robur vel efficaciam habet, nisi accedat confirmatio. Hinc fit ut institutiones Caji, Ulpiani item Novellæ Leonis Imperatoris in decidendis quæstionibus nullam autoritatem habeant, quia in corpus juris non sunt relatæ, neque approbatæ. [*L.*] b.) Cum nihil inter homines sic indubitatum sit, ut nõ possit dubitationem quandam suscipere. *Nov. 5. in c. nos autem credimus §. 3.* interpretatio legis dubiæ & obscuræ maximoperè necessaria est. Quæ interdum ad solum Principem vel legislatorem ipsum, interdum ad hujus magistratum. Ad illum quando dubitatio est in verbis ipsis, ad hunc, quando dubitatio est in applicatione legis ad factum propositum Rich. Dis. *de sum. summ. Imper. pot. concl. 91.* Vide etiam Dn. Althus. *1. I. R. 1.*

[*L.*] *Non satis intelligo, cujus confirmatio ad legem debeat accedere. Quando enim Imperator, cum consensu & adprobatione statuum, leges fert, non video quis easdem confirmare amplius possit. 2. Dissimilis est omnium maximè ratio inter eum, qui legis ferendæ potestatem habet, qualis est Imperator cum statibus, & eum qui pri-*

vatus est, hac potestate legis ferendæ non præditus (aiı atque Ulpiani institutiones pro legibus nobis non sunt, quia potestatem legis ferendæ non obtinuerunt. Si quæ verò ab Imperatore ex horum scriptis, atq; responsis, in vim legis fuerunt approbata, utique non tanquam jamdum leges fuissent approbata sunt, sed ut tunc inciperent leges esse, quando approbarentur. 3. Novellas Leonis quod attinet, malè ad propositum nostrum adferuntur. Fuit enim is Imperator Orientis, quando in Occidente imperium tenuit Carolus Crassus, cujus subditis nulla ratione leges potuit præscribere: arg. l. ult. ff. de jurisdict. Quod autem hodie ad corpus juris eas relatas videmus, propter nudam cognitionem, atque informationem est.

Dissentanea est legis mutatio, quæ est vel totalis vel partialis.

Q. Quæritur hìc: *An leges sint mutandæ?* Brevitas gratiâ lectorem remitto ad Bod.n. *lib. 4. de Rep. c. 4. num. 3.* Tholoss. *lib. 10. de Rep. c. 5.* Lips. *lib. 4. Polit. cap. 9.* Danæ *lib. 3. Pol. c. 4.* Vasq. ill. quæst. *c. 4. num. 50. c. 29. num. 23. cap. 46. num. 14. & ... num. 4.* Cas. *lib. 2. Sph. civit. cap. 6.*

Keck.

Kech. [illegible] Polit. lib. [illegible] cap. [illegible] pag. [illegible] & disp. pract. [illegible]

Totalis est abrogatio, quando lex prorsus tollitur, & abrogatio, quando legi latæ contraria fertur.

Partialis est subrogatio, quando aliquid primæ legi adjicitur, & Derogatio, cum primæ legis pars tollitur.

CAP. XIII.

S*Equitur causa dirigens minus principalis, seu adjuvans, ut sunt Imperatoris administri, qui sunt vel ad informandum, vel ad administrandum.*

Ad informandum sunt Consiliarii, quorum notanda distinctio, requisita, & denique functio.

Distingvuntur Consiliarii Imperatoris in eminentiores, & inferiores.

Eminentiores sunt Electores, Principes, ac reliqui Imperii status qui vulgò Senatus Imperii, Reichsräthe *appellantur.*

Quæritur: *An Monarcha, & in specie Imperator noster, sine Consiliariis ephoris & optimatibus Imperii, possit de rebus gravioribus, ut de bello, pace, aliisque negotiis arduis statuere & decernere?* Negativam veriorem putamus. In maximis enim negotiis maximorum opus est consiliis qui & facultatem habeant exterius, & voluntate non careant interius, ut rei cui bene cupiant consulere & velint & possint, sicuti Imperator Henricus IV. ad Annonem Archiepiscopum Coloniensem rescripsit *in Epist. 1. apud Justum Reuber IC. tom. unic. rer. German. fol.* 195. Huc fac. *l. humanum 8. C. de LL. l. proximè, de his quæ in test. del. l. placet. 8. C. de S. S. Eccl. §. aut habita. C. ne fil. pro patr. l. fin. C. de legat. lib.* 10. vid. Vasq. *ill. controv. lib. 1. cap.* 43. Pruckm. *in §. soluta* [illegible] *cap. 4. col. 3. n.* 7. Zach. Vietor. *in* [illegible] *de caus. exempt. concl.* [illegible]. Althus. *cap. ult. Pol. 1. n.* 7. Buxdorff. *ad A. B. conclus. 6. lit. d.*

Inferiores sunt Imperatori vel præsentes ad aulam, vel absentes, Räth von Hauß aus.

Requisita Consiliorum sunt vel primaria, vel secundaria.

Primaria sunt insita vel acquisita.

Insita sunt, 1. Ingenium.

Ingenio autem præditus cognoscitur, si in dicendo argutus, in respondendo promptus, in accipiendo facilis, in docendo clarus, in feriis cautus fuerit. Frideric. Fur. Ceriolan. *c. 2. de concil & consil.* videatur etiam Hierem. Setzer. *in disput. de Consiliis & consiliar. th. 81. usq. ad 110. quæ est in discurs. Acad. 22.* *An verò Imperatori magis sint optãdi Consiliarii tardi, quàm acuti & subtilis ingenii, nõ inutiliter quæritur?* Illud placet Lipsio *lib. 3. Polit. c. 4. & in notis ad d. c.* Quia subtilia illa & ignea ingenia in assiduo motu, novandis quàm gerendis rebus aptiora, Lips. *d. c. 4.*

II. Affectus syncerus.

Fundamentum Reipub. est, ait Kecker. *in discurs. de consil. q. 12.* ut subditi ament Principem, nec aliter erga eum sint affecti,

quàm filii erga patrem. At verò Consiliarii cum sint subditi, [L.] Principem suum & Rempub. præcipuè, sincero amore & pietate debitâ persequi debent. Quem amorem egregiè & laudabiliter testati sunt Aristides & Themistocles. Ii enim, quoties ad obeundam legationem aut ducendum exercitum proficiscerentur, inimicitiam in finibus patriæ deposuerunt, reversique domum eam resumpserunt, Plutarch. l. *de præcept. gerend. Reip.*

[L.] 1. Nulla est consequentia, Est Consiliarius; Ergo est subditus. Dantur enim Consiliarii von Hauß auß/ *qui tamen protinus non fuerunt sub ditione ejus cujus sunt Consiliarii. 2. Aristidis, & Themistoclis exempla impertinenter hic allegat autor. Illi enim nullius principis fuerunt Consiliarii. Aut si vult ad Consiliarios aliquid inferendum, illustraverit ista: Quemadmodum Aristides, & Themistocles obeuntes legationem, vel in bellum abeuntes, deposuerunt inimicitias in finibus patriæ; reversique domum eam resumpserunt, ita Consiliarii principis obeuntes legationem, aut proficiscentes in bellum, debent in finibus sui Principis deponere inimicitiam, reversique domum eam resumere.*

3. Men-

III. Mens libera.

Consiliarius debet esse veræ & liberi pectoris, atque expers omnis adulationis, qui intrepidè sententiam dicat absque ulla dissimulatione, sive ea placeat Principi, sive non placeat. Keck. *lib. 1. Polit.* [illegible]

Ad acquisita requisita venio, inter quæ principem locum obtinet prudentia, quæ duplex, Theologica, a) & Philosophica, b.)

a) Quæ Consiliario maximè est necessaria. Nam cum impietas omnem peccandi metum expellat, & consilia impiorum fraudulenta sint, sequitur religionis contemptum, Rerumpublicarum eversionem secum trahere Middendorp. *in quæst. Polit. 72. interpr. q. 1.* b) Moralis scil. quæ in actione consistit, de qua accipio illud Platonis: tùm demum beatas fore Resp. cùm aut regnarent Philosophi, aut Reges philosopharentur.

II. Iurisprudentia.

Hæc Consiliario futuro exactè est cognoscenda, veluti eleganter ostendit Betzer. *in d. disp. de Consil. θ. 223. & seqq.*

III. Eloquentia?

Non multiloquam & vagam, sed brevem, & argutam eloquentiam in Consiliario requirimus. vid. Pet. Greg. lib. 7. de Rep. c. 2. & lib. 3. cap. 8. Dn. Hippol. à Collibus in Palatin. p. 20.

IV. Linguarum cognitio?

Quàm necessaria sit hæc consiliario, videre licet ex Aurea Bulla, ubi Carolus IV. Imperat. præcipit, ut Electorum filii primis ab annis Latinam, Italicam & Illyricam addiscerent lingvam, ut sermonem cum his gentibus communicare possent. Hipp. à Collibus in tr. de Consil. Princip. p. 181. P. Greg. Tholoss. lib. 15. de Repub. cap. 4.

[*I. T. 1. De lingua latina nihil in Aurea Bulla Caroli IV. c. ult. quæ sedes est hujus præcepti Imperatori. 2. Linguam Illyricam pro Sclavonica, seu Sclavica, ut textus A. B. habet, posuit autor: Malè, dum speciem pro genere ponit. Illyrica Lingua Sclavonica quidem est, sed Sclavonica non uno Illyrio terminatur. Vide Thuanum lib. 56. histor. p. m. [illegible]. (Conveniens hic error cum illo est, si quis dixerit, Electorum filios vel hære-*

de

res, & successores, praesumuntur Teutonicam linguam ab infantia didicisse, prout, quod Carolus II. l. l. dixit, eos Teutonicum Idioma ab infantia praesumi didicisse. Illud notari velim, diversam Aureae Bullae hic dari lectionem. Latinum exemplar, quod Recessibus Imperii conjunctum, trium linguarum institutionem requirit. Id enim, illud in Germanica, Italia, & Sclavica linguis. Alterum, quod Arumaeus discursibus suis ad A. B. adjecit, & ni fallor ex Bibliotheca Palatina produit, duas tantum exprimit linguas Italicam scilicet, & Sclavicam. Verba haec sunt: in Grammatica Italica ac Sclavica, linguis instruantur. Atq; hanc ego lectionem priori praelatam velim. Innuit enim textus, Teutonicum idioma, sive linguam Germanicam tanqvam naturaliter sibi inditam scire, & ab infantia didicisse praesumi illos, qui Electorum successores sunt. Hoc si ita est, quod ab infantia didicerunt, non post infantiam demum debebunt addiscere.

Requisita minus principalia sunt

I. aetas.

Hic

Solennior est, cum Imperator statut Imperii convocat. Comitia & Comitia consultatoria instituit.

Comitiorum vox â coeundo, vel potius ut veteres volebant, à comeundo, nomen traxerunt, quod populus his coire, & in unum locum convenire soleret. Nicol. Gruch. *de comit. Rom. in præf.* Dr. Rosin. *lib. 6. antiqvitat. Rom. c. 1.* Paurmeist. *lib. 7. de jurisd. cap. 2. in pr.* Schönborner. *lib. 4. Polit. cap. 33.*

Dividuntur Comitia in universalia & particularia.

Olim Comitiorum tria erant genera, pro triplici Quiritum distinctione, Tributa, Curiata, Centuriata. De quibus plenè agunt Rosin. *d. lib. 6.* Althus. *cap. 23. Pol. r.* Dn. Hillig. *in Donell. enucleat. lib. 6. cap. 6. lit. B.* Sigonius, Gruchius, Paulus Manutius & alii.

Generalia *sunt Principum & Optimatum Imperii conventus, Reip. causâ indicti.*

[*L*] Malè hic omittitur Cæsar; Non enim generalis isti conventus tantum Principum

cipum & Optimatum Imperii sunt, scu illorum & Imperatoris.

Dn. Paurmeist. *d. c. 2. n. 2.* Eademque vocantur conventus universalis, Senatus Imperii seu regni, Comitia regni, Compendium & epitome regni Ein Reichstag. Reichsabschied zu Worms An. 1495. tit. Das ein Reichstag sol ein Monat wehren/ vel Reichsversamlung / Reichsabschied zu Regenspurg/ Anno 1576. Als haben w. ein gemeine Reichsversamblung.

Quæ in duobus capitibus posita sunt. Unum est de Comitiis constituendis, alterum de iisdem dissolvendis.

Ad constitutionem Comitiorum requiruntur causa, subjectum & adjuncta.

Causa est finis, & efficiens.

Finis est generalis vel specialis.

Generalis est salus Imperii.

Speciales multi & varii sunt: Instituuntur enim Comitia ob matriculæ redintegrationem: Conciliorum universalium & nationalium indictionem,

nem, pacem in Imperio tenendam, Bellum Turcicum; Cameræ Imperialis visitationem, & revisionem, &c.

Vid. Keckerm. *in discurs. de comitiis quæst. 9.*

Causa efficiens est Imperator, qui solus indicendi Comitia habet.

Althus. *cap. 33. Polit. n. 5.* D. Bertram. *de Comitiis* §. 17. D. Bortius *de jur. majest.* §. 21. Sciendum tamen hîc est, ad indicenda Comitia Imperatori opus esse autoritate & assensu Electorum, Autor deß außführlichen berichts / wie es auff Reichstagen pfleget gehalten zu werden / cap. 1. Reichsabschied zu Speyer anno 1507. §. Haben wir eine gemeine Reichsversammelung nach vorgehabten Rath / vnd gutachten / vnser vnd des Heiligen Reichs Churfürsten. Item / Reichsabschied zu Regenspurg Anno 1576. §. Als haben wir mit Rath vnd beliebung obgemelter vnserer / vnd des Heiligen Reichs Churfürsten nicht vmbgehen mögen / eine gemeine Reichsversamlung ausschreiben zulassen. Reichsabschied zu

Aug.

Augspurg Anno 1582. §. Haben auffgesuchten vnd Raht vnser vnnd deß Heiligen Reichs Churfürsten / eine gemeine Reichsversamlung außschreiben lassen. Ideoque antequam diem futurorum Comitiorum edicat, Electores singulos per literas consulere solet. D. Paurmeist. *l. cap. 2. nu. 20.*

Q. *An autem Electorum consensus adeò est necessarius, ut si Imperator eo non requisito comitia edicat, actus sit ipso jure nullus?* Affirm. Quia formâ non servatâ, actus redditur nullus, Menoch. *consil. 100. n. 177.* Jas. *in l. universis n. 3. & in auth. seq. n. 5 C. de precib. Imper. offer.* Eberhard. *in loco, à defectu formae num. 2.* Quod autem nullum est, nullum parit effectum *l. non dubium 5. C. de LL. l. non putavit. 8. §. non quavis. de bon. possess. contr. tab.* Socin. *concil. 115. nu. 15. vol 4.* Paria enim sunt, non fieri aliquid, vel non legitimo modo fieri, *l. 1. §. in quibus. Quod cujusq; univers. nom. l. quoties 6. qui satisd. cog. l. 2. de aut. tut. l. hac conditio §. 1. de condit. & dem. l. nihil interest. de R. I.* At Electorum assensus in Comitiorum indictione velut forma requiritur. D. Bertram. *d. loc. th. 18. E.*

Sub-

Subjectum Comitiorum est recipiens, vel occupans.

Recipiens sunt personæ quæ ad Comitia vocantur.

Vocantur autem ad Comitia Imperii status, qui in tres classes potissimũ distinguuntur: Prima complectitur Electores: altera Principes, Comites, Barones, Prælatos: tertia Civitates liberas.

Vocati non venientes jus suffragii pro illo tempore amittunt, & præsentes unanimi consensu, vel per majorem partem suffragiorum in singulis suis collegiis cõcludunt. D. Althus, *d.c.33. num.14.* Illud hoc loco notandum venit, Regem Bohemiæ olim in Curiis & consiliis locum & sessionem habuisse, de hodierna vero cõsuetudine ad Comitia non vocari. Dn. 2 Marq. Freher. *in not. ad P de Andl lib. 2. cap. 2.* Sicut nec nobiles Imperio immediatè subjecti: non enim sunt status, nec reperiuntur in matricula. Bertram. *in d. disput. de Comitiis th.39.* Brunningius, *d. var. univers. speciеb. th.18.* Sixtin. *de regal.*

lib.1.cap.4. numer.94. qui itidem tamen olim Comitiis interfuerunt, quemadmodum apparet ex Bulla Sigismundi §. 2. & §.4. â Goldast. *tom.1. Constit. Imper. fol. 143. & seqq.* relatâ. Buxdorff. *ad. A.B. th.5. lit.e.*

Subjectum occupans sunt res sive negotia, quæ in Comitiis tractari solent.

Suntq; negotia illa, vel ordinaria, vel extraordinaria.

Ordinaria sunt de Personis, rebus & judiciis.

Ad Personas pertinet deliberatio de Matriculæ Imperialis redintegratione, ac avulsis ab imperio provinciis & ordinibus recuperandis; & de forma censuali ejusque emendatione, Von des H. Reichs anschlägen/ derselben abgang/ Ringerung und Moderation. *Item de Typographis, Militibus, Iudicibus, aliisq; quæ refert Bertram.* d. loc. th.77.

Ad res pertinent consultationes de firmanda & constituenda pace & tran-

tranquillitate publica, de lectibus, de bello de contributionibus, aliisq; pluribus, de quibus Dn. Bertram *d. loc. th. 78. & 3. seqq.*

Ad judicia spectant decreta de ordinatione judicii Cameralis, & Rottvvilensis.

Extraordinaria negotia, quarum causa Comitia principaliter haberi non solent, sunt I. Causarum controversarum cognitio & decisio. 2. Supplicationes. 3 Electorum, Principum, Comitum, Baronum Imperii investitiones. 4. vectigalium novorum concessio, vel veterum prorogatio ad certos annos, vel auctio.

Dn. Bertram. *d. loc. th. 83.*

Adiuncta Comitiorum sunt vel extrinseca, vel intrinseca,

Extrinseca sunt locus a) & tempus. b)

a) Locus ubi Comitia haberi debeant,

 non

nō eſt determinatus, niſi quod intra fines Imperii Germanici illa ſint habenda, §. 14. *capit. Imper.* Adeò ut olim etiam in municipiis celebrata ſint Comitia, ſicut palā fit ex iis, quæ habet Dn. Bertram. *d. diſſ. th. 22.* Verum proximo abhinc ſeculo nō niſi in Civitate aliqua Imperiali illa coacta eſſe, conſtat ex ipſis imperii Receſſibus, veluti, Auguſtæ, Coloniæ, Conſtātiæ, Eslingæ, Francofurti, Friburgi Brisgoæ, Ratisponæ, Noribergæ, Wormatiæ, Treviris, Spiræ. (b) Negotia incidentia in Comitiis tractanda, ſicuti à certo tempore non pendent, ita nec comitiis certum terminum dare poſſunt. Vide D. Paurm. *d. c. 2. num. 51.*

Intrinſeca adjuncta ſpectantur vel in antecedentibus, vel in modo & forma Comitiorum.

Antecedentia ſpectant vel imperatorem, vel officium Mareſchalli.

Ad Imperatorem pertinet misſio literarum denunciatoriarum, Außſchreiben zum Reichstag/ *ad ſingulos imperii ſtatus, quos ad Comitia convocare fas eſt.*

In

In hisce literis caussa Comitiorum, locus & tempus exprimitur, eo scil. fine, ut vocati de negotiis maturè deliberare, legatos, si quos missuri sunt, eò plenius instruere, & locum atque tempus, quo & quando veniant, scire possint. Ita Althus. *d. c. 33. n 7.*

Pappenhemii Imperij Mareschalli officium est hospitia ordinibus, eorumquè legatis & nunciis commoda procurare, leges certas super æquabili rerum promercalium pretio promulgare: injustè læsos & offensos defendere; vocare ad consultationes, ab iisq́; peregrinos arcere.

De quibus videatur Dn. Bertram. *de Comitiis th 57 58 59.* Ubi *thes. 60.* quærit: *Quis adversus quos durantibꝰ Comitiis jurisdictionem exerceat?* Et respondet divisam eã esse inter Mareschallum Aulæ Cæsareæ, Mareschallum Hereditarium & Senatum Oppidanum. Ille enim in eos, qui eidem aulæ sunt addicti: Iste in Legatos & Legatorum familiam: hic verò in suos cives jurisdictione exercet

Modus seu forma Comitiorum absolvitur partibus tum externis, tum internis

Externæ duæ sunt conventus & sessio.

Antequam verò Cæsar, Electores & reliqui Ordines conveniunt in templo pro felici consiliorum augurio preces ad Deum fundunt.

Ordo sedendi talis est: Cæsar vel Commissarius loco sedet eminentiori: Senatus Electorum paulo inferiore circumsedet. Et quidem Moguntinus ad dextram, quem sequitur Coloniensis. Trevirensis è regione Cæsari oppositus. Ad sinistram Rex Bohemiæ (I.) primum, Comes Palatinus secundum tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandeburgensis occupant.

(I.) Quæso quomodo is qui ad Comitia universalia non vocatur, atq; non comparet in iisdem hodie sinistram vel dextram obtinere poterit.

Olim

Olim Regi Bohemiæ, cum adhuc Dux esset, novissimus tribuebatur locus, teste Krantzio *l.4 Saxon. cap. 8.* sed cum Rex dignior sit Palatino, Duce & Marchione, non immerito iis hodie præfertur. A Bulla *cap.4 § primo quidem.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap.4. n.15. & seqq.* D. Bertram. *de Rep. th.60.*

Reliqui Principes alia duo subsellia uno gradu Electorum, duobus verò Cæsaris sede inferiora occupãt, in quorum dextro reliqui Archiepiscopi, itẽ domus Austriæ & Burgundiæ Legati; in sinistro reliqui Principes Politici eorundem vel Legati consident.

Partes internæ etiam duæ sunt, propositio & causæ tractatio.

Propositio est negotii sive rei tractandæ, consultandæ & decernandæ in conventu & consessu omnium ordinum, die & horâ à Mareschallo Imperii prædictis, à Cæsare ejusve Commissario facta expositio.

Althus. *d. cap* 33. *num.* 64. Ad propositionem autem non statim progredi solet, Imperator, nisi Collegium Electorale fuerit integrum. Autor des außführlichen Berichts / wie es auff Reichstägen / etc. *cap.* 4 *in pr.* D. Bertram. *d. lo. cap.* 6.

Tractatio causæ seu propositionis Cæsareæ, constat 1. propositionis recapitulatione, 2. disceptatione, 3. Consensu in idem placitum, 4. Relatione ad Cæsarem. 5. Confirmatione ejusdem & promulgatione.

Recapitulatio propositionis est negotii seu rei propositæ repetitio, in eum finem instituta, ut constet de ordine consultandi, quæ scil. capita primo, quæ ultimo, quæque intermedio loco sint pertractanda & concludenda.

Dn. Althus *d. c.* 33. *n.* 68.

Facta propositionis recapitulatione, de capitibus propositis in singulis collegiis instituuntur disceptationes, & ad easdem responsiones ordinum,

regi-

rogatorum, quæ à Protocollistis excipiuntur & notantur.

Consensus ordinum in eodem placitum sit vel in singulis collegiis separatim inter ejusdē collegii membra: vel inter prædicta tria collegia.

Priori casu in dandis suffragiis, vel consentiunt, vel dissentiūt. Si consentiunt, bene est si dissentiunt major pars minorem vincit.

Inter tria illa collegia suffragiorum ferendorum ratio non est eadem. Nam Electores viritim suffragia ineunt. In Principum vero Senatu quidam respectu diversarum linearum duo tria & plura vota habent. Ecclesiastici autem Principes & Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi jus habent.

Nobilis sed valde ambigua & perplexa hic occurrit quæstio : *An Legati Civitatum Imperialium sessionem & votum in comitiis habeant : an vero id* Q.

quod ab Electoribus & reliquis ordinibus conclusum est, adprobare necesse habeant? Caspar Peucer. *in complemento Chronic. Philip. Melanth lib.5.* iis non suffragandi sed consulendi tantum jus tribuit. A quo non alienus esse videtur Dn. Althus. qui *in d. cap. 33. n.* ita scribit: Unde lique hoc collegium tertium, non tàm ferre hîc suffragia, quàm alterius collegii ex duobus prioribus sententiam approbare, ut videatur id potius jus approbandi, quàm sententiæ dicendæ habere. Quorum sententiam sequentes rationes juvare videntur. Nam I. in actibus universitatis, in quibus tractatur de rebus ipsam universitatem concernentibus, consensus non ut singulorum, sed ut universorum requiritur, duarum scil partium ad minimum, Paul. de Castr. *in l. nul, n.7, D, quod cujusq; univers. nom.* si enim omnes deberent consentire, negotia sine maxima difficultate expediri nō possent. II. Quod major pars Curæ efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint. *l. quod major 19. ad municipal.* A vero Electores & Principes propter dignitatem & autoritatem major pars censentur. E. III. Si liberæ Civitates

vitates jus deliberandi haberent Electoribus & Principibus in ferendis suffragiis de jure Imperii non tantū pares (ut enim illæ, sic quoq; hæ singulæ in sua classe votum sententiæ jus haberent) Prælati, verò Comitibus & Baronibus longo intervallo essent superiores D. Paurmeist. *de jurisd. Imper. Rom. lib. 2. cap 2. n. 10.* Sed his & similibus non obstantibus, contrariam sententiam veritati & naturali æquitati magis consentaneam esse, existimo. Quam etiam tuentur Auctor Der zween ausführlichen Rathschlägen / des heiligen Römischen Reichs Erbaren freyen und Reichsstädten Session / Stand und Stimme betreffent &c. Claten *in Syllog. rer. quot. th. 27. lit. c.* Dn. M. Syring. *in dissert. de pace religion. th. 39. lit. b.* Bertram. *de Comitiis th. 46.* Math. Bortius *in jurispr. publ. German.* *cap. 3. th. 9. lit. c.* Bruningius, *de variis universit. speciebus concl. 8.* Confirmaturque his rationibus I. Naturalis ratio habet vim legis, *l. cū ratio de bonis damn.* & ubi deficit lex, sufficit ratio naturalis, adeo ut ex illa possit inferri ad decisionē causarū, *text. in c. in genesi de elect.* At naturalis ratio postulat 1. Ut communia negotia cōmuni-

muni consilio expediantur. 2, ut quem sequuntur incommoda, eum quoq; sequantur commoda *l. secundum naturam. ff. de R. I. §. cum autem Inst. de empt. & vendit. l. 2. §. pro secundo. C. de caduc. toll.* 3. utid, quod omnes tangit ab omnibus quoque approbetur *c. quod omnes de R. I in 6.* 4. ut alteri per alterum iniqua conditio nō inferatur. *l. non debet. de R. I* 5. ut res inter alios acta aliis non præjudicet *t. t. C. Res inter alios acta*, nec aliis nocet, quod inter alios actum est. *l. quia de jurejur.* II. Idem probatur antiquissimâ Imper. observantiâ, quæ legis vim obtinet. *l. hoc jure 2. §. ductus aquæ. de aq. quot & æstiv. l. 2. in pr. de aq. pluv. arcend. c. super. §. præterea. extr. de verb signif.* quam per multos actꝰ probant Auctores *in d. tract.* Der zween ausführlichen Bericht/&c. III. In actibus universitatis, in quibus tractatur de rebus ipsam universitatem, ut singulos concernentibus, non sufficit majoris partis consensus, sed omnium expresse requiritur. *c. in re communi de Reg. jur. in 6. Dd. in l. quod major. 19. ad municip* sed deliberationes de rebus imperii plerunq; ipsas quoque liberas Civitates concernunt, veluti probat

probat auctor d. tr. Der [illegible] außführlichen Bericht/pag. 2. IV. Quum ab- surdum est, melioris condit onis esse municipales, quam liberas Civitates. Herm. Brunning. *d. th. 18*. Atqui Principes [illegible] possunt his civitatibus invitis collectas imponere Brunning. *d. lo.* Dn. M. Syring *d. th. 39 lit. b.* V. Contractus totus collatus in voluntatem alterius non valet. *l. pen. & ult. C. de Contrah. empt.* Siquidem in contractibus consensus contrahentium est necessarius. *l. Jurisgentium. 7. §. quinimò. de pact. l. sicut. de O. & A.* Consensus autem est plurium voluntas, ad quos res pertinet simul juncta. *gl. magna in l. 1. in pr. verb. in idem placitum & consensus. de pact.* At vero Recessus Imperiales quid aliud sunt quam contractus? teste illa clausula: Haben wir uns nachfolgender Ordnung vereinigt / verglichen / unnd deßhalben mit unnd gegeneinander in Contracts weiß verpflichtet. E. VI. Civitates sub eadem formulâ ad Comitia vocantur, quâ status reliqui: Ihr wöllet erscheinen / neben und mit andern Reichsständen / helffen handeln / rathschlagen unnd beschliessen / quæ verba maxime à Principe prolata,

ta cum effectu sunt accipienda. *l. quando, ubi Dd de leg. 3.* VII. Præterea Civitatum Legati Imperii recessibus subscribunt, iisq; sigillum suum apponunt. Wir die Churfürsten / Fürsten / Prelaten / Graffen und Herrn / und des heiligen Reichs Freye unnd Reichsstädte / Botschafften und Gewalthabere / hernach benandt / bekennen öffentlich mit diesem Abschiedt / daß alle unnd jede Puncten unnd Articul mit unsern guten wissen / willen und Rath fürgenommen und beschlossen sind. Subscriptio autem & sigillum habent vim consensus & confirmationis. Dd. *in l. 2. C. de reb. alien. non alienand. d. tract.* Der zweyen ausführl. Bericht VIII. Firmissimum etiam argumentum suppeditat Aurea Bulla Caroli IX. Imp. quæ testatur, Civitates Anno 1356. sessionem & votum habuisse. Ita enim ibi in præfat. legitur *in solenne Curiæ nostræ Noremb. assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & civitatum multitudine numerosa.* IX. Deniq; id ipsum patet ex Reformat. Francoford Friderici III. de An. 1442. in pr.

ibi: Und darumbe mit Anbringen und mit bewetssen und Rath unser und des heiligen Reichs Chur-fürsten / Fürsten / geistlicher unnd weltlicher Graffen / Freyherren / Ritter / Knecht und Städt / die wir damn durch sich selbst/oder ihre mächtige Sendtbotschafften darumb insonderheit her zu uns zu kommen geboten und geheissen / setzen und gebieten wir von Römischer Kön. Macht / Krafft und Gewalt / ernstlich und festiglich / in Krafft dieses Brieffs/ &c. Ex his itaq; satis constare puto, liberas Imperii Civitates ut olim, ita & hodie in Comitiis ipso jure sessionem & votum habere. Solutio contrariorum argumentorum primu loco adductorum desumi potest, partim ex dictis, partim etiam ex præd. tract. der zween außführlichen Bericht/quo benevolum Lectorem remitto.

Alia hoc loco suboritur quæstio: *an sc. Vota in Comitiis sint numeranda, an vero ponderanda?* Hæc quæstio duob9 modis potest intelligi, primò an simpliciter & absolute melius sit, numerã vota, vel ponderare, quod Græcis dicitur ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ βέλτιον: secundò utrũ ex illis duobus sit magis eligendũ respectu certarum Q.

C 8-

circumſtantiarum loci, temporis vel perſonarum: quod eſt ἀγατὸν κατά τι κ, τινι, id eſt, bonum ſecundum quid & alicui, de qua diſtinctione Ariſtoteles 3. *top. c. 1. & ſeq.* & ex illo Dn. Kekerm. *lib 3. ſyſt. Log. ſect. 2. c. 1.* Poteſt igitur aliquid eſſe bonum ſimpliciter & abſolute, quod non eſt bonum alicui, ſive ſecundum quid. Nam vinum abſolutè loquendo bonum eſt, ſed febricitanti non eſt. Sic etiam vota ſaniora ſunt meliora ἁπλῶς, nec tamen præferenda majori parti, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, *l. 17. §. 6. de recept. qui arb.* ob quam multa ſalutaria conſilia finem ſuum non conſequerentur, Bertram. *d. lo. th 73.* nec ulla ſperanda eſſet concordia, niſi minorem pars major vinceret. Zach. Vict. *de cauſ. exempt. concl. 5.* Quas ob cauſas juris noſtri auctores, ubi à pluribus decernendum quid eſt, majoris partis conſenſum approbant. *l. 7. §. fin. de pact. l. 3. quod cu. jusq; univerſ. nom. l. 17. §. fin. de l. ſeq. d. arb. l. 19. ad munic l. duo ex tribus 39. de re jud. l nominationem, 15. C. de decurion. l. ſi quod C. de legat. l. 160 de R. I.* Maſtrillus *decis. 41. nu. 7.* Pacian. 2. *de probat. cap. 43. num 72.*

Guid.

Guid Pap. *decis. 434.* Ant. Faber *lib. 1. Cod. tit 7 defin. 2.* Gail. *l. 1 Miscell.* ... Eisdemque sequuntur Imper. & Ordinum Imperii constitutionibus, veluti in Recess. Trevir Anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten Recess. Spir. anno 1542. ... dessen obersten Hauptman Recess. Ratispon. anno 1576 da dann die Sache nach angehörter/&c. *An vero etiam in negotio Religionis & fidei Christianæ majora vota prævalere debent*: Warem. de Erenberg *de regn. subsid. c. 2. n. 19. & c. 6 n. 53 & in causis contributionum?* Erenberg *d. lo. c. 5 n. 53* Losæus *de jure univ. p. 3. c. 9. n. 11.* An, in quam, in iis & in aliis gravioribus causis, quas recensent Zach. Viet. *d. concl.* 5 & Bertram. *d. th. 73.* suffragiorum multitudo prævaleat, aliis judicandum relinquo. Q. Q.

Sin vero singula Collegia singulas tueantur sententias, referuntur ad Imperatorem vel Commissarium, ut tandem ex relatione, correlatione, ac disceptatione emergat in idem placitum consensus.

Quæritur hîc: *An Cæsar Ordines, vel hi illum decretis suis absq; libera utriusq; consensu obstringere possint?* Affirmativam sententiam tuetur auctor Der notwendigen Erinnerung / pag. ... ibi: Daß ein Römischer Keyser mit Verwilligung derer Churfürsten einen Reichstag außschreibet / darauff den Reichsständen, solche fürfallende nothwendige Puncten davon zu deliberiren und consultiren/ fürhält/ und gemeiniglich mit einhelligem Beschluß sich eines Abschieds vergleichet Im Fall aber die Stände auff Reichstägen sich hierin nicht vergleichen können/ bleiben darumb die Sachen nicht liegen/ sondern es gibt der Römische Keyser den Außschlag. Qui prolixe refutatur à D. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. cap. .* ubi ita ait: Si autem inter Cæsarem & Ordines vel majorem eorum partem, res coire non potest, nihil actum judicatur. Sed res in libera spontanea conventione posita est, ita ut nec Imperator ex plenitudine, ut loquuntur potestatis, nec ordines invito illo quicquam statuere possint. Idque ex conclusione Imperii

tii Recessuum luculenter probatur. Recess. August. de anno 1500. pag. 61. Hierauff gereden und versprechen wir König Maximilian / bey unsern Königlichen Ehren / und Würden / für uns und unsere Nachkommen / Römische Keyser unnd Könige / und auch unsere Erben und Nachkommen / Ertzhertzog zu Osterreich / diese obgeschriebene Ordnung / Satzung unnd Artickel / getrewlich und festiglich / so viel uns als Römischen König unnd Ertzhertzog zu Osterreich berühret / und berüren mag / zu halten / zu vollziehen und zu handhaben / darwider auch nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen / gethan werden / in keine weise / sonder geferde. Und wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Herrn und des heiligen Reichs Frey und Reichsstädte Bottschafften und Gewalthaber / hernach mit namen eigentlich bestimmet: Bekennen und thun kund aller Manniglich / daß obgenandt unser allergnädigster Herr / der Römische König / die obgeschriebene Ordnung / Satzung und Artickel / mit unserm Raht / Willen / zugeben und annehmen fürgenommen / geordnet / gesetzet / und gemacht / und sich auch dero mit uns und

wir mit seinen Königlichen Gnaden in Contractsweiß verpflicht und verschrieben haben/und thun das alles hiemit / in krafft diß Brieffs/bey unsern Fürstlichen Ehren/ Würden/guten waren Trewen und Glauben/an Eydsstatt festiglich gereden / geloben und versprechen alle und jede Ordnung/ Satzung und Artickel/ so viel einen jeden seine Herrschafft oder Freunde/von denen er geschickt oder gewalthabend ist / betrifft oder betreffen mag / für sich und die seinen/ deren er ungefehrlich mächtig ist/getreulich und auffrichtig zu halten / zu vollnziehen/ zu handhaben / und bey den seinen zu thun getrewlich zu verschaffen / dawider auch nicht zu seyn/zu thun / noch zuverfügen gethan werden / weder durch uns / noch jemand anders/in keine weise/sonder alle Geferde Adde Ordinat. Cameræ Constantiæ Anno 1507. tit. Wann das Cammergericht angehen sol. §. Solches alles unnd jedes &c. & §. und wir. Churf. Fürsten / etc. Et recess. noviss. Ratisp. An. 1613. §. Solchs alles/ & seq. Ex quibus manifestè apparet, nec Imperatorem sine ordinum, nec hos sine illius consensu in Comitiis aliqvid statuere,

tuere, neque recessum vel constitutionem generalem imperii facere posse.

Sequitur promulgatio & confirmatio eorum, quæ ab Imperatore & Ordinibus sunt approbata.

Constat illa formulâ recessus seu constitutionis generlais ejusdemq; repetitione.

Forma recessus ex decretis Comitiorum desumi potest hic saltem de ejus subscriptione & sigillorum appensione aliquid addam.

Subscriptio fit à Cæsare & statibus secundum collegiorum ordinem, 1. ab Electoribus. 2. à Principibus Ecclesiasticis.3. à Principibus secularibus. 4. à Prælatis & legatis Prælatorum 5. à Comitibus.6. â Legatis civitatum Imperialium.

Signandi ratio non eadem semper observata fuit. Nam olim soli Reges vel Imperatores decreta Imperii signarunt, postea cum Cæsare duo ex Princi-

pibus, unus ex Abbatibus & Comitibus, Civitas loci, in quo comitia celebrabantur Paurmeist. d. cap. 2. n. 52. *Sed hodie sigillorum appensio fit hoc modo:*

Funiculus duplex pergamenti parti infimæ trãsfixus est: in parte superiore, funiculus ille duplex, cõjunctus est sigillo Cæsari, qui funiculus infra sigillum Cæsaris, in duos dividitur: in illo qui est à dextro latere sigilli Cæsarei nomine Electorũ ecclesiasticorum annectitur sigillum Moguntini Electoris aut illius absentis nomine, consilarii ejusdem, vel alterius Electoris ecclesiastici præsentis, qui primum locum à dextris obtinet. Secundum locum tenet sigillu ecclesiastici principis, in sessione præcedentis, in collegio secũdo, aut absente illo alterius præsẽtis. Tertio loco unus ex Prælatis sigillum appendit. A parte sinistra sigilli Cæsarei, è regione Moguntini, in altera funiculo Elector Palatinus primo loco sigillum apponit, aut nomine hujus absẽtis, alius Elector Princeps secularis præsens, vel illius Consiliarius: secũdo loco Bavarus, aut eo absente alius

secu-

secularis Princeps, vel illius consiliarius. Tertio loco unus ex ordine Comitum Weteravicorum vel Suevicorum, alternis vicibus, sigillum subjungit. Ultimo loco funiculus divisus, in infima parte sigillo Civitatis Imperialis illius, in qua Comitia celebrantur, conjungitur. D. Aldus. c. 33. n. 8. Cui adde den warhafftigen bericht / wie es heutiges Tages auff Reichsversamlungen gehalten wird / tit. Von Beschlüssen und Abschieden eines Reichstages.

Subscriptione & sigillatione ita peractis, actisq́ breviter repetitis, recessus consignatus à Moguntino Cancellario clarâ voce publice prælegitur, eoq́ prælecto, Cæsar ab Ordinibus in Palatium suum deducitur.

Hic est Comitiorum habendorum modus, qui diligenter est observandus. Eo n. non observato, nihil actū intelligitur, veluti testatur Auctor Antonomiæ Franciscus Burchardus, Cancellarius quondam Electoris Coloniensis, apud quem *in c. 27.* Von den Formalibus Decretorum Imperii, ita legitur. Ohne dz und wo solche Ordnung in proponendo, referendo, cōcludendo, prælegēdo, subscribēdo, sigillādo und

andern mehr erzehlen / requisitis nicht gehalten würde / so werden andere Schrifften/decreta, declarationes, abschied unnd derogationes für keine Reichsbeschlüß/ sondern für schlecht unbündige Privathandlungen geachtet und gehalten.

Fuit Comitiorum constitutio sequitur eorundē dissolutio seu finitio.

Dissolvuntur Comitia variis ex causis, si decretum omnium vel majoris partis consensu ritè sit factum, vel dissentientium paria sint vota, quæ ad concordiam reduci nequeunt, vel ob alias graves incidentes causas.

Hactenus de Comitiis universalibus particularia sunt, quibus pars Principum & optimatum convenit. Dn. Paurmeist *d cap. 2. n. 7.*

Suntque duorum generum: in quibusdam certa tantū pars, in quibusdam vero ex universo Ordinum Collegio quidam selecti conveniunt.

Pars quæ convenit, est vel certæ classis, vel certi loci ac regiōis Imperii.

Certa

Certa classis est Electorum conventus, *qui instituitur vel propter Electionem Regis Romanorum, diciturq; vulgò* ein Waltag/ *vel propter alia negotia publica & privata, vulgò* Churfürstentag.

Paurmeist. *d. cap. 2. n. 8.* Bertram. *d. disput. de Comit. th. 11.*

De priori genere vom Wahltag/ *supra prolixè actum, de posteriori igitur nunc dicendum.*

Licet sine Imperatoris concessione Baronibus, aliisque inferioribus conventus agere non liceat, *text in c. 15. in pr. Aureæ Bulla & in constit. Frideric. de pace tenend. & jure firmand. §. conventicula, l. 1 & 2. de colleg. illic.* Clapm. *lib. 3. de arcan. Rerump. cap. 13. in fin.* P. Heig. *part. 1 quæst. 4. n. 44. & seq* Schrader. *de feud. part. 10. s. 10. n. 27.* Electoribus tamen in cap. 12. A. B. concessum est, ut non modò pro eligendo rege, vel imperatore Romano Comitia habere, sed alios etiam pro salute & incolumitate Imperii congressus celebrare possint. [*L. 1.*] Restaur. Castald. *de Imper. quæst. 8. n. 21.* Heig. *d. quæst. 4. n. 44. & 45.* Arnisæ.

de jure majest. lib.2. cap.2. n.3. & c.4. in fin. Gerl. Buxdorff. *ad A.B. concl.95. lit b* Paurmeist. *d.c 2.n.8* Bertram *d.th.11* Quod utiter in hodiernum usq; diem servatum est, ac confirmatum ab Imperatore Ferdinando [*L.2*] Anno 1558. his verbis; Wir lassen auch zu / daß die sechs Churfürsten / je zu zeiten nach vermögen der Gülden Bullen und ihrer Gerechtigkeit des heiligen Reichs zu ihrer Notturfft / auch ob sie beschwerlich obliegen haben / zusammen kommen mögen / dasselbe zubedencken und zuberathschlagen / daß wir auch nicht verhindern noch jrren / unnd derhalben kein Ungnad oder Widerwill gegen ihnen sämbtlich noch sonderlich schöpffen unnd empfinden / sondern uns in dem unnd andern der gülden Bull gemäß gnädiglich und unverweißlich halten sollen und wollen. Sed tamen hodie non solum Electores, sed etiam Principes, Comites & Civitates Imperiales, Nobile item immediatè Imperio Rom. subjecti, absq; speciali veniæ interpretatione frequentes instituunt conventus. Buxdorff. *d.th. 95. lit.a.* [*L.3.*]

[*L.1.*] *i. d.cap.15. A.B. malè ad Barones, aliosq; inferiores tantū refertur, sed generale est;*

de est ibi, quae civitates seu personae cujuscunque dignitatis aut status &c. adduca... Bulla non omnes conventus improbat, sed tantum die heimlichen unnd ungebürlichen Versamlungen / quorum exemplum adducit textus d. c. 15. 3. Praeterea conventus, & colligationes privatorum damnat, celebratas sine autoritate dominorum, ... exceptis nominatim dominis. De quibus vel solum, vel potissimum tamen principum d. c. 15 mihi tractare videtur. 4. Argumento §. 1. d. cap. 15. Dicendum est, principum & civitatum, ac aliorum, Baronum puta, atque illorum, quibus provinciae, atque civitates subditae sunt, conventus, super pace generali wegen gemeines Landfriedes / provinciarum atq; terrarum, non improbari. 5. §. conventicula, in Constitutione Friderici, de pace tenenda & juramento firmanda (quae feudalibus sanctionibus incorporata, tit. 53 lib. 2. constituit) nullam quoq; Baronum mentionem facit, sed & ipse generalis est. Guntherus in Liguri. lib. 8. ita reddidit:

Nec conventiculum vel conspiratio fiat,
Sive sodalitii, seu juncti sanguinis astu,
Urbibus in nostris, tali sub lege vetamus.

6. Idem

6. Idem esto judicium de l 1. & 2. ff. de colleg. Nam & illæ generales sunt. Nunc & alterum membrum quod de Electoribus est. 1. si exceptio à Regula tantum Electores contingit, cur quæso regulam non constituit generalem? & quid rationis erat, Baronum atq; inferiorum tantum meminisse, Principes autem, Duces Comitesque, qui Electores non sunt, tacito præterire pede. Falsum est, Electoribus c. 12. A B. concessum esse, pro eligendo Rege, vel Imperatore Romano, comitia habere. De ea enim re altum ibi est silentium. 3. ut oppositioni sua constet integritas, autoris mens hæc erit; Licet sine Imperatoris concessione Baronibus aliisque inferioribus, conventus agere non licet, Electoribus tamen sine consensu Imperatoris licet conventus agere, pro eligendo Rege Romanorum, vel pro salute & incolumitate imperii. At verò hoc ita constituto, multa sunt, quæ à veritate quàm longissimè abeunt, & partim etiam inepta sunt. Ineptum illud est si dicamus, Electores sine consensu Imperatoris pro eligendo Rege Romanorum posse convenire (intellige eo casu, quo imperium vacat, nam de electione Regis illa, quæ vivo Imperatore peragitur, in Aurea Bulla nihil

nihil constitutum, ut alibi fusius dixi; falsum deinde est, si constitutionem d.c.12. A.B. spectemus, Electores pro salute Imperii congressus celebrare posse sine Imperatoris concessione. Non enim primò, in eorum potestate est, hos celebrare conventus, sed debent convenire. Deinde, non conveniunt solum Electores, sed & cum iisdem ipse Imperator imò & terminus, & locus conveniendi, ab Imperatore præscribitur, consilio Electorum. Unde patet, consensum Imperatoris hic quoq; intervenire.

[L.2.] *1, Hoc quidem observatum, ut licuerit Electoribus ejusmodi conventus celebrare, at non ad normam d.c.12. A.B. Quod probavi tr. de jur. pub. lib. 9. c. 1. n. 250. & seqq. 2. Non solum à Ferdinando, sed & omnibus insequentibus Imperatoribus, hoc Electorum jus confirmatum fuit, uc capitulationes probant.*

[L 3.] *Idem & olim factum non tantum à principibus, verum etiam à nobilibus, qui ante receptos annos, & amplius hoc jure usi sunt. Ita lego* in der Graffen/ Herren/ gemeiner Ritterschafft beschwerden / so Keys. Majest. Statthalter / unnd den Reichsständen so *Anno* 523. zu Nürnberg

v 2.

versamlet gewest / überantwortet worden. *Quæ cum paucorum in manibus hodie sint, verba ipsa adscribenda duxi.*

Vnnd zum Ersten wider gemeinen Fürstenstand unnd hohe Obrigkeit unterschiedliche Artickel fürzuwenden / so ist dem Graffen / Herren / auch andern Adel beschwerlich / nach dem fast alle Stände im Römischen Reich / aus ihrer Notturfft je zu zeiten zusammen kommen / sich ihrer Mangel halben zu unterreden / daß doch etliche Fürsten und Obrigkeiten je zu zeiten ihrem Adel solches mit Gewalt oder Trohen zu wehren nnterstehen / wider billicheit / dieweil die Ritterschafft solches an viel orten ob zweyhundert Jahren dermassen herbracht hat / wie dann die Brieff ihrer alten Vereinigung das anzeigen. Bitten von solchen unbillichen Fürnehmen abzustehen / dann unehrliche verbottene Conventickel, oder zusammen kommen / fern dem Adel gleich als hoch zu wid / als andern Reichsständẽ / in Betrachtung / wo sich ein Bundschuch oder armer Cuntz empöhren solt / daß derselb gemeinen Adel und ihre Güter / nichts minder verfolgen würde / dann andere habhaffte Reichsstände.

Ex

Ex certis locis ac regnantibus Imperii congregatorum Ordinum sunt Conventus circulorum vulgo die Kraißtäge.

Maximilianus I. Anno 1500. Imperium distribuit in sex circulos, Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalicum & Saxonicum. *Ordinat. Regiment. August. an. 1500 tit.* Wie zwantzig Personen in das Regiment genommen sind *in fin.* Quibus deinde, necessitate publica urgente quatuor alii additi. Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus & superior Saxonicus, atque ita decem constituti sunt, *Recess. Colon. an 1512.* Darauff haben wir sambt den Ständen zehen Circkel geordnet. Et daclarationeConstitutionis *de pac publ Norib. anno 1522. tit.* Hernach folgen die zehen Kreiß / wie und auff welche orth die in das gantze Reich außgetheilet werden.

Circa quos notanda distinctio, & causa habendorum Comitiorum circularium.

Distinguuntur in universales & particulares.

Vide

Vide de hac distinctione Dn. Bertram. *d.loc.th 15.*

Universales sunt, quando omnes circuli conveniunt,

Particulares sunt, cum quidem vel unius saltem circuli status conveniunt.

De modo & forma conventuum circularium generalium & particularium, vide *Recess. August. de anno 1555.*

Causæ habendorum Comitiorum sunt vel ordinariæ vel extraordinariæ.

Ordinariæ sunt eæ, quarum causa hi circuli instituti, ac quæ ipsis perpetuo expedienda ab Imperio injuncta sunt.

Dn. Paurmeist. *d.c.2, n.128.* Veluti sunt, negotia de contributionibus, monetis probandis vel reprobandis, sententiarum ac mandatorum imperialiũ executione, ac pace publica conservanda. P. Denais *jur. Cam. tit. 212. verb. pacis publicæ conservatio, & 3 seqq. & in verb. commercia, §. 7. & fin. in verb. moderationum causæ. §. 1. verb. monetarum edictum. §. 13. 31. & 33.*

Paur-

Pauermeist. *d. loc.* Math. Stepn. *de jurisd. lib. 2. p, 1, cap. 4. n. 48.* Althus. *d. c. 25. n. 97. & seqq.*

Extraordinaria sunt, quum ob subitariam & præsentem necessitatem circulis expediendum quid injungitur.

Pauermeist *d. loc.* Bertram. *de Comit. 17.*
An autem circulorum in rebus tractandis aliqua sit jurisdictio. Q.
Vid. Betram, *d. loc.*

Tantum de priori Comitiorum particul. genere, dicendum nunc est de posteriori, ubi ex universo Ordinum Collegio quidam selecti conveniunt.

Estq; deputatorum & visitatorum Cameræ.

Deputatorum Comitia Decreto Augustano anno 1555. primum instituta, eam ob causam, ut mole negotiorum ingruente, quæ in publicis imperii Comitiis explicari non possent, à Cæsare & Ordinibus delectis tractentur.

Dn. Paurmeist. *lib. 2. de jurisd. cap. 2. n. 11.* Hujus conventus personæ hæ fuerunt nominatæ; Legatus sive Commissarius Cæsaris, sex Electores; Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, Palatinus, Saxonicus & Brandeburgicus. Quatuor Principes, Ferdinandus Archidux Austriæ, Melchior Wirtzbergensis, & Wilhelmus Monasteriensis, Episcopi, Albertus Dux Bavariæ; ex Prælatis Gervvigius, Abbas Weingartensis, & Ochsenhusanus: ex Comitum ordine Fridericus Comes Fürstenbergensis: ex civitatibus Imperialibus duæ, Colonia & Noriberga. *dict. Recess. 1555. §.* So sich dann abermals Et cum hoc deputationis munus ab initio esset personale, postea ne morte quorundam numerus deputatorum minueretur, convenit inter Ferdinandum Imp. & status Imperii, ut fieret hæreditarium, adjunctis prioribus Duce Juliacensi, & Landgravio Hassiæ, *Recess. August. an. 1559. §.* Auff daß dann dieselbe. Quibus denique adhuc alii, Episcopus nempe Constantiensis, Duces Burgundiæ, Brunsvicensis & Pomeraniæ, accessere. *Recess. Spir. an. 1570. §.* vnd damit solche wichtige dingē Modum & formam hujus conven-

tus

tus describit Paurmeister *de* [illegible] *m.* Locus est Francofurtum, [*L.*] quo Principes & Ordines deputati ab Electore Moguntino tanquam Archicancellario Cæsaris nomine convocantur. Paurmeist. *d. n.* Decretum horum comitiorum non potest fieri nisi ex mutuo consensu Commissarij Cæsaris, & duorum Collegiorum. *d. Recess. an.* 1555 §. Und im Fall. Quod eundem cum communibus totius Imperij decretis obtinet valorem *Ratisb. Recess. an.* 159[illegible] §. Was und so viel aber nach diesem. *ibi*: Und an statt allgemeiner Stände des Reichs beschließlich zuerörtern.

[*L.*] *Fundamentum hujus* [illegible] *petunt ex* R. A. *de an.* 155[illegible]. §. So sich dann abermalß. *Sed observantia contrarium* [illegible] *cuit. Ann.* 1600. *conventus deputatorum* [illegible] *ra celebratus. Bertram de Comitiis* [illegible] *putat generali sanctioni per id nihil derogatum, cum in Comitiis Ratisb. an.* 1594 *inter Cæsarem & status hoc de loco speciatim convenerint.* [illegible]. als wir dann für den vierdten [illegible] *causis satis prægnans fuerit,* [illegible] *quam à communi placito Cæsar & status* [illegible] *exorbitarint. d.* R. A. *an* 1[illegible]9[illegible] was und so viel aber nach diesem: *ibi*: da man Kammerrichter,

andern mehr erzehlen / requisitis nicht gehalten würde / so werden andere Schrifften/decreta,declarationes, abschied unnd derogationes, für keine Reichsbeschlüss / sondern für schlecht unbündige Privathandlungen geachtet und gehalten.

Fuit Comitiorum constitutio sequitur eorundē dissolutio seu finitio.

Dissolvuntur Comitia variis ex causis, si decretum omnium vel majoris partis consensu ritè sit factum, vel dissentientium paria sint vota, quæ ad concordiam reduci nequeunt, vel ob alias graves incidentes causas.

Hactenus de Comitiis universalibus particularia sunt, quibus pars Principum & optimatum convenit. Dn. Paurmeist. d. *cap. 2. n. 7.*

Suntque duorum generum: in quibusdam certa tantū pars; in quibusdam verò ex universo Ordinum Collegio quidam selecti conveniunt.

Pars quæ convenit, est vel certa classis, vel certi loci ac regiōis Imperii.

Certa

Certæ classis est Electorum conventus, *qui instituitur vel propter Electionem Regis Romanorum, diciturq; vulgò* ein Waltag/ *vel propter alia negotia publica & privata, vulgò* Churfürstentag.

Paurmeist. *d. cap. 2. n. 8.* Bertram. *d. disput. de Comit. th. 11.*

De priori genere vom Wahltag/ *supra prolixè actum, de posteriori igitur nunc dicendum.*

Licet sine Imperatoris concessione Baronibus, aliisque inferioribus conventus agere non liceat *text. in c. 15. in pr. Aureæ Bulla & in constit. Frideric. de pace tenend. & jure firmand. §. conventicula, l. 1 & 2. de colleg. illic.* Clapm. *lib. 3. de arcan. Rerump. cap. 13. in fin.* P. Heig. *part. 1. quæst. 4. n. 44. & seq.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 10. n. 27.* Electoribus tamen in cap. 12. A. B. concessum est, ut non modò pro eligendo rege, vel imperatore Romano Comitia habere, sed alios etiam pro salute & incolumitate Imperii congressus celebrare possint. [*L. 1.*] Restaur. Castald. *de Imper. quæst. 8. n. 21.* Heig. *d. quæst. 4. n. 44. & 45.* Arnisæ.

de jure majest. lib. 2. cap. 2. n. 3. & c. 4. in fin. Gerl. Buxdorff. *ad A. B. concl. 95. lit b* Paurmeist. *d. c 2. n. 8* Bertram *d. th. 11* Quod jugiter in hodiernum usq; diem servatum est, ac confirmatum ab Imperatore Ferdinando [*L 2.*] Anno 1558. his verbis: Wir lassen auch zu / daß die sechs Churfürsten/ je zu zeiten nach vermögen der Gülden Bullen und ihrer Gerechtigkeit des heiligen Reichs zu ihrer Notturfft / auch ob sie beschwerlich obliegen haben / zusammen kommen mögen/ dasselbe zubedencken und zuberathschlagen / daß wir auch nicht verhindern noch jrren / unnd derhalben kein Vngnad oder Widerwill gegen ihnen sämbtlich noch sonderlich schöpffen unnd empfinden / sondern uns in dem unnd andern der gülden Bull gemäß gnädiglich und unverweißlich halten sollen und wollen Sed tamen hodie non solum Electores, sed etiam Principes, Comites & Civitates Imperiales, Nobile item immediatè Imperio Rom. subjecti, absq; speciali veniæ interpretatione frequentes instituunt conventus Buxdorff. *d. th. 95. lit. a.* [*L. 3*]

[*L. 1.*] *In d. cap. 15. A. B. male ad Barones, aliosq; inferiores tantū refertur, sed generale est;*

de est ibi, quod civitates sive personas cujuscunque dignitatis aut status S. 2. Aurea Bulla non omnes conventus improbat, sed tantum die heimlichen unnd ungebürlichen Versamlungen / *quorum exemplum adducit textus d. c. 15. 3. Praeterea conventus, & colligationes privatorum damnat, celebratas sine autoritate dominorum, nec exceptis nominatim dominis. De quibus vel solum, vel potissimum tamen principum, d. c. 15. mihi tractare videtur. 4. Argumento §. 1. d. cap. 15. Dicendum est, principum & civitatum, ac aliorum, Baronum puta, atque illorum, quibus provinciae, atque civitates subditae sunt, conventus, super pace generali* wegen gemeines Landfriedes / *provinciarum atq; terrarum, non improbari 5. 7. conventicula, in Constitutione Friderici, de pace tenenda & juramento firmanda (quae feudalibus sanctionibus incorporata, tit. 53 lib. 2. constituit) nullam quoq; Baronum mentionem facit, sed & ipse generalis est. Guntherus in Liguri. lib. 8. ita reddidit:*

Nec conventiculum vel conspiratio fiat,
Sive sodalitii, seu juncti sanguinis astu,
Urbibus in nostris, tali sub lege vetamus.

6. Idem

nihil constitutum, ut alibi [illegible]) ca- sum deinde est si constitutionem [illegible], Electores pro salute Imperii congressus celebrare posse sine Imperatoris concessione. Non enim primò, in eorum potestate est, hos celebrare conventus, sed debent convenire. Deinde, non conveniunt soli Electores, sed & cum iisdem ipse Imperator imò & terminus, & locus conveniendi, ab Imperatore præscribitur, consilio Electorum. Unde patet consensum Imperatoris hic quoq; intervenire.

[L. 2.] *Hoc quidem observatum, ut licuerit Electoribus ejusmodi conventus celebrare, at non ad normam d.c. 12. A. B. Quod probavi tr. de jur. pub. lib. 9. c. 1. n. 250. & seq. 2. Non solum à Ferdinando, sed & omnibus insequentibus Imperatoribus, hoc Electorū jus confirmatum fuit, ut capitulationes probant.*

[L. 3.] *Idem & aliud factum non tantum à principibus, verùm etiam à nobilibus, qui aut [illegible] anno [illegible] & amplius hoc jure usi sunt.* *Ita lego* in der Graffen / Herren / gemeiner Ritterschafft beschwerden / so Keys. Majest. Statthalter / unnd den Reichsständen so *Anno* 1523. zu Nürnberg

versamlet gewest / überantwortet worden. *Quæ tum paucorum in manibus hodie sint, verba ipsa adscribenda duxi.*

Vnnd zum Ersten wider gemeinen Fürstenstand unnd hohe Obrigkeit unterschiedliche Artickel fürzuwenden / so ist den Graffen / Herren / auch andern Adel beschwerlich / nach dem fast alle Stände im Römischen Reich / aus ihrer notturfft je zu zeiten zusammen kommen / sich ihrer Mangel halben zu unterreden / daß doch etliche Fürsten und Obrigkeiten je zu zeiten ihrem Adel solches mit Gewalt oder Trohen zu wehren unterstehen / wider billicheit / dieweil die Ritterschafft solches an viel orten ob zweyhundert Jahren dermassen herbracht hat / wie dann die Brieff ihrer alten Vereinigung das anzeigen. Bitten von solchen unbillichen Fürnehmen abzustehen / dann unehrliche verbottene Conventickel, oder zusammen kommen / seyn dem Adel gleich als hoch zu wid / als andern Reichsständē / in Betrachtung / wo sich ein Bundschuch oder armer Cuntz empöhren solt / daß derselb gemeinen Adel und ihre Guter / nichts minder verfolgen würde / dann andere habhaffte Reichsständt.

Ex

Ex certis locis Recessuum Imperii congregatorum Ordinum sunt Conventus circulorum / oder die Kraißtage.

Maximilianus I. Anno 1500 Imperium distribuit in sex circulos, Franconicum, Bavaricum. Suevicum, Rhenanum, Westphalicum & Saxonicum. *Ordinat. Regiment. August. an. 1500 tit.* Wie zwantzig Personen in das Regiment genommen sind &c. *final.* Quibus deinde, necessitate publ. ita urgente quatuor alii additi. Austriacus, Burgundicus, Electoralis Rhenanus, & superior Saxonicus, atq; ita decem constituti sunt, *Recess Colon. an 1512. §.* Darauff haben wir sambt den Ständen zehen Circkel geordnet. Et declaratione Conventus *publ. Norib. anno 1522. tit.* Hernach folgen die zehen Kreiß / wie und auff welche orth die in das gantze Reich außgetheilet werden.

Circa quos notanda distinctio, & causæ habendorum Comitiorum circularium.

Distinguuntur in universales & particulares.

Vide

Vide de hac distinctione Dn. Bertram. *d. loc. th 15.*

Universales sunt, quando omnes circuli conveniunt,

Particulares sunt, cum quidem vel unius saltem circuli status conveniũt

De modo & forma conventuum circularium generalium & particularium, vide *Recess. August. de anno 1555.*

Causæ habendorum Comitiorum sunt vel ordinariæ vel extraordinariæ.

Ordinariæ sunt eæ, quarum causa hi circuli instituti, ac quæ ipsis perpetuo expedienda ab Imperio injuncta sunt.

Dn. Paurmeist. *d. c. 2, n. 128.* Veluti sunt, negotia de contributionibus, monetis probandis vel reprobandis, sententiarum ac mandatorum imperialiũ executione, ac pace publica conservanda. P. Denaiſ *jur. Cam. tit. 212. verb. pacis publicæ conservatio, & 3 seqq. & in verb. commercia, §. & fin. in verb. moderationum causæ. §. verb. monetarum edictum. §. 13. 31. &*

Paur-

Paurmeist. d. n. 28 Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. cap. 4. n. 48. Althus. d. c. 17. n. 59. & seqq.

Extraordinariæ sunt, cum ob subitariam & præsentem necessitatem circulis expediendum quid injungitur. Pauermeist. d. loc. Bertram. de Comit. 15. *An autem circulorum in rebus tractandis aliqua sit jurisdictio.* Vid. Betram, d. loc.

Tantum de priori Comitiorum particul. genere, dicendum nunc est de posteriori, ubi ex universo Ordinum Collegio quidam selecti conveniunt.

Estq́; deputatorum & visitatorum Cameræ.

Deputatorum Comitia Decreto Augustano anno 1555. primum instituta, eam ob causam, ut mole negotiorum ingruente, quæ in publicis imperii Comitiis explicari non possunt, à Cæsare & Ordinibus delectis tractentur.

 Dn. Paur-

tus describit Paurmeist. *[illegible] n. 126.* Locus est Francofurtum, *(L.)* [illegible] Principes & Ordines deputati ab Electore Moguntino tanquam Archicancellario Cæsaris nomine convocantur. Paurmeist. *[illegible].* Decretum horum comitiorum non potest fieri nisi ex mutuo consensu Commissarij Cæsaris, & duorum Collegiorum *[illegible] Recess. an. 1555 §.* Und im Fall. Quod cum eum cum communibus totius Imperij decretis obtinet valorem *Ratisb. Recess. an. 159[illegible] §.* Was und so viel aber nach diesem [illegible] Und an statt allgemeiner Stände des Reichs beschließlich zu erörtern.

(L.) Fundamentum huius [illegible] petunt ex R. A. *de an. 155[illegible].* So sich dann abermalß. *Sed observantia contrarium [illegible]cuit. Ann. 1600. conventus deputatorum [illegible]ra celebratus. Bertram de Comitiis [illegible] putat generali sanctioni per id nihil [illegible]tum, cum in Comitiis Ratisb. an. 1594 inter Cæsarem & statum hoc de loco [illegible] convenerit [illegible]* als wir dann für den vierdten *[illegible] causa [illegible] prægnans fuerit, [illegible] ni placito Cæsar & status tum temporis [illegible] exorbitarint.* R. A. *an 1594* was und so viel aber nach diesem: *[illegible]* da man Kammerrichter/

 Præsi-

Præsidenten, vnd Beysitzer an der Hand haben kan.

Visitatorum comitia sunt conventus delegatorum ab Ordinibus, delegatorum nimirum Cæsaris & Ordinum, qui Spiram mittuntur ad judices idoneos constituendos, in causis revisionum petitarum, similiter ad cognoscendas, corrigendas, & tollendas corruptelas Cameræ, & ad Statuum querelas de Camera Imperiali decidendas, & [illegible]niendas.

Dn. Althus. *d. c. 33 n. 107.* Ordin. Cam *1. tit. 50.* Hæc comitia annua sunt, [*L.*] & edicuntur ab Electore Moguntino, ad cujus citationem comparere tenentur, præter Cæsaris commissarios, duo Electores, Moguntinus, & quem ex reliquis hic vocaverit: duo Principes, alter sacri, & alter secularis Ordinis: Prælatorum, Comitum, & Civitatum nomine singuli legati. Atque hi Visitatores etiam dicuntur revisores. Ordin. Cam. *p. 3 tit. 53.* Inter quos aliàs magna est differentia. Nam Revisores propriè illi dicuntur, qui de processu & sententiis

tentiis latis cognoscunt, Visitatores vero, qui de Cameræ vitiis & defectibus emendandis judicant, Ordines totum Imperium repræsentantes. Bender *de revis. conclus.* 4, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. memb. 1.*

[L.] *Annua esse debebant part. 1. Ordin. Cam. tit. 50. Sed longo hactenus tempore constitutioni satisfactum non est. Postquam enim anno 1588. ventum erat in ordine Principum, ad Germaniæ primatem, Archiepiscopum Magdeburgensem, qui tunc temporis erat Joachimus Ernestus Marchio Brandeburg. reformatæ religioni addictus, Catholici status, ut votum & sessionem in Comitiis, ita revisoris quoque munus eidem denegarunt, unde factum, ut revisiones Cameræ in hodiernum usq; diem, omnium afflictorum dolendis suspiriis, immobiles hæreant. Noldem de Nobil. c. 9. n. 227.*

CAPUT XIV.

Sic de administro informatore, sequitur administer rerum administrandarum,

darum, qui Officiarius in specie appellatur.

Estque vel internus vel externus.

Internus est, cujus opera & officio Imperator in Imperio Romano utitur,

Qui vel publicus vel Aulicus.

Publicus est, qui officium habet tale, quod Reip. Romano-Germanicæ, & non tantum aulæ Imperatoris inservit.

Publici officiarii iterum vel sunt eminentiores, vel inferiores,

Eminentiores sunt Ecclesiastici, vel Politici.

Qui omnes sequentibus versiculis exprimuntur:

Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum.
Est Palatinus dapifer: Dux portitor Ensis.
Marchio præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus,
Hi sunt qui faciunt Dominum per secula summum.

Eccle-

Ecclesiastici jure tot Archican-cellarii.

Moguntinus quidem per Germaniam: Trevirensis per Galliam & Regnum Arelatense: Coloniensis vero per Italiam. Quorum institutionem circa Ottonis M. ævum ortam, ex ipsorum Imperatorum Privilegiis seu diplomatibus publicis se observasse Onuphrius Panvinius scribit, *de Comit. Imp. c. 6. n. 29.* Ita ut si Italiam ingrederetur Imperator, Coloniensis privilegia Imperialia ederet, & subsignaret: si in Germania moraretur, Moguntinus: Si in Gallia, Trevirensis. Dn. Freher. *ad lib. 2. cap. 1. verb. Galliæ. P. de Andl. de Imper. Roman.* Verùm post quam Aquila variis modis deplumari cœpit, Moguntino excepto, cæteris præter nomen nihil remansit. Panvin. *d. loc. in fin.* Magnũ vero errorem errat P. Gregor dum *lib. 6. de Republ. cap. 15. n. 25.* Ptolomeo Lucense auctore putat Moguntinum nomine Germaniæ, Trevirensem Galliæ, Coloniensem Italiæ, Electionis munere fungi Freher *d. loc.* Bertrã. *d. lo. θ. 32.* ubi dicit, nõ tàm electionis, quàm muneris intuitu, diversa regnorum notâ

 eos.

eos signat. Et Abbas Stutensis, qui ad Annum 1204. annotat. Trevirensem, quamvis de Alemannia non sit, antiquitatis intuitu eligere. Treviri enim ab omni antiquitate Belgis annumerati, & (Tacito teste) ipsi Germanicam originem effectabant. Dn. Freher. *d. loc.*

Archivum. Cæterum pertinet huc *archivum* Imperii publicum, seu Chartophylacium quo publica Imperii documenta, annales, historiæ rerum gesterum, libri legum, statutorum, privilegiorum & jurium Imperii, atq; documenta alia custodiuntur. D. Althus. *c.* 17. *Polit. num.* 9. Quod hodiè est penes solum Moguntinum Archipræsulem, Germaniæ Archicancellarium, qui acta publica Imperii Germanici, quæ in Comitiis, deputationibus, visitationibus & aliis Imperii conventibus peraguntur, & matriculam Imperii in aula sua custodit, apud quem etiam eorundem editio petitur. Althus. *d. c.* 17. *n.* 12.

Politici sunt 4. Archipincerna, Archidapifer, Archimarschallus, & Archicamerarius.

Quæ

Quæ officia à quatuor Electoribus Publicitus administrantur, Rex Bohemiæ Pincernæ, Palatinus Dapiferi, Saxo Mareschalli, Brandeburgicus Camerarii officium exercet. Fuerunt autem hæc munera primitus temporaria, postea verò sancitum fuit, ut perpetuo ac indivisibili nexu Electoriæ dignitati cohærerent. Knichen. *in com. in ju. Saxon. verb. Elector. cap. 1. n. 17.* Si verò aliquem Electorum abesse contingat, absentis officium is, qui vices ejus gerit, administrabit. Hartm. Maur. *in coronat. Carol. V.* Bertram. *de Comit. th. 34.* Sunt autem hodie vicarii seu subofficiales Electorum, hi: Bohemi, Pincerna de Limpurg: Palatini, Dapifer Walpurg; Saxonis Baro de Pappenheim: Brandeburgici, Comes de Hohenzollern. Dn. Freher. *ad lib. 2. Petr. de Andl. cap. 13. verb. Sub Camerarius.* Atq; hæc sunt singulorum Electorum & vicariorum eorum officia (quæ Bodin. *1. de Rep. cap. 9. irridet*, ob id reprehensus à Dn. Freher. *lib. 1. Orig. cap. 15. p. 107.*) quæ in solennibus Curiis, ut & in coronatione Regis vel Imperatoris, Comitiis Imperii, & aliis ejusmodi Panegyricis conventibus peraguntur. In aula verò &

quotidiano usu Cæsarum erant aliæ generosi stemmatis personæ, quæ talibus muniis defungerentur, sicuti exemplis eleganter demonstrat. Dn. Freher. *d, loc.* Fuerunt & alia officia olim recepta, de quibus Freher. *ibid verb. Magister Coquinæ.* Veluti stabulator: Venatot Imperii ordinarius, quod unus Dux Carinthiæ, secundum Æneam Sylvium *in Europa cap. 20*: vel Dux Austriæ, secundum Spiegelium *ad Alphonsum* sustinuisse dicitur. Ad Duces Wirtenbergicos tandem venisse, insignia eorum testantur, qui & vexiliferi Imperii. Basilienses verò Piscatores Imperii fuerunt, quâ de causa insignia eorum hodierna anchoram referunt Freher. *d. loc.*

Inferiores sunt Duces Exercituum, Marschalli, Cancellarii, Secretarii, aliiq; quàmplurimi, quos omnes enumerare instituti ratio non patitur.

Aulici sequuntur, quales sunt Magister aulæ, & Præfectus Palatii, Mareschallus aulæ, Præfectus Gynæcei, & alii, quos omnes enumerare operæ pretium non est.

Cum

CumPrincipis familiâ malâ periculosius nihil ſit Danæus *lib.2. Polit. Christ.pag.* 144. Aulici autem plerumq; ſunt ambitioſi, faſtuoſi & ſuperbi, & ad omnem fraudem compoſiti. *Proverb 16. v.12. & ſeqq. item cap. [illegible] v. 10. & ſeqq.* Vid Althus. *cap. 23. Polit. n. 40. & ſeqq.* Schonborner *lib 3. Polit. cap. 37.* Idcircò Princeps aulæ ſuæ ſummam curam habere debet. Atque tantò magis id à Principe fieri debet, quantò majori cum periculo & detrimento totius Reip. regimen aulicum eſt conjunctum. A regimine enim aulico pendet regimen publicum: & quales ſunt aulici, talis eſſe ſolet ipſe Princeps. Keckerm. *lib. 1. Polit p. 572.*

Tantum de Officiario interno: externus eſt, quo Imperator ad exteros utitur, ut Legatus.

Eſt autem legatus *mandatarius, publico negotio conficiendo ſolenniter miſſus ab eo, qui poteſtatem legandi habet,*

Kirchner. *lib. 1. de Legat cap. 1. n. 6.* Idemque dicitur Orator. *l. lex. Julia ad l. Jul. de vi publ.* Nuncius, Interpres. Kirchner. *d. c. 1.* Ambaſiator ἀπὸ τοῦ ἀμβαδίζειν, quod eſt mitte-

mittere. Arnisæus *lib. 2. de jur majest. cap. 5. n. 16.* Agens, Commissarius, Deputatus, vid. Kirchner, *d. c. 1.* Bortius *de legat. th. per.* Huc verò non pertinet Legatus Cæsaris. *C. de offic. Legat.* Legatus Proconsulis, quorum munus cum imperio erat conjunctum. Cujac. *7. obs. 21.* D. Vult *1. J. R. 12, num. 21*

Qui è legatione nomen accepit: quæ est munus publicum personæ idoneæ, circa res publicas apud exteros tractandas, ab Imperatore mandatum ad salutem Reip.

Bortius *d. loc. th. 12.*

Cujus consideranda tùm constitutio tùm dissolutio.

constitutio pendet ex argumentis consentaneis absolutè & modo quodam.

Absolutè consentanea sunt causa & effectus.

causa est finis & efficiens.

Finis vel generalis est vel specialis.

Generalis est salus Reipublicæ.

Specia

Specialis est multiplex, ut belli indictio, fœderis initio & renovatio, pactorum conservatio, &c.

Efficiens est Imperator, qui jus mittendi Legatos habet.

In Imperio Romano jus mittendi legatos soli Imperatori primariò & per se tribuitur, secundariò verò Principibus Germaniæ, quibus jura majestatis sunt communicata. *An idē de civitatibus liberis dicemus?* Aff. Bortius *de legat. th. 8: lit. a.* War. de Eremb. *2. de fœder. 1. num 37.* *An quid juris habent Civitates Hansaticæ?* Clarisc. Dn. Kirchner. *disp. 14 de Republ. th. 2. lit. c.* non tantum jura legationum, sed & Imperii, jurisdictionis, illis civitatibus denegat, eò quod collegia illa sint loco privatorum, *l. 4. de corp. & coll* quibus jura publica non competunt. Quæ ratio ut olim obtinuit, ita hodiè locum habere nequit, quoniam liberis etiam Civitabus regalia & jura majestatis sunt communicata, ergo etiam media concessa censentur, sine quibus illis uti nequeunt: *arg. l. 2. de Jurisd.* Et sanè cum jus belli, Q.

Recess.

Recess. Imp. an. 1555. 1570. 76. 82, 94. & fœderis. *Aur. Bull. tit. 15.* sibi adferant, nō video, cur non & jus legationis, sine quo illa peragi nequeunt. *d. l. 2.*

Effectus legationis est securitas, quæ concernit Legati personam, a) res, b) & actiones, c.)

a) Legationum jus (ut ait Cicero *3. in Verr.*) humano divinoque vallatum præsidio est, cujus tâm sanctum & venerabile nomen esse debet, non modò ut intra sociorum jura, sed etiam inter hostium tela in colume versetur. Unde sancti habentur legati. *l. sanctum. 8. d. R. D*, ubi coras. *n. 11. l. fin. de. legation.* & sacrosancta legatorum corpora. Dionys. *lib. 5. histor.* Unde Impunè nemo eos potest offendere, *l. 2. §. 5. in fin. de judic.* offendens autem contra jus gentium fecisse existimatur, *d. l. fin. de legat. c. jus gentium, 9. dist. 1* Cujac. *11. obs 5.* Keckerm. *disput. pract. 33. q. 10.* In signum verò securitatis olim gestare soljti sunt sagmina sive herbas. *d l. 8. §. 1. de R. D.* *Sed quid de Legatis, qui speculandi causâ missi sunt, an & hi hac securitate gaudere debent?*

Q: vide

ketm. *d. disp. 33. q. 11. An illi, qui* *nseunt fines tertii ad quem missi* ? Aff. Kirchner. *2. de legat, 1. num. 3.* *qq.*Neg. Alb. Gentil. 2. *de legat. 3.* vid. 1.*de legat.* 6.16.*lit. b.* Præterea dubitatur: *Legatus in Principem, ad quem* *ssus est, conjurans, sit puniendus?* tata fuit hæc quæstio in utramque tem nostris temporibus super Hispan- ito conjurationis participe, quem jure iissum ab Elisabetha Angliæ Regina oit Alb. Gentil. *2. de legat. 8.* propterea, od sonpiratio illa in actum non sit de- ta. Cui suffragatur Kirchner. 2. *de leg. cap. 2.* Quibus contradicit Arumæus *in discurs. Academ. 12.* qui m quoque conatum à jure gentium oc crimine puniri existimat. Adde kerm. *d. disput. 33. quæst. 12.* b) Non m corpora legatorum sancta & in- abilia, sed etiam res eorum ab omni asione & offensione securæ haben- Hinc est, ut pro rebus, quas sine s (non mercimonii) causa deferunt, tigal solvere non cogantur. *l. 8. C. de* *tig.* Laudens. *tract. de legat. princ. q. 16.*

Ut

Ut damnum passis restitutio concedatur. *l. 9. de legat. l. 1. ex quibus caus. maj* nec suppellex eorum pro repressaliis capi possit. Coler. *de process. execut. part 2. cap. 3. n. 186.* Hinc etiam est ut legatis restituendi sint sumptus in legationem erogati. *l. 2 §. fin. de legat.* Hinc denique est, ut legatione perfuncti biennii vacationem ab omnibus civilibus muneribus habeant, *l. 7. in fin. & l. 8. de legat. l. 3. C. eod. l. 12. in pr. dr vacat. & excuss. mun.* c) Legati dum absunt, si conveniantur domi, non tenentur mittere procuratorem. Zas. *in l. quia tractatur n. 18. & seqq. de diverʃ. & temp. præscript.* latè Bort. *d. th. 16. lit. d.* Ut verò legati sancti & ab omni offensione damnoq; tuti sint, requiritur I. ut legatos eos esse notum sit. *l 5. §. 1. de legat.* Becht. *in tr. de secur. & salv. cond. th. 180.* II. Ne sint instructi mandato rei turpis aut flagitiosæ. Becht. *d. loc. th. 181.* III. Ne mandati fines excedant. *l. 5. in pr. mand. §. 8. Inst. eod.* Becht. *th. 182.* IV. Ne constante legatione contrahant, Becht *th. 183.* multò verò minus delinquant. Becht. *d. th. 138. & seq.* Bort. *d. th. 16. lit. c.* Keckerm. *d. q. 12.* V. Ut eant per vias rectas. Vivius *decis. 190.* Bort. *d. th. 16. lit. b.*

VI. Ne

VI. Ne legationem deserant. Becht. [illegible] 186
VII. Ne legatione pendente subsistant. Becht. *d. loc.*

Sed quid juris in Comitibus Legatorum, an iisdem & illi privilegiis, eademq́ securitate gaudent quibus Legati? Aff. *per l. 12. de vacat. & excus mun. l. 18. de offic. præsid. l. 41. §. 2. de excusl. l. 7. ad L. Jul. de vi publ.* Nam & Scholarium famulis eadem privilegia videmus indulta, quæ & scholasticis tribuuntur [*L.*] Wesenb. *consf. 50. nu. 22.* Geil *lib. 2. observ. 68. n. 6. & lib. 1. de pac. publ. cap. 6. nu. 21.* Albert. Gentil *lib. 2. de legat. c. 15.* Fridor. *de continent. caus. c. 19. n. 12.* Becht. *d. loc. th. 187.* Kæcker. *d. disp. 33. q. 13.* ubi dicit, esse quidem Comites legatorum inviolabiles, nec puniendos tam facile ut subditi, facilius tamen, cum graviter peccant, puniri posse, quam Legatos.

[*L.*] *Inf. c. 24. Atq; hisce privilegiis non studiosi tantum, sed & famuli eorum fruuntur*] *In authentica habita C ne filius pro patre, ubi propria sedes est privilegiorum Scholaribus competentium, nuntiis studiosorum, hoc tantum tribuitur privilegium, ut ad loca*

ubi exercentur studia. secure ut Scholares ipsi, veniant, & in eis secure habitent. Atq; ita in specie verum est, famulos Studiosorum privilegiis dominorum suorum uti frui. Generaliter autem falsum, famulos omnibus privilegiis studiosorum frui.

Modo quodam consentanea sunt subjectum & adjunctum.

Subjectum est recipiens vel occupans.

Recipiens est Persona, cui legatio aptari debet, idonea.

Idonea autem est I. Mas non fœmina, cujus natura naturæ legationis prorsus contraria. Etsi enim fœmina jure imperij, quatenus illud teneat, possit legatum mittere, h. e. illud facere, quod est juris gentium: Eadem tamen non potest mitti in legationem, hoc est, non potest facere quod jure civili, ob honestatem publicam & pudorem naturalem prohibetur, Kirchner. 1. *de legat. cap. 4. n. 206.* Hinc legimus obstupuisse quandoque senatum, Delosque consultum misisse, quidnam portenderet, quod mulier causam, & quidem pro-

propriam dixisset in foro. II. Quæ bonis naturæ prædita, quæ vel interna vel externa. Ad illa pertinet naturalis ingenii, & memoriæ vis, non ignea illa, quæ magis rebus innovandis, quàm componendis idonea, quæque similia cultellis acutis, qui ut facilè scindunt, sic & hebescunt. Warsevic *in orat. de legat.* non stupida, sed quæ supra mediocrem sit. Bort. *d. loc, th. 5, lit. b* Hæc sunt vel corporis vel fortunæ. In illis requiro 1. justam ætatem, quam in eligentis arbitrio ponit Kirchn. *d. c. 4. num. 70.* II. Pulchritudinem corporis, quam comitatur gratia, secundum illud Vergilij.

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus,

Fortunæ sunt divitiæ, quas non sine ratione in legato requirit Canonher. *lib. 2, disc. in Tacit. pag. 240.* III. Quæ generis nobilitate & dignitate decorata. Ignobiles igitur & infames sæpè jure recusati. Idemque expertus est magno suæ vitæ discrimine Barbitonsor quidam Legatus à Ludovico Galliæ Rege missus, qui ab Aureliensibus penè occisus fuit, teste Philip. Cominæo.

Subjectum occupans seu objectum, sunt negotia publica tam bellica, quam togata, quatenus cum exteris pertractanda.

Vox negotii multas recipit significationes, quasvis apud. Dn. Calvin. *in Lex.* Hoc loco strictè accipitur pro actionibus illis omnibus, quas publicæ rei ergò legati suorum nomine perficiunt, quarum Catalogum exhibet Kirchner. *1. de legat. cap. 2. num. 5. & seqq.*

Adjuncta vel sunt intrinseca vel extrinseca.

Intrinseca sunt mandati expositio, a.) responsi exactio, b) & renunciatio. c)

a) Quæ qualiter fieri debeat, copiosè & eleganter exponit Kirchner. *2. de legat.* 7. b) Kirchner. *d. lib. 2. cap. 8.* c) Bortius *de legat. 9. 14. lit. c.*

Externa sunt Verbenæ, gramen, sagmina, filum lanæ, silices, caduceum, sacra stola, & infinita alia, quæ legatis adjungebantur.

Dissol-

Dissolvitur legatio variis modis, 1. perfectâ & consummatâ re, ob quam illa fuit instituta. 2. morte legati. 3. voluntate domini, &c.

CAP. XV.

HActenus de Imperatore, sequitur *Rex Romanorum*

Regis Romanorum nomen non semper uno eodemque modo accipitur. Aliquando enim pro Imperatore Electorum votis atq; suffragiis creato, sed non à Pontifice inaugurato sumitur. Paurmeist. 2. *de jurisd. cap. 2. n. 2.* Frequentius pro Principe superstite Imperatore ab Electoribus ita electo, ut eo defuncto in jure imperii succedat. Quæ posterior significatio hujus loci est propria.

Cæterùm dicendum hic aliquid est de Rom. Regis origine, potestate & dignitate. Originem suam habet ab Electoribus, *qui an etiam vivente Imperatore ad electionem Regis Rom. procedere possint,* Q.

sint, sępenumero quæsitum fuit? Negativa verior primâ fronte videtur Johan. de Cierier. *de primogenit. lib. 1 q. 10.* Restaurus Castaldus *de imper. q. 106.* Paurmeist *d. c. 5. num. 14. l* propter text *in c. 2. §. cum autem & cap 4. §. cæterùm item c. 1. in pr.* ubi clarè dicitur, post excessum defuncti Imperatoris vel Regis Romanor. electionem esse instituendam. II. Quia subditis interest, ne plures habeant Dominos. Cephal. *consil. 6-8. num. 30.* Roland. à Valle *consil. 10. num. 2. vol. 3.* Nam

Multorum imperium multa est confusio semper.
Multi sunt damno domini, rex unicus esto,
Unus sit Princeps populum ditione gubernans.

III. Quia per talem electionem induceretur votum captandæ mortis, quod est prohibitum, *l. fin. ubi Sal.* & Jas. C. *de pact.* Quam ob causam Caroli IV. electio, quæ vivente adhuc Ludovico facta fuit, per majorem Electorum partem cassata fuit. Crus. *annal. Suevic. lib. 4. p. 3. cap. 15.* Peucer. *lib 5. Chron. in Carolo IV.* Eodemque nomine annô 1530. Elector Saxo-

niæ

nia electionem Ferdinandi impugnavit. Sleidan. *de stat. relig. lib. 3* & *p.* Tisman. *hist. r. lib. 2.* Dresser. *in 6. millen. par. 2. tit. de Archimaresch. Imper. Rom.* Spangenb. *in Chron. Mansfeld. cap. 366.* Sed his non obstantibus affirmativa sententia verior defenditur à Lancell. *in templ. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 1 quæ. 2.* Onuphr. Panvin. *de Comit. Imper. 1.* P. Heig. *pag. 1. quæst. 6.* Dn. Arum. *discurs. Acad. 4.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisd. pag.* 1. *cap.* 1. *num.* 119. & *seqq.* Buxdorff. *ad A.B. concl.* 12. G. Schonborner. *lib. 5. Polit. cap* 19 Dauth. *in repetit. d. l. fin. num.* 71. Just. Gebhard. *discurs. Academ.* 17. *th.* 37. Cum quibus haud invitus transeo, modò justa causa, & ipsius quoq; Imperatoris consensus interveniat [*L*] vid. Crantz. *lib. 8. Metropol. cap. 2. circa fin.* & *cap.* 5. Goldast. *tom. 1. constitut. Imp. in ration. pag.* 97. Daut. *d. numer.* 71. Dom. Arum. *discurs. Academ.* 5. Buxdorff. *d. concl.* 12. *in fin.* Exempla habemus in Wenceslao, Maximiliano I. & II. Rudolpho II. qui viventibus Imperatoribus, Reges Romanorum electi fuerunt. Eamque confirmat capitulatio Francofurtensis *art. 2*, quæ electoribus, etiam invito Cæsare,

Regis Rom. electionem concedit : [I.] Wir deßgleichen vnsere Kinder / Erben vnd Nachkommen / sollen vnd wöllen die gemelten Churfürsten / ihre Nachkommen vnd Erben / zu jeglicher zeit / bey ihrer freyen wahl eines Römischen Königes / dieselbige so offt sie es einen Keyser zu behülff / oder sonst dem heiligen Römichen Reich nothwendig vnnd nützlich befinden / auch bey lebzeiten eines Römischen Keysers / mit / oder wann derselbige auff angelegte bitt der Churfürsten / ohne gnugsame / erhebliche vrsache / geweigert werden solte / ohne einiges regirendes Keysers Consens / fürzunemen.

[L.] *Sunt hæc contraria, invito Cæsare aliquid fieri, & consensu Cæsaris idem fieri. Autor in prioribus, & justam causam, & consensum Cæsaris requirit; ego justam causam tantum sufficere dixerim, licet consensus nunquam accesserit. Consensus peti debet, intervenire non debet. Alterum est quod hic noto, quod autor generaliter se refert ad Francofurtensem capitulationem, nec addit, cujus ea sit Imperatoris. In quam Carolus V. juravit, nullam hujus rei mentionem facit; cæteræ faciunt, non quidem articulo secundo, ut autor scribit, sed circa finem.*

Disce.

Disceptatum item fuit: *An alius quam Germanus possit eligi in Imperatorem?* Negat. P. de Anulo lib. 2. de Imper. Rom, c. 3. Vid. s. cap. 8. p. 164. & seq.

[*L.*] *Agitur hoc capite de Rege Romanorum, eo videlicet, qui vivo Imperatori adjungi possit, & quæstio concipitur de Imperatore, quæ confusio est contra legem methodi. Præterea quid hic reiterari debet, de quo ab autore sup. t. 8. pag. 154. ex professo, & sua in sede actum. Quæstio itaq; concipienda fuit de Rege Romanorum.*

Dignitas & potestas Regis Romanor. post Imperatorem proximum sibi vindicat locum, aliosque Reges omnes longè antecedit. [*L. 1.*] Is enim est, in quem, defuncto Imperarore, ipso jure Imperii potestas ac titulus transit. D. Paurmeist. *d. c, 5. n. 3. & lib. 2. cap. 4. n. 4.* G. Sigismundus Seldus in seinem bedencken an Keyser Ferdinand / wie des Bapsts zu Rom Pii V. unbilligen anmassen wieder ihre Keys. Majestät ordentliche Wahl etc. zu begegnen ibi. Ja es haben wohl etliche Rechtsgelehrten gehalten / daß eines Römischen

Keysers Sohn / der die anwartung ans Reich hat / ein Keyser mag genennet werden. Vnd ist auff m Reichstag zu Franckfurth durch gemeine Ständte / vnd andere erkent worden / das ein Römischer Keyser vnd König eben ein ding seye. is enim est, qui cum Imperatore unum & idem tribunal & auditorium habere censetur Matth. Steph. *d. c. 2. n. 55.* G. Schonborner. *d. c. 19.* Unde contra eundem crimen læsæ majestatis committi existimant Gigas *in tract. de crim. læs. majest. lib. 1. q. 15.* Ant. Quetta *cons. 1. n. 17.* Mynſ. *decad. 5. resp. 44. n. 14.* Matth. Steph. & G. Schonborner. *dd. loc.* Quod eatenus verum puto, quatenus vocem majestatis pro personali dignitate & honore accipiant cum Lipsio *lib. 2. Polit. c. 16. & in monit Polit. eod. c.* Keckerm. *1. Polit. c. 4. p. 129* quæ tamen acceptio minus est propria. Kirch. *disp. 2. de Rep. θ. 3. lit. b.* Nam majestas propriè sic dicta soli Imperatori, aliisq; superiorem non recognoscentibus, tribuitur. At verò Rex Romanorum Imperatorem superiorem recognoscit, ejusque autoritatem comiter observare tenetur, [*L. 2.*] E. Hinc est, ut Rex electus in sigillis & insignibus Aqui-

lam

lam: aureum simplicem, Imperator vero coronatus duplicem, sive bicipitem gerat. Ulysses Aldrovand. p. l. 1. Ornithologiæ pag. 81. Stevvechius *in not. ad Vegetium lib. 2. pag.* 102. Casius *lib. 7. cap. 6. de Republ. Roman.*

(L. 1.) Contradixerunt aliquando Galli, & adhuc hodie Regem suum Romanorum præferunt Regi. Vide Theodor. Gothofred. in tr. de la preseance des Roys de France sur les Roys d'Espaigne, & Iacob Gothofred. in diatrib. de jure præcedentiæ part. 1 cap. 1. thes. 12. qui & rationibus, & præjudicio pugnant de quibus egi lib. 2. jur. publ. cap. 15. n. 43 & seqq.

(L. 2.) Comiter observare quid sit, explicat sup. c. 11. p. 381. Comiter conservare majestatem, nihil est aliud, quam benignè conservare, quod fit reverentia, non obsequio At Imperatori non tantum reverentiam, sed & obsequium Rex Romanorum debet. R. A. *de Anno 1555.* §. solches alles *ibi:* Kays. Majest. unsern lieben Brudern und Herrn.

Aliud hic dubium oritur: *An Rex Rom. absente Imperatore, suo nomine in Impe-*

Imperio potestatem Cæsaream exercere possit? Affirmat Matt. Steph. hac ratione, quod sit perpetuus imperii Vicarius, à lege, hoc est electione & consensu omnium statuum imperii constitutus, jurisdictionemque ordinariam suo & proprio jure habens, *per tit. 2. A. B.* Quod confirmare videtur Ordin. Cam. *p. 2. tit. 18. in fin.* ubi ita legitur: Daß die Absolution von der Acht anders nicht / dann mit ihrer Liebde vnd Keys. Majestät / oder dero abwesens vnserm als Römischen Königs vorwissen vnd willen. Sed hujus sententiæ falsitas ostenditur ex capitulatione Rudolpho II. Regi Rom. electo, superstite parente Maximilian. II præscripta, ubi dicitur: Wir sollen vnd wollen vns auch keiner Regierung noch Administration im heiligen Römischen Reich / weiter oder anders vnterziehen / dann so viel vnß dessen von Keyserl. Majestät vergünnet vnnd zugelassen würde / daß wir auch ihrer Keyserlichen Majestät die Zeit ihres Lebens an ihrer Hochheit vnd Würden deß Keyserthumms keine Irrung oder Eintrag thun sollen vnd wollen. Eodem prorsus modo Protestantes Anno Christi 1532. Schwinfurti cum

cum Carolo V. Imp. convenerunt: ut si quando Roman. Rex crectur, vivo Cæsare, non suo sed Cæsaris tantum nomine Remp. administret, nec ullam sibi potestatem aut imperium arroget: Principes atque ordines imperii non teneantur ei ulla fide, aut jurejurando, nisi post mortem Cæsaris teste Sleidan. *de stat. relig. lib.8.* Text. ex A. B. à Matth. Steph. adductus, non loquitur de Rege Rom. in Imperatorem promovendo, & defuncto Imperatore, qui casus à nostro est diversissimus. Paurmeist. *de jurisd, lib.2. cap.5. num.9.*

CAP XVI.

Vicarii. *HActenus de Imperatore & Rege Romanorum, sequuntur Imperii Vicarii quos definio Provisores, qui vacante Imperio vicem Imperatoris sustinent, & in ejus locum succedunt.*

Unde nomen Vicariorum profluxit, quod alterius vicem gerant & sustineant. Wesemb. *in π. C. de offic. Vicar.* Quemadmodum verò olim diversi fuerunt Vicarii, &

& quidem Orientis tres, *l. fin. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Occidentis totidem, unus urbis Romæ, de quo Casſiod. *4. Var 41.* Panciroll. *in not. utriusq. Imper. lib. 2. cap 48. & ſeq.* alter Vicarius Africæ: tertius Hiſpaniarum, cujus fit mentio *in l. fin. C. quorum bonor. & in inſcript. l. ſi à ſponſo. C. de donat. ante nupt.* Vide Briſſon. *de verb. ſig. libr. 19. verb. Vicarij.* ita etiam in noſtro Roman. Germanico Imperio diverſi inveniuntur, quibus olim Imperator vices ſuas pro arbitrio mandare ſolebat, ut Brunoni Otho I. Imper. & Fridericus Reinoldo Colonienſi. Dn. Freher. *in not. ad P. de Andl. lib. 2. cap. 10. verb. vacante Imperio.* ne Reſp. quid detrimenti pateretur, & ad inſtar navis in medio mari ſine Rectore ſubmerſioni ad primum tempeſtatis ſubortæ impetum obnoxiæ, procellis tumultuum concuteretur. P. Gregor. Tholoſan. *lib. 7. c. 4. n. 20. de Rep.*

Suntq. hodiè duo a) tantum Principes Electores, b) Comes Palatinus Rheni, c) & Dux Saxoniæ. d)

a) Licet regulariter ſede vacante capitulum in adminiſtratione & jurisdictione ſuc-

ne succedat. *c. his quæ 11. c. cum olim. 14 de major. & obed.* tamen consuetudine obtinuit, ut Palatinus tantùm & Saxo huic officio præsessent. *cap. 5. Aur. Bull.* vid. den kurtzen Bericht von des Heil. Römischen Reichs/der Churfürstlichen Pfaltz zustehenden vicariat. b) Marq. Freher. *d. cap. 10.* dissent. Pontificij, qui magno consensu Papæ Vicariatum Imperij tribuunt; propterea quod Imperium immediatè ab Ecclesia dependeat, ac proinde eo vacante ad illius jurisdictionem redire debeat. *c. si fratrum ne sed vac. in extravag.* Canonist. *in c. licet ex suscepto. de for. compet.* P. de Andl. *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 10.* Ant. de Rosell. *de potest. Pap. & Imperat. part. 1. cap. 48.* Restaurus Castald. *de Imper. quæst. 90.* Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 35. num. 68.* Bellarm. *consi. 4. num. 36.* Lud. Molin. *de just. & jur. disp. 29. §. 3.* c) De origine hujus Vicariatus ita scribit M. Freher. *d. cap. 10. verb. Comitatus sui privilegio.* Vicariatus iste Imperii, quem sub interregno vel Cæsare absente Palatinus gerit, non aliunde quàm vi & jure præfecturæ Palatij veteris sive Majoratus domus sub regno Francorum (quæ dignitas mandatam à Rege cogni-

cognitionem habebat, vel eo cessante usurpabat) descendit: eâq; ratione factum, quod præ aliis hi duo Palatini, Rhenensis & Saxonicus (qui & ipse Palatini titulo ab antiquo gaudet) totius imperii vicariam Administrationem divisis inter se limitibus meruerint. Cum enim Imperium Romanum, quale tunc erat, in duo Regna esset divisum, Lombardicum & Teutonicum Teutonicū a duplici jure regeretur, Fāncico & Saxonico: quorū hoc gentē Saxonicam ad mare Balticum & Sarmatiam; illud tractum Rheni, Franconicum, & Sueviam, sub qua etiam Bavariam, Austriamque, ad Alpes usque complectebatur, conveniens visum est, ut duo illi Palatini, ceu proximi à Cæsare, eo absente vel mortuo, vice sacrâ regnum totum Teutoniæ (quod κατ' ἐξοχὴν Imperium vocari solet) gubernarent. Quod à majoribus procul dubio ita institutum Carolus IV. Imp. in Comitiis Imperi apud Noribergam confirmavit. & Aureæ illi Bullæ nominatim inseruit: & alii etiam Cæsares tàm ante quàm post illum, peculiaribus diplomatis, (*quæ videri possunt in d. tr.* Von deß heiligen Reichs *vicariat.*) ut & alia regalia Pala-

Palatinis Principibus confirmare consueverunt. Hactenus Freherus. Confer Dn. Arum. *in prælect. ad cap. 5. A.B.* Ardua & anceps hoc loco existit quæstio: *An vicariatus ad Electores Palatinos ratione Comitatus Palatini, vel Ducatus Bavariæ pertineat?* De qua quæstione videantur M. Freher. & C. Gevvoldus in scriptis eâ de re non ita pridem publicatis. d.) *c. 5. Aur. Bull.* Dieter. *de summa summi Imper. potest. concl. 21.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 29.* Bocer. *2. de regal. num. 61.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. num. 158. & seq.* Just. Gebhard. *in discurs. Academ. 17. θ. 43. & seq.* Dn. Arum. *ad d. cap. 5. A.B.* qui putat, per Bullam Auream Saxonem vicariatum accepisse, idque probat ex constitutione Ludovici Bavari, quæ extat apud Goldast. *tom. 3. Const. anno 1339.* ubi Saxonis nulla fit mentio.

Circa Vicariorum potestatem notand. est, 1. circumstantia temporis & loci: 2. Objectum.

Tempus, quo dicti Vicarii suum Vicariatum exercere incipiunt, est il-

lud, quod ſacrum Imperium vacare contingit, quod fit vel morte Imperatoris, a) ejus depoſitione, b) vel reſignatione c) vel etiam ejusdem abſentiâ. d)

[L] *His modis ſacrum Imperium vacare putat autur, verum, ut ſupra in defectu peccavit p. 237. ita hic in exceſſu. Falſum enim eſt, Imperatore abſente vacare Imperium. Abſentia poſſesſionem nobis non aufert. §. 5. inſtit. de interdictis. l. 3. §. 11. l. 6. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Valdè enim abſurdum eſſet, ſi more teſtudinis perpetuô nos domi continere eſſemus aſtricti, nec pedem lim ne efferre liceret, citra juris noſtri amisſionem. Quod ſi ita eſt, utiq; vacuum illud non eſt, à quo quis non animo vacuandi recèsſit. In Jure noſtra vacans mulier illa eſt, quæ maritum non habet. l. 5. §. 2. ff. ad legem Jul. de vi publ. non illa, cuius maritus revertendi animo abſens eſt. Idem de Imperio dici poterit. A. B. conſtitutio cap. 4. §. 2. eſt, ut quoties, & quando ſacrum vacare contingit Imperium, Moguntinenſis cæteros Electores convocet, atq; electionem novi Regis, in Cæſarem promovendi, ſuſcipiat. Quod ſi*

si nunc per absentiam Imperatoris peregrè abeuntis, vacare dixerimus Imperium, alterum quoq; quod constitutio suggerit subeamus necesse est.

a) De hoc casu expressè loquitur Aur. Bull. quo Vicarii maximè necessarii sunt, ne imperium in Anarchiam transmittetur. quod etiam innuit aut. d. tract. Von des Heil. Reichs &c. Vicariat ibi pag. 9. Da auch im Heiligen Reich Teutscher Nation solche nothwendige vorsehung von alters nicht gewesen seyn solte / so würde in denen etwas lang gewerten Intertegnis gantz und gar in demselben eine Anarchia sich befunden haben. b] vid. s. *cap. 10. pag. 299. & seqq.* c.) vid. *d. cap. 10. pag. 299.* & Buxdorff. *ad A. B. concl. 10.* d) Onerosa hic occurrit quæstio: *An etiam hoc in casu, quando scil. Imperator trans Alpes Italiam ingreditur, Vicariatus officium Palatinus & Saxo exerceant?* Pro negativa multa inveniuntur exempla, non solum ante Bullam, sed etiam pòst, quæ referuntur à Buxdorff. *in Aur. Bull. conclus.* 54. *lit. c.* Nam Fridericus I. coronæ Imperialis capiendæ causa in Italiam concedens, Q.

Uratislaum Bohemum, Dubrav. *In histor. Bohem lib.* 12. & in terram sanctam abiens, Henricum filium, Sigon. *lib. 15. de regn. Ital.* Fridericus II. Italicis bellis implicatus Albertum Magdeburgensem Archiepisc. Electorem. Spangeb. in Chronic. Mansfeld. *cap. 251.* Henricus VII. qui ad capessendam Augustalem mitram in Italiam concedens Johannem filium, Dubrav. *in histor. Bohem. lib. 28.* Ludovicus Bavarus Edoardum III. Angliæ Regem, Frossard. *lib. 1 c. 33.* Post Bullam luculentissimum exemplum habemus in Carolo V. Imper. qui in casu absentiæ fratrem suum Ferdinandum Reichsabschied *de anno 1521. & seq.* auctor *d. tract.* Von des H. Römischen Reichs *vicariat.* generales imperij vicarios constituerunt. Veruntamen, his aliisque similibus exemplis non obstantibus, contrariam sententiam veriorem putamus cum Marq. Freher. *lib. 1. Orig. Palat. cap. 15. & in not. ad P. de Andlo d. c. 10.* Bodin. *de Rep. lib. 1. cap. 8. n. 128.* Buxdorff. *d. concl. 54. lit. d* auctor. *d. tr.* Von deß H. Römischen Reichs *vicariat. pag. 11.* Et ne exempla quis requirat, Rudolphus II. Palatinus socer Caroli IV.

Imp.

Imp. ejusdem per totam Germaniam Vicarius fuit. Eundem vicariatum gessit Ludovicus Barbarus Palatinus, qui & pius dictus, cum Rupertus Cæsar pater illius exercitum in Italiam duceret, *A. C. 1401*. Ludovicus quoque Philippi F. ab obitu Maximiliani I. usque ad Caroli V. initum imperium administravit Freher. *d. c. 10. & 15.* Quod privilegium à multis imperatoribus confirmatum est, præsertim Electori Palatino, veluti diplomata *in d. tract.* Von des H. Reichs *vicariat* edita clarissimè ostendunt. Quibus ipse quoque Carolus V. Imp. robur perfectissimum accommodavit, in diplomate quodam dato Wormatiæ 1521 die 28. Maij, quod idem auctor *d. loc. sub. lit. R. exhibet.* ibi: So ein Römischer Keyser oder König vber Berg zeucht / oder aus dem Reich ist / seiner Lieb vnnd einem jeden Pfaltzgraffen / der Churfürst ist / die versehung vnd verwaltung desselben gebühret / vnd zustehet / wie wir dann dasselbig / auch seine hergebrachte Freyheit vnnd Privilegium hiervon confirmiret vnnd bestetigt / &c. Item Maximil. II. anno. 1559. 28. Junii. & 1566. 23. April. Et denique Rudolphus II.

2. Novemb. Anno 1575. item de Anno 1578. & de Anno 1585. 20. Maii, ac ultimo, de anno 1594. 12. Augusti. Hinc factum, ut Carolus V. Imp. Ferdinandum Fratrem Vicarium Imperii generalem constituere volens, id cum assensu Palatini facere, eique & Saxoni cavere coactus fuerit, id ipsorum privilegiis nullum præjudicium inferre debere, teste auctore *d. tr.* von des Heiligen Reichs Vicariat.

Sequitur quibus in locis hi Electores vicariatum suum exerceant, nempè Palatinus in tractu Rhenano, Francico, & Suevico: Saxo verò in illis locis, ubi jura Saxonica servantur.

Q. Quæritur hic: *Quid dicendum sit de illis provinciis, quæ neque huic neque illi expresse sunt assignatæ?* Resp. Etsi non omnia loca sint expressa, totius tamen Imperii curam divisis inter se limitibus illis esse demandatam Marq. Freher. *d. c.* 10. & 15. Thom. Mich. *d. conclus.* 29. Dieter. *d. concl.* 21. Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl.* 58.

Objo-

Objectum circa quod occupatur potestas a) Vicariorum, consistit in personis b) rebus c) & actionibus. d)

a). Potestas Vicariorum est amplissima, ut videre est ex formula quadam concessi Vicariatus, quam integram exhibet Dn. Freher. *in d. c. 15. Orig. Palat. & d. cap. 10. ad P. de Andlo.* b) Ut est potestas spurios, bastardos, & quoslibet de damnato & illicito coitu procreatos legitimandi, etiamsi forent filij Illustrium Principum, Ducum, Comitum & Baronum, eosque natalibus & omnibus legitimis juribus restituendi: Creandi Notarios publicos & Tabelliones. Vid. *d. formulam* apud Freher. Item potestas beneficia Ecclesiastica præsentandi Buxdorf. *ad Aur. Bull. concl. 65.* ejusmodi etiam est potestas primariarum precum super beneficiis primò vacaturis, &c. Speculat. *tit. de præbend. vers. item nota. §. & restat.* P. G. Tholoss. *l. 17. Syntagm. jur. cap. 7. num. 12.* Bocer. *decis. 32. num. 81.* Castald. *de Imperi quæst. 100. num. 14.* Bursat. *consil. 126. n. 39. & 40.* Lancell. *in templ. om. jud. l. 1. c. 2. § 3. v. 16.* Alvarez. *in spec. Rom. Pontif. cap. 55. nu. 10.*

num. 10. Matt. Neap. *de jurisd. p. 2. cap. 40. num. 6.* Geil. 1, *obs. 155. num. 7.* Freher. *d. loc.* Thom. Michael. *concl. 13. lit. a.* Preces primariæ ideô appellatæ, quod consuetudo esset Imperatoribus, ut hilariter & promptè beneficia seu Ecclesias conferrent primò petentibus. Dn. Paurmeist. *de jurisd. Imp. Rom. lib. 1. cap. 4. n. 42.* Ubi notandum Imperatores non beneficio Pontificum, sed jure regio ac more à majoribus accepto conferre preces, Paurmeist. *d. cap. 4. n. 44.* Diss. Geil. *2. obs. 155. numer. 7.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. pag. 1. cap. 1. memb. 2. n. 116.* Dn. M. Syring. *de pace relig. concl. 31.* c) Ut est potestas investiendi de feudis. *c. 4. A. B.* Ordin. Regni *de anno 1521. §.* aber andere und geringere Lehen. Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. num. 8.* exceptis duntaxat feudis Ducatuum & Principum, nostrâ linguâ Fahnlehn / quæ in publicis Comitijs, vel curiis cum vexillis ab Imperatore accipiuntur. Vid. S. *cap. 11.* & allegatos à Buxdorff. *concl. 28. lit. b.* Et potestas recolligendi reditus & proventus. *c. 4. Aur. Bull. in pr.* non etiam retinendi & lucrandi Dn. Arum. *in d. c. 5.* Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 66.* Palatinus hoc quoque habet

habet privilegium, ut loca & dominia Imperij à Cæsaribus alienata & oppignorata, ipsi eodem precio eisdemque conditionibus reluere & redimere liceat. Marq. Freher. *d. c. 16,* d) seu judiciis, in quibus eandem potestatem habent vicarij, quam ipse Imperator, exceptis casibus in jure prohibitis, *c. 2. ubi gloßa de offic. vicar. in 6.* Lancell. *in templ. omn. jud. lib. 2. cap. 6. §. 1. num. 15.* Buxdorff. *concl. 62.* vid. Freher. *d. cap. 15.* Quin Imperator ipse coram Palatino Rheni (sed solo, excluso hac parte Duce Saxoniæ) conveniri potest. *cap. 5. A. B. §. fin.* Gœden. *cons. 5. num. 12. tit. de aur. & argent. fod.* Castald. *de Imper. qu. 19. num. 8.* P. de Andl. *lib. 2. de Imper. Roman. cap. 10.* & ibi Marq. Freher. *in notat.* Idem *lib. 1. orig. Palat. cap. 15.* Vasqu. *libr. 1. Illustr. quæst. 22. num. 11.* Dn. Vult. *ad. l. 1. num. 4. & seq. C. ubi senat. & clariß.* Heig. *part. 1. q. 4. num. 29.* Schrad. *de feud. pag. 10. f. 1. num. 55. & f. 5. numer. 40.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 131.* Knichen. *de Sax. non provoc. jur. verb. Electorum, cap. 1. num. 150. & seq. & cap. 5. num. 58.* Sixtin. *de regal. libr. 1. cap. 8. numer. 52.* Bocer. *de invest. feud. cap. 3. num. 75.* Clapmar. *lib. 2. arcan-*

Rerump. cap. 20. A. Hering. *de fide jussor. cap. 7. num. 291.* Rauchbar. *lib. 2. quæst. 11. art. 146.* Buxdorff *ad Aur. Bull. concl. 77. lit. e.* G. Schonborner. *lib. 5. Polit. cap. 34.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap: 1. num. 154.* Dixi coram Comite Palatino, non Pontifice, prout Pontifices asserere non erubuerunt, *in c. Venerabilem 34. de Electio. cap. 1. de probat.* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 1. §. 4. num. 4,* Hoc tamen judicium non alibi quàm in Imperatoris curia institui potest, (*L.* 1) Dn. Vult. *d. loc.* Matth. Steph. *de loc.* quod ante Legem Carolinam ad Rheni fluminis ripam fieri solebat. Freher. *d. c. 10. & 15.* Sciendum autem est, Imperatorem tùm demum conveniri coràm Comite Palatino, si controversia sit de causis pecuniariis. Si enim ob malè administratum Imperium conveniendus esset, cognitio ejus non solius Electoris Palatini esset, sed omnium Electorum imperii. Privatis enim hominibus minimè concedendum est, ut Imperatorem in jus vocent, ne majestas Imperatoria prostituatur. (*L. 2.*) Dn. Vult. *in d. l. 1. C. ubi senat. vel Clariss. num. 4. & seqq.*

Si

[L. 1.] *Si textum germanum A. B cap. 5. sequimur, non in sola Imperatoris curia hoc judicium peragi poterit, sed & alibi. Verba ita sonant:* An einem Kayserl. chen Hoff / oder wo der Kayser / oder Römische König gegenwärtig ist. *Si latinum, non curiam Imperatoris, sed Imperialem, pro loco habebimus. Quid verò curia Imperialis hic notet, dixi de jure publ. lib. 3. c. 9. n. 77.*

[L. 2.] *Nulla hujus cum praecedentibus est connexio, nec ipsa propositio generaliter vera.*

Modi, quibus Vicariatus finitur, sunt duo. 1. Si Imp. absens revertatur. 2. si novus Imp. eligatur.

Videatur Buxtorff. *concl. 75.*

CAP. XVII.

H*Actenus de Imperante & capite, sequuntur parentes seu membra. a)*

a) Quemadmodum Justinianus viros illustres senatoresque partem sui corporis agnovit, *l. quisquis. C. ad leg. Jul. majest.* ita Imperator, Reichsabschiedt

de

de anno 1512. in pr. Haben wir vns mit den Reichsständen gleich als ein Christlich corpus vereiniget / vnnd vertragen. Confer. Thuan, *in præfat. lib. 2. hist.*

Parentes vel sunt status Imperij, vel non sunt.

Status Imperij, *vulgò* Stände des Reichs / oder Reichsräthe *sunt, a) qui imperij matriculâ b) comprehensi, ut Cæsari de usu imperii in comitiis differenti, consilio & consensu pro temporum varietate assistant.*

a) Dn. Zachar. Viet. *de causs. exempt. imper. consl. 5.* ex Geilio *lib. 1. obscrv. 21. n. 2.* Knichen. *de Sax. iur. nonprovoc. cap. 2. num.* 1. Spring. *de pace relig. cap. 10.* b) Matrices, unde matricula olim libelli erant, in quibus Cæsareo fisco pensitantes descripti continebantur, sicut hodiè in matricula Imperii, quæ non inconvenienter album dici potest. Budæus *in l. 1. de edend.* aliis pitacicum. Cujus 3. potissimum sunt requisita 1. Ut sit scriptura publica & authentica. 2. sit ordinum aut superiorum autoritate confecta. 3. sit ex archivo publi-

publico deprompta, veluti in imperio ex Cancellaria Moguntina Zachar. Viet. *d. concl. 5.* Ruland. *de Commissar. lib. 5. pag. 2. cap. 4. num. 11. 12. & cap. 8. n. 10. c. 24. num. 7.* Canonist. *in c. cum causam de probat. & in c. ad audientiam. de praescript.* Schurff. *consil. 90. num. 5. cent. 3.* Omnis igitur, qui in album seu matriculam Imperij est relatus, tantisper Imperij status habetur, donec exemptio probetur, nam pro matricula praesumitur. *l. matriculam. C. de argentib. in reb. lib. 12.* Geil. *de observat. 21. num. 4. & 7.* Bl. *in l. scriniarios. C. de testib. milit. n. 1.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. n. 37.* Is quoque qui citatus in prima instantia ad Cameram, ibi comparet, ac ut reus jus & judicium in se recipit. Imperij status certo certius habetur. Matth. Steph. *d. c. 4. n. 44.* Notissimi enim juris est eos saltem, qui imperio immediatè subjecti, atque adeo status Imperij sunt, in prima instantia coram Camera conveniri posse. *(L. 1.)* Ordin. Camer. *part. 2. tit. 1. 2. 3. & 5.* Geil. 1. *observ. 1. num. 4.* Praeterea imperij status sunt, qui comparent ad conventus imperij, inque iis jus sessionis ac votandi habent Reichs-

stb.

abschiedt zu Augspurg / de anno 1548. §. Wann auch Cothm. *consil. Academ. 47. numer. 33.* Matth. Steph. *d. cap 4. num. 46*, Gilman. Symph. *tom. 2. p. 1. vol. 7. nu. 21.* D. Vietor. *d. loc. concl. 37.* Denique necessitas quoque solvendi collectas (non census, qui ex pacto protectionis causa citra subjectionem dari potest. P. Gregor. Tholoss. *lib. 3. Syntagm. cap. 3. num. 4.* imperii onus demonstrat, & facit aliquem imperii esse statum. Geil *de arrest. cap. 7. num. 14.* Mynf. 4. *observ. 24. & 5. obser. 29.* Matth. Steph. *d. cap. 4 num. 40.* Pancirol. *consil. 119. num. 64.* Heig. *part. 1. quæst. 18.* Cothman. *d. consil. Academ. 47. num. 31.* Cravet. *consil. 195. numer. 1.* Schurff. *consil. 59 cent. 1.* Bald. *in l. data opera. C. qui accus. poss.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 946. n. 1.* Menoch *de retin. possess. remed. 3. num. 581.*

[L. 1.] *Errat Matth. Steph. ut & autor noster, & omnes, qui in hoc eum sequuntur. Multi Imperio immediatè subjecti sunt, qui tamen status Imperii non sunt.* R. A. zu Wormbs *de Anno 1564. §.* Vnnd wollen wir als Römischen Kayser gegen denen so nicht Stände deß Reichs / jedoch dem heiligen Reich *immediatè* vnterworffen. *Præ-*

Præterea contrarium docet autor, si cum h. p. jungantur illa, quæ scripsit inf. cap. 19. Falsa itaq; connexio: Immediatus est, Ergò Status est Imperii. Allegata ordinatio Cameræ p. 2. tit. 1. 2. 3. & 5. ne hilum patrocinatur autori nostro, ut eius dabit lectio. Apud Gailium 1. observ. 1. num. 4. Nulla hujus rei mentio.

[L. 2.] Dantur Status Imperii, qui à contributione, seu collectis immunes sunt; & dantur alii, qui collectas atq; contributiones illas exsolvere tenentur, status tamen Imperii non sunt. Vide quæ posui lib. 1. de jur. pub. cap. 7. n. 69. Collectarum itaq; solutio non facit Statum Imperii.

Commodè hic quæritur: *An maneant imperii status, qui in Imperio nil amplius possident præter titulos tumulosq; majorum, ut collectas solvere non possint?* Affirmat. Dn. Victor, *d. loc. de conc. 31.* Quia statum Imperii esse, non patrimonii qualitas, sed personæ est dignitas. Knichen. *in velit. Apolog. numer. 14. 15.* 110. 131. vid. Gilm. *Symph. tom. 3. pag 35.* *Sed quid de Episcopis Protestantibus, qui nec à Cæsare adhuc*

adhuc dum confirmati sunt. dicendum, an & hi Imperii statibus annumerandi? Ratio dubia est in Reichsabschied de anno 1555. §. Vnd nach dem bey vergleichung: ibi Wo ein Ertzbischoff oder ein ander Prælat von vnser alten Religion abtreten würde / daß derselbe sein Ertzbisthumb oder Prælatur alßbald ohn einige wiederung / jedoch seinen Ehren ohn nachtheilig verlassen sol. Ratio decid. quod invitis & repugnantibus Principibus verba illa sint apposita, suffragante ipso contextu, ubi Cæsar ait: Welche sich aber bey der Religion Stände nicht haben vergleichen können. Dn. Zachar. Viet. *d. loc. concl. 32.*

Concessum est hisce statibus immediatè subjectis in prima instantia privilegium der Außträge.

[*L.*] *1. Propositio verbis non satis ad rem congruentibus concepta est. Debebat autem, vitandi erroris causa, ita formari: Concessum est hisce statibus Imperio immediatè subjectis. Eo autem modo quo ab autore concepta, & hoc significare poterat, quasi privilegium primæ instantiæ, seu jus Austregarum.*

garum, competat illis, qui statibus immediatè sunt subjecti. 2. Non satis probè cum hac propositione concordat illud, quod autor sup. cap. 15. in prop. Status Imperii lit. b. in med. dixit: Notissimi enim juris est, eos saltem qui Imperio immediatè subjecti atq; adeò status Imperii sunt, in prima instantia coram Camera conveniri posse. Nam pugna est manifestissima, generaliter si dicas, potest in Camera Conveniri in prima instantia: Et habet jus primæ instantiæ, seu Austregarum. Hoc enim jus efficit, ne quis regulariter coram Camera in prima instantia conveniri validè possint. 3. Indistinctè propositio se refert ad status Imperii, de quibus in præcedentibus actum: At tales quoque sunt Civitates liberæ Imperio immediatè subjectæ, quibus tamen non omnibus, sed certis tantum ex iisdem, privilegium Austregarum datum est: vide autor. c. 18. ad class. VII in fin.

Sive se invicem conveniant, sive ab aliis conveniantur, juxta præscriptum ordin. Camer. *part. 2. tit. 3. & seqq.* Gilhaus. *part. 1. arbor. judic. cap. 1. §. 8.* Matt. Steph. *lib. 2. de jurisd. cap. 3. membr. 3. num 10. & seqq.* Quod ideò introductum est, ne deterioris conditionis essent mediatè

imperio ſubjectis, quibus plures conceduntur inſtantiæ, at immediatè ſubjectis una duntaxat. Thom-Michael. *de jurisd. concl. 38. lit. c.* Sed quæritur: *An privilegiat hæc inſtantia Cæſareæ jurisdict. præjudicet?* Neg. D. Paurm. *lib. 2. de jurisd. cap. 4. num. 132. & ſeqq.* quia regulariter jurisdictio omnis conceſſa, non privativè ſed cumulativè data cenſetur. Idem *lib. 1. cap. 29. in pr. ad num. 16.*

Q.

Dividuntur autem ſtatus in tres Claſſes. I. eſt Electorum. II. Principum III. Liberarum Imperii Civitatum,

Dignitas Imperii Procerum ingens eſt, & quot ſtatus tot gemmæ in iſta imperii purpura conſpiciuntur. Circumſident nimirum medium ſuum ſolem radiantia iſta lumina, velut per ſingulos orbes ſigillatim diſperſa. D. Victor. *de exempt. imperii concl. 4.* Hinc Guilhelm. Bruſſus Scotus in conſil. de bello adverſus Turcas feliciter gerendo, ſcribit, ſe ut in Italia Palatia, & antiquitatum monumenta, in Gallia milites, in Hiſpania Præſules, in An-

Anglia Agricolas, in Polonia nobiles, ita in Germania Principes omni laude & admiratione dignos invenisse. Et Cluten. *in syll. rer. quot. θ. 26. lit. a.* Majestas Imperii Germanici magis in Principibus quam in ipso Imperatore posita est. Quod si verum est, Imperium Germanorum potius Aristocraticum dicendum erit, quam Monarchicum, siquidem à principaliori debet fieri denominatio. *l. quæritur, de stat. hom.* Confer. autor. *disput. de pote. princip. concl.* II. quod tamen Cluten. inficias iverit *d. loc. θ. 16.* Pertinet huc gravissima illa quæstio: *An Electores, Principes & Liberæ Civitates tantum possint in suis ditionibus & territoriis, quantum Imperator in Imperio?* Q. Disting. inter ea, quæ Imperatori sũt reservata, ut sunt Academiã erigere, Reges, Principes &c. creare, laureâ Poeticâ aliquem donare, ejusque generis alia, quæ sunt inseparabilia & incommunicabilia, [*L.*] Petra *de jure quæsit. non toll. cap. 17. 22. 32.* Choppin. 2. *de doman. tit. 9. num. 1* Rol. à Valle. *consil. 2. num. 97. vol. 1. & consil 80. num. 2. vol. 2.* & inter ea quæ Imperii statibus sunt concessa; quorum respectu

quæſtionem affirmamus. vid. Zaſ. *in lib.* 1. *in pr. num. 8. D. de edend.* Caſtrens. *conſil. 34. num. 1. & 5. lib.* 2. Henning. Gœden. *conſil. 5. n. 4.* Laurent. Kirchov. *in comment. opin. verb. Principes, Duces, Marchiones.* Natta *conſil. 554. n. 19. vol. 3.* Geil. 1. *de p. p. c. 6. n. 19.* Coler. *de proceſſ. execut. pact.* 1. *c. 2. n. 80.* Weſemb. *conſil. 27. n. 29.* Idem *conſil. 40. num.* 44. Dauth. *de teſtam. nu. 36. in addit. marg.* Decianus *reſp. 5. nu.* 17. *vol.* 4. Socin. *conſ. 4 num. 23. vol. 3.* Riminal. *jun. conſ. 370. nu. 3.* Alexand. *conſ. 2. nu. 9. vol. 1.* Alph. Moditius § *lex dub.* 101. *n. 16.* Borell. *de comprom. § 3. gl. 1. nu. 45.* Schrad. *de feud. part. 2. ſect. 10. n. 36.* Borcholt. *de feud. cap. 5. n. 87. & in c. 1. n. 8. quæ ſint regal.* Pruckm *conſ. 13. n. 82.* Scip. Gentil. 3. *de jurisd. c. 18.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 24. n. 1. vol. 1.* Idem. *conſ. 49. num. 3. vol. 2.* Pancir. *conſ. 9. n. 2.* Rauchb. *2. q.* 11. *num. 28.* Menoch. *conſil. 75. 250. 302. 305. 604.* Schurff. *conſ. 18. num. 2. cent. 3.* Rola valle *conſ. 29. vol. 1.* Idem *conſ. 68. n.* 16. *vol. eod.* Obrecht. *de jurisd. c. 4. num. 16.* Curt. jun. *conſ. 1. n. 29.* Bellon. *conſ. 59. n. 10.* Chaſſan. *de glor. mund. pag. 5. conſ. 24.* Cluten. *de th. 26. lit. a.* Dn. Victor. *d. concl. 4.* Autor

diſput

dispnt.de jur.princip.concl.89. lit.b. Kirchner. *disp.7. de Rep.th.2.*

[L.] *Laurea poetica aliquem donare, malè refertur inter illa, quæ Imperatori inseparabiliter adhærent, nec communicari possunt. Tota die videmus à Comitibus Palatinis poëtas laureatos creari, idq; vi privilegiorum quæ ab Imperatoribus tenent. Eandem potestatem ex privilegio Cæsareo sibi communicatam tenet Academia Argentoratensis.*

Quorum consideratio erit vel generalis vel specialis.

Generalis consistit in territorii acquisitione, cujus modi vel sunt naturales vel violenti:

Naturales sunt electio & successio.

Electio potissimum pertinet ad Principes Ecclesiasticos, puta Archiepiscopos, Episcopos, Abbates.

Anton. Coler. *de jur. Imper. Germ. sect. 49.*

Successio est vel ex testamento vel ab intestato.

Imp. Justinian. *in §. fin. Inst. per quas person. nobis acquir. l. 130. d. V. S. l. 3. de pet. hared.* Vult. *in consf. Marp. 29. nu. 115. vol. 1.*

Testamentaria successio in principatibus tûm demum locum habet, cum nullæ sunt leges, quæ hoc ipsum fieri prohibent.

Quamvis regula sit indubitata, utquam diu successio ex testamento speratur, tamdiu non sit locus successioni ab intestato, *l. quam diu. §. cum similibus. de acquir. hered.* Phil. Matth. *consil. Marpurg. 21. nu. 9. & 27. vol. 1.* illi tamen hîc locus non relinquitur, quoniam propter jurisdictionem merum & mixtum imperium, dignitatem regalem, Electoratus, Ducatus, Comitatus, &c. res feudales censentur, Oldendorp. *consil. Marpurg. 22. num. 1. vol.* 1. à quibus exulat testatoris dispositio. *c. 1 vers. nulla ordinatione. de success. feud. cap.* 1 *§. donare. qual. olim pos. feud. alien.* Mynſ. *consf. 92. numer. 22.* Schneid. *de feud. pag. 6. n. 2.* Zaſ. *pag. 8. n. 60.* Mozz. *de-*

de subst. feud. Borch. *c. 7. numer.* 3. Gœdd. *consil. Marp.* 25. *num.* 17. *vol.* 1. adeò ut ne quidem candelam pro anima vasallus relinquere posse dicatur. Andr. de Iser. *in c. 1. an agnat. vel fil.* Dn. Vult. *1. F. 9. nu. 70.* Nisi feudum sit hæreditarium. Geil *2. observ. 154. num. 9. & seqq.* Mynſ. *cent. 4. obs.* 2. Hartm. Pistor. *2. q. 1. n. 57. & seqq.* Quibus consequens est, Principum dispositiones super principatib9 nullius esse momenti, quales fuerunt Georgii Bavariæ Ducis, qui præter auri argentique vim omnem, genero suo Ruperto Palatino Philippi Elect. F. legavit eam Bavariæ partem, quam successionis jure tenebat, excluso Alberto Bavariæ Duce, Luc. Osiand. *cent. 16. part. 1. histor. Eccles.* Martin. Crus. *annal. par. 3. lib. 9. cap. 13.* Et Georgii Ducis Saxoniæ, qui nullis relictis liberis fratrem Henricum, ejusque filios Mauritium & Augustum testamento fecit hæredes, eâ conditione, ut si religionis formam mutarent, Carolo V. Imper. & Ferdinando fratri ditio cederet omnis, donec aut ille, vel filii, vel ex ea familia proximus agnatus conditionem implerent. Verùm

Henricus cognitâ fratris morte illicò conditione rejectâ adiit hæreditatem, quantumvis Cæsarem ac Ferdin. fratres in casum spretæ conditionis substitutos adversarios haberet potentissimos. Sleidan. *lib. 12. de stat relig. pa, 343. & seq.* Thuan. *lib. 2. histor.* Dn. M. Syring. *de pace relig. concl. 45. lit. c.* ubi firmissimis rationibus in simili casu demonstravit, conditionem hanc de religione non mutanda tanquam impossibilem pro non scripta esse habendam. Diss. Bertram. *de pace relig.*

Successio ab intestato est ex jure 1. sanguinis, 2 connubiorum, 3. donationis.

Successio ex jure sanguinis vel est certa, vel suspensa.

Sanguinis ratio ad successionem vocat primum liberos.

[L.] *pag. 554. ait. Sed non omnes vocat., nam primogenitus cæteris omnibus fratribus præfertur. Quæ pro confirmatione prioris propositionis allata sunt ab autore, infirmitatem alterius satis & abunde demonstrant. Imò & ipso quoque jure feudali probantur, quo primogenitus cæteros non*

non excludit. Quod autem in Electoratu contrarium observetur, id ad exceptionem pertinet, in ceteris ducatibus, atq; comitatibus regula observatur, eousq; donec contrarium pactis atq; consuetudinibus fuerit introductum:

Imp. Justinianus *in §. 1. Instit. de success. quæ ab intest. defer. auth. in successione. C. de suis & legit.* Paris. *cons. 3. in pr. vol. 3.* Soc. Jun.. *cons. 1. nu. 45. vol. 1.* Pistor. *cons. 25. num. 11. vol. 1.* Dn. Vult. *cons. Marp. 30. n. 56. vol. 1.* Philip. Matth. *cons. Marp. 31. n. 48. vol. eod.* quippe quos ad parentum bona naturæ simul, & ipsorum parentum commune votum admittit. *l. cum ratio 7. de bon. damn. l. scripto 6. in fin. Unde liber. l. nam & si. 15. in pr. de inoff test.* Rol. à valle *cons. 8. nu. 37. cons. 14. nu 13. & cons. 39. n. 12. vol. 3.* Regn. Sixtin. *consil. Marp. 9. n. 93. & seq. vol. 2.* cum etiam vivo patre quodammodo Domini existimentur. *l. in suis 11. D. de lib. & post. §. 2. Inst. de hered. qual. & diff.* Mynſ. Cent. 4. *obs. 25.* modò sint legitimè nati. Nam spurii cum patrem habere non intelligantur *l. 23. de stat. hom. l. 5. de in jus voc. §. 12. Inst. de*

nupt. §. 4. *Inst. de success. cogn.* nihil ex honore parentum accipiunt, Br. *in l* 1. *coll.* 4. *vers. item pono ex eodem*, C. *de dignit. lib.* 12. Tiraq. *in tt. de nobilit, c.* 15. *nu.* 10. nec sunt de familia eorum. Bl. *in l. ex libera C. de suis & legit.* Licet liberi etiam illegitimi quibusdam in locis jure nobilitatis gaudeant, & pro nobilibus habeantur, ut in Francia, Tiraquell. *d. c.* 15. *n.* 25. Tuscia, Angel. *in l. ex facto.* §. *regatus ad Trebell.* Florentia, Angel. *cons.* 30. *n.* 6. Br. *in tr. de sig. & arm. n.* 11 Nicol. *de Vbald. in tr. de success. ab intest. part.* 2. *n.* 52. Perusio. Angel. *d. loc.* Defertur autem successio regulariter masculis non fœminis, quæ ad feudorum successionem nunquam admittuntur, si masculi extent, ut paulò post dicetur.

Sed non omnes vocat, nam primogenitus cæteris omnibus fratribus præfertur.

Quod licet in Aurea Bulla saltem de dignitate Electorali seculari definitum cautumq; reperiatur, *c.* 7. *in pr.* Castald. *de imper. quæst.* 8. *num.* 21. *vers.* 29. Knichen. *in privil. Saxon. verb. Electorum. c* 2. Hotoman. *de success. patr. & nep. p.* 26. Dauth. *in*

repet.

recpet l. fin. num. 70. C. de pact. Dan. Moller. *semestr. lib. 2. c. 40.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 39. & seq.* Buxdorff. *ad d. c. 7. A.B. con. l. 55. lit. b.* Anton. Coler. *de jur. imper. Germ. sect. 50.* Dn. Freher. *in notis ad Sigismundi Bullam*, nihil tamen vetat, quo minus idem in Ducatibus, comitatibus & aliis dignitatibus inferioribus obtineat, *c. licet. de voto. c. grandi de suppl. neg. prælat. in 6.*

[*L.*] *Allegata capitula ne hilum ad propositum faciunt.*

Corset, *in tr. de potest. reg. par. 2. quæ. 9.* Mart. Laudens, *in tract. de primogen. q. 8.* Lancell. *lib. 2. templ. omn. jud. cap. 1. § 4. vers. 22. n. 4.* Tiraq. *in præfat primogen.* P. Gregor 7. *de Repub. 5.* Bodin. *6. de Rep. 5.* Eberh à Wey *de success. prærog.* Chassan. *de glor. mund. p. 5. consid. 41.* nisi fortè pacta aut consuetudines familiarum sint in contrarium. Treutler. *pag. 1. disput. 19. θ. ult.* Idemque in Francia observari testatur Bodin. *lib. 6. de Rep. cap. 5. num. 734. & seq.* Heig *part. 1. q. 6.* Hotom. *de antiq. jur. regn. Gall. l. 1. c. 14.* Pruckm. *in §. soluta potestas. ff. 3. nu. 17. & seqq.* Tiraq. *de*

de jure primog. *q.*21. ubi ejusmodi exclusio reliquorum fratrum vocatur *Appennagium*, Germanicè Abbannung q.d. remotio à regno, Keckerm *Polit. lib.* 1. *pag.* 115. Althus. *cap.* 19. *Polit. num.* 83. Quod jus ut est antiquissimum, Hieronym. *in c.* 49. *Genes.* ita optimâ ratione introductum, ne scil. regna, principatus atque patrimonia divisione destruantur, sed unione conserventur. Felin. *in c. prudentiam. col.* 3. *de offic. de leg.* Jas. *in l. nemo potest: col.* 1. *in* 1. & 2 *lect. de leg.* 1. Joh. Lencirier. *in tr. de primog, lib.* 1. *qu.* 3. Geil. 2. *obs.* 153. *num* 3. ubi ait, divisionem non tantum familiis, sed imperio quoque damnosam esse, ita ut præter titulum dignitatis nudum, & nomen vix aliquid reliquum sit: & subjicit paulò post: avorum nostrorum memoriâ feuda dignitatum apud unum ex familia, præsertim seniorem, semper sarta tectaque conservata sunt, quia prudenter considerarunt, nihil esse tam magnum, quod divisione parvum non fiat. Tùm etiam, quia experientia quotidiana testatur, ex communione & divisione regnorum multas rixas atque contentiones esse excitatas. Dn. Sixtin. *consil. Marp.* 11. *num.* 14.

&

& *seqq.* ut verissimè scripserit Lucan. *lib.* I.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Hinc cum Lydis Crœsus imperaret, & in Imperii consortium fratrem adhibuisset, tum quidam ex Lydis Crœsum his verbis allocutus dicitur: *Omnium in terra bonorum, o Rex, autor est sol, nec quicquam extaret in terra sole non illustrante. At si gemini soles forent, periculum immineret, ne mox omnia conflagrarent.*

Est autem primogenitus is, qui primus est in ordine nascendi. *c. qui prior. de R. J. in 6.* sive alius post eum natus sit, sive non *c. Joseph. d. V. S.* Quin etiam natus ante adeptam à patre dignitatem, habet jus primogeniture, præferturque secundogenito, qui à patre Electoratum vel similem dignitatem possidente, procreatus est. *per l. 5. de senat. l. ult. C. de decurion. l. 2. §. 1. D. eod. l. 7. si tab. test. null. ext. c. ad extir-* pan-

pandas, extr. de filiis præsbyt. Cujac. *2 feud.* 11. Menoch. 5. *præsumpt 33. numer. 88.* Idem: *consf. 677. numer. 5.* Forst. *in tract. de success. lib. 4. cap. ult. numer. 36.* Tiraq. *de jur. primog. qu 31. numer. 27.* Idem *in tr. de nobil. cap 15. numer. 7.* Guilhelm. Ranchin. *de success. ab. intest.* §. 10. *numer.* 10. Lancell. *in temp. omn. jud. lib. 1. cap. 2. §. 1. q. 1 num. 10. & seqq.* Knichen- *de jur: Sax. non provoc. cap. 3.* Duaren. *2. disput. anniverss. 29.* Thom. Michael. *d. jurisd. concl.* 132. Pac. *cent-1. ἐναντιοφ. qu 39.* Matth. Steph. *de jurisd lib. 2. p. 1. c. 5.* Bodin. *6. de Rep. c. 5.* Tholoss. 7. *de Rep. ca. 9.* Keckerm. *d. lib. 2, Polit. p. 116.* Anton. Coler. *de jur. imperat. Germ. sect. 52.* ubi aliquot exempla refert. Diss. Cyn. & Salycet. *in l. Imperialis. §. his illud. C. de nupt.* Br. *in l. cum satis. C. de agr. & censib. lib. 11* Idem *in l. senator. C. de dignit.* Ant. Corset. *in tr. de potest. reg. p. 3: qu. 26.* Schrad. *par. 7. cap. 5. num. 37. de feud.* Hotom. *ill. qq. 2.* Niell. *disputat. feud. ult. th. 2.* Alciat. *ad l. bonæ fidei, numer. 8. depositi.* Atque talis primogenitus ad imperium admittendus est, etiam si fortè sit surdus, mutus, vel alio modo ad regendum inhabilis. [*L.*] P. Gregor.

d. lib.

d. lib.7.cap. 6., & *lib. 26. c. 1.* Danæus *lib. 6. c. 3. Polit.* Althus. *d. cap. 19. Pol. numer. 85.* Keckerm. *d. c. 2. p.* 115. Cui tamen proximus agnatus vel cognatus tutor vel curator constitui debet. P. Greg. *d. c.* 5. Althus. *d. c. 19. nu. 68.* Dissl. Besold *de reg. success. differt. 10. th. 1. & seqq.*

[L-] *Imperium hic autor pro administratione principatus, electoratus, & aliis quoq; accipit, ut antecedentia demonstrant. At de electoratu intellectum, falsissima est ejusdem opinio, ut patet ex cap 25. A. B. § ult. cujus hæc sunt formalia: primogenitus filius succedat in eis, sibiq; soli jus, & dominium competat; nisi forsitan mente captus, fatuus, seu alterius famosi & notabilis defectus existat, propter quem non deberet, seu posset hominibus principari. In quo casu, inhibita sibi successione, secundogenitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, vel consanguineum Laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus succeßurum.*

Sed quid si defunctus ex filio primogenito relinquat nepotem, & simul superstitem filium alium anne nepos in succesßione, patruo exclusio seu

seu secundogenito praeferendus? Omnino. Nam I. filius succedit in locum sui patris, ejusque personam repraesentat. Phil. Matth. *vol.* 1. *consf. Marp.* 21. *num.* 51. cumq; eodem censetur una eademq; persona, *c. jam itaque* 1. *qu.* 4. *l. fin. C de impub. & al. Subst.* quod obtinet non tantum in successione rerum allodialium, sed & feudalium. *gl. in c. un. ad verb. solus de success. feud.* At verò is, qui in alterius locum succedit, eodem jure utitur, quo autor illius uti potuit. Phil. Matth. *consil. Marp.* 27. *n.* 20. *vol.* 2. II. Quia successio haec defertur ex ipsa qualitate primogeniturae, non ex gradus vel aetatis praerogativa. D. Arum. *exerc.* 11. *th.* 6. III. Surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatum est, *l. si cum. §. qui injuriarum.* ubi Br. *si quis caut. jud. sist. causs.* Goedd. *consil. Marp.* 26. *num.* 144. *vol.* 1. IV. Propter textum expressum *cap.* 7. *Aur. Bull.* ubi in Electoratu nepos praefertur patruo, qui non immeritò ad Principatus & feuda dignitatum extenditur, *arg. l.* 12. *& l.* 13. *de ll.* Atque hanc sententiam, ut veriorem amplectuntur Hotom. *ill. qq.* 3. *& in controv. de success. patr. & nep. per tot.* Tiraq. *de*

primog.

primog q.4.n.12. Zoanet. *de primogen.lib.3. c.6.n.26.* Alciat. *§.pererg.15.* Menoch. *in l. is potest.15.n 25.de acquir,hered.* Mynsi. *cent.3. obs.23.* Moller. *1.semestr. 40.* Rittershus. *de feud.c.15* Oldrad. *cons.224.* Bocer. *in tr. de jur.succed. in feud.cap.3.q.48.* Dn Arum. *d. th.6.* P. Greg. *7.de R.c.10.* Bodin. *6.de R. 5. num 271.* Buxdorff. *ad A.B.concl. 85. lit. c.* Chassan. *de glor.mund par 5.cons. 42.* Knichen. *deSaxon.nonprovoc.jur.verb.Electorũ,* Lips. *monit,polit.lib.2.c.4,monit 2. & 3.* Besold. *de success.regia,dissert.7.th. 4.* Lud. Molinæ. *de major at.tr.2.q 6.6.& 632.* Dissent. Cujac. *lib.2.de feud. c.11,* Anton. Coler. *de jur imp. Germ.concl 53.* quorum rationibus respondet Dn. Arum. *d. th 6.*

Alterius quæritur; *Annon pater primogenito hujusve nepoti testamẽto alium præferre possit?* Neutiquam, quidem primogenitus jus illud habet jure divino, *Deut 21 vers.15.* naturali, *ex d d.* & publico, *c.7. A.B.* ac proinde est immutabile per ea, quæ habet Ant. Coler. *d. loc. sect.51.* Jas. *in l.nemo potest. 55.n, 2. de leg. 1.* Dauth. *in repet.l.fin. numer. 70. C. de pact.* Buxdorff. *d.concl.85.lit.b.* Besold. *d.lo.diss.2,* Unde cum Fridericus Elector Brande-

Nn burg.

burg. Johanni primogenito Fridericum secundogenitum in Electoratu præferret, primogeniti consensum prius requisivit & impetravit Naucler. *gener.48. p.1064r & seq.* Peucer. *lib. 5. Chron. in Sigismund. cira fin.* Besold *d. disp. de succ. reg. dissert. 2. in fin.*

Cæterùm dum primogenito in successione primum attribuimus locum, adeò iniqui non sumus, ut reliquis fratribus nihil tribuendum censeamus, sed Dd. *in licet de voto.* Keckerm. *2. Pol p. 115.* Anton. Coler. *d. sect.* aliorumque sententiam omni jure æquissimam comprobamus, qui dicuni, primogenitum tantum redituum cæteris suis frattribus & sororibs assignare debere, unde statum suum honorificè ac decorè tueri queant.

Liberis legitimis non extantibus agnatis defertur succesſio secundum gradus prærogativam.

c. grandi. 2. de supplend. negl. prælat in 6. Besold. *de reg. success. dissert. 8. th. 1. & seqq.* Et licet multi Dd. in ea sint sententia, agnatos usque ad 7. gradum tantùm succedere posse, per text. *in c. 1, §. hoc quoq; obser-*

servandum.de success.feud. verior tamen, & non tantum in Camera imperiali, sed communi Germaniæ consuetudine approbata est sententia, a communi stipite descendentes in infinitum succedere, quando successionis de primo acquirente sive communi stipite est transitus factus non ad collaterales ejus, sed ad descendentes: Mynſ.2. *obſ.95.* Geil. *2.obſerv.150. num.4. & ſeq.* Zaſ.*de feud par.8.n.34.* Henr. Gœden.*conſil.8.n.4.* Dec.*conſil 85.num.5.* Reg. Sixtin.*conſ.Marp.12.n 20.vol.2.* Dn. Arum.*d ex 11.9.13.* Bocer.*c.3.de regal.n.30.* Beſold.*d.diſſ.8.th.6.* Quę ſententia ſervatur illa regula, ultimum vaſallum ſemper eſſe primi acquirentis ſucceſſorem, etiāſi feudum per mille manus ambulaverit. Geil.*2.obſerv.149.num.3.& obſ.150.num.5.* item *obſ 154.num 4.eod.lib.* Alia hic difficultas ſuboritur: ***An minoris fratris filius, ratione ſuæ ætatis major, præferēdus ſit minori, ex fratre majore nato*** Affirmat Bodin. *6. de Rep.5. n. 733. in fin.* Lud. Molinæ.*de major. tr.2. diſp. 6, 27. & 633.* Ant Coler.*d.loc.ſect.54.* Negat vero Beſold. *d.loc.th.3. & 4.*

Masculis nullis extantibus, admittuntur fœminæ, defunctum cognatione attingentes.

[L] *Malè pro canone hoc posuit, quod ad exceptionem pertinet. Regulariter fœminæ in feuda atq; principatus non succedunt, sive masculi extent sive non extent, c. 1. § hoc a. 3. de his qui feud. dare poss. c. 1. §. fin de success. feud. Quæ regula etiamnum in Germania obtinet, Sichard. consil. feud. 1. num. 97.*

Dicendum nunc est aliquid de successione fœminarum, an & quatenus illa sit admittenda. Equidem omnium bonorum, quæ imperium vel jurisdictionem cum administratione habent, jure scripto fœminæ reputantur incapaces. *l. 1. C. ibi: quorumq; is sexus capax esse non potest. C. de mulierib. in quo loco. l. 3. de muner. & honor. l. cum prætor. 12. § pen. de judic.* Panormit. *in c. 4. extr. de arbitr.* Zas. *cons 3. num. 67. circa fin lib. 1.* Luc. de penna *in l. pen. in fin. C. de Profess. & Med. lib. 10.* D. Oldendorp. *cons. Marp. 5. nu. 10. vol. 2.* nec ad successionem feudorum aspirare possunt, si masculi extent. *text. in c. 1. §. quin etiam Episc. vel. Abbat.*

Abbat.c.1.§.fin.de success. feud. Menoch. *cons.65.n.37.* Rol. à Valle *consil 68.num 40 vol.1.cons.41.n.4.vol.2.cons.59 n.6. vol.3.* Wes *cons.74.n.21.* etiamsi per copulam, & Männliche und Weibliche Erben / vel Söhn und Töchter/aut per æquipollens cum masculis sint conjunctæ. Gœdd. *cons. Marp.35.num.110.vol.1.* Exceptis tribus casibus, quos vid. ap. D. Vult. *1.F.9.num.46. & seq.* Gœdd. *d. cons.25.n.114.* Tum quia gubernandæ Reip. non sunt idoneæ. *l.2.de R.J.d.l.12. de Iudic.* tum quia reip. interest, ut familiarum dignitas conservetur, *l.1.§.etsi servus de ventr. inspic.* Paris *concl. 29.num.12.13.& 73.vol.3.* Tib. Decian. *resp. 9.numer.4.vol.3.* D. Sixtin. *d consil 11.nu 47* Conservatur autem per masculos nō fœminas, *§.1.Inst.de leg.agn.success.* Gœdd. *cons.Marp.26.n.10.vol.3.* tum etiā alias ob causas, quas recensent Jac à.S.Georg *in sua investitura.in verb.Marchio.n.3.* Ripa *lib.1.Resp.c.1.num.69.* Borch. *in tr.feud. c.7. n.34.& seq.* Quæ adeò vera sunt, ut ex fœmina etiam prognati, ab eo jure removeantur, à quo fœminæ ipse repelluntur, Cabot. *1.disp.c.21.* Tiraq. *de primogen. q.12.* Val. Forst. *tr. de success.3.c.17.* Johan. de

Nn 3 Castello

Castello *controv.quot.c.2.* & *4.*Besold.*d.lo. dissert.12.th.1.*Matth.de afflict. *in c. un. de succeff feud.* D. Sixtin. *conf. Marp. 18. n.5. vol.2* .Destructo namque principali corruit & accessorium. *c.accessorium. de R J. in 6.*Et infecta radice infectum est omne, quod ab ea descēdit *arg.l.3.C.de bon. matern.* neque plus juris in alium quis transferre potest, quàm ipse habeat. *l. nemo d. R. I.* Unde superioribus temporibus Rex Angliæ Eduardus III. Philippi Galliarum R. cognomento Pulchri ex filia Isabella Nepos, Carolo Formoso avunculo suo nullis masculis hęredibus superstitibus defuncto, Philippo Valesio, agnato remotiori cedere fuit coactus Besolo.*d.dissert. 12.th.13.* Quod etiamnum jugiter observant Galli in regia succesfione, (secus in privata, Cujac.*8.obs.14.*) ita volente & jubente *Lege Salica*, quæ Lilium Gallicum incolum & fusum cadere non permittit. [*L.*]Hotom *in Franco Gall. c.9* & *seq.* Quæ nomen traxisse videtur ab aula. Saal enim vel Sale, Francico idiomate Aula est. Terra Salica, Saalgut/ Hoffgut ab aula vel Principe dependens, & eodem sensu Saalrecht/Lex Salica; quà voce & hodie

in

in quibusdam Germaniæ locis utimur, Saalbuch. Besold. *de reg. success. diss. 11. th.6.*

[L.] Lex Salica agit de privato patrimonio tantum, nec de successione Regni vel feudi, sed de allodiis. Merula part.2. Cosmograph. lib.3. c.17. p.439. Hoc etiam plurimi ex Gallis non infitentur, qui legem, qua fœminæ à Corona Galliæ arcentur, non scriptam, sed cum hominum natura natam dicunt, vide Bignon de l. excellence des Roys, & du Royaume de France lib.3 p.298. Sanè ab Anglis jam olim lex Salica multis oppugnata fuit rationibus, & non ita pridem falsè Anglus quidam Gallo dubitandi de lege Angliæ (quæ à successione Regia excludit illos, qui extra regna Angliæ nati sunt, ut maximè sanguinis sint Regii) respondit: vous la trouverès au dos de la loy Salique.

Quamvis autem nostro quoq; imperio feuda regulariter sint masculina, atq; adeò ad fœminas non transitoria, tamen ibidem ex consetudine, Ducatus, Marchionatus & Comitatus adipiscuntur, non extantibus agnatis. [*L.1.*] De Archiducatu Austriæ testatur Constit. Frid. II. de jur. ac privileg. Ducum Austriæ §. *12.* quæ

pandas, extr. de filiis presbyt. Cujac. 2. *feud.* 11. Menoch. 5. *præsumpt* 33. *numer.* 88. Idem. *conf.* 677. *numer.* 5. Forst. *in tract. de success. lib.* 4. *cap. ult. numer.* 36. Tiraq. *de jur. primog. qu.* 31. *numer.* 27. Idem *in tr. de nobil. cap* 15. *numer.* 7. Guilhelm. Ranchin. *de success. ab intest.* §. 10. *numer.* 10. Lancell. *in temp. omn. jud. lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. *q.* 1 *num.* 10. & *seqq.* Knichen. *de jur. Sax. non provoc. cap.* 3. Duaren. 2. *disput. anni. vers.* 29. Thom. Michael. *d. jurisd. concl.* 132. Pac. *cent.* 1. ἐναντιοϕ. *qu* 39. Matth. Steph. *de jurisd lib.* 2. *p.* 1. *c.* 5. Bodin. 6. *de Rep. c.* 5. Tholoss. 7. *de Rep. ca.* 9. Keckerm. *d. lib.* 2. *Polit. p.* 116. Anton. Coler. *de jur. imperat. Germ. sect.* 52. ubi aliquot exempla refert. Diss. Cyn. & Salycet. *in l. Imperialis.* §. *his illud. C. de nupt.* Bri *in l. cum satis. C. de agr. & censib. lib.* 11. Idem *in l. senator. C. de dignit.* Ant. Corset. *in tr. de potest. reg. p.* 3: *qu.* 26. Schrad. *par.* 7. *cap.* 5. *num.* 37. *de feud.* Hotom. *ill. qq.* 2. Niell. *disputat. feud. ult. th.* 2. Alciat. *ad l. bonæ fidei, numer.* 8. *depositi.* Atque talis primogenitus ad imperium admittendus est, etiam si fortè sit surdus, mutus, vel alio modo ad regendum inhabilis. [L.] P. Gregor.

d. lib. 7. cap. 6. & *lib. 26. c.* 1 Danæus *lib. 6. c. 3. Polit.* Althus. *d. cap. 19. Pol. numer.* 85. Keckerm *d. c. 2. p* 115 Cui tamen proximus agnatus vel cognatus tutor vel curator constitui debet. P. Greg. *d. c* 5. Althus. *d. c. 19. nu.* 68. Dist. Besold *de Reg. success. dissert. 10. th. 1.* & *seqq.*

[L.] *Imperium hic autor pro administratione principatus, electoratus, & aliis quoq; accipit, ut antecedentia demonstrant. At de electoratu intellectum, falsissima est ejusdem opinio, ut patet ex cap. 25. A. B. § ult. cujus hæc sunt formalia: primogenitus filius succedat in eis, sibiq; soli jus, & dominium competat; nisi forsitan mente captus, fatuus, seu alterius famosi & notabilis defectus existat, propter quem non deberet, seu posset hominibus principari. In quo casu, inhibita sibi successione, secundogenitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, vel consanguineum Laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum.*

Sed quid si defunctus ex filio primogenito relinquat nepotem, & simul superstitem filium alium an ne nepos in successione, patruo excluso Q.

seu

seu secundogenito præferendus? Omnino. Nam I. filius succedit in locum sui patris, ejusque personam repræsentat. Phil. Matth. *vol. 1. conf. Marp. 21. num. 51.* cumq; eodem censetur una eademq; persona, *c. jam itaque 1. qu. 4. l. fin. C de impub. & al. Subst.* quod obtinet non tantum in successione rerum allodialium, sed & feudalium. *gl. in c. un. ad verb. solus de succes. feud.* At verò is, qui in alterius locum succedit, eodem jure utitur, quo autor illius uti potuit. Phil. Matth. *consil. Marp. 27. n. 20. vol. 2.* II. Quia successio hæc defertur ex ipsa qualitate primogenituræ, non ex gradus vel ætatis prærogativa. D. Arum. *exerc. 11. th. 6.* III. Surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatum est, *l. si cum. §. qui injuriarum.* ubi Br. *si quis caut. jud. sist. causs.* Gœdd. *consil. Marp. 26. num. 144. vol. 1.* IV. Propter textum expressum *cap. 7. Aur. Bull.* ubi in Electoratu nepos præfertur patruo, qui non immeritò ad Principatus & feuda dignitatum extenditur, *arg. l. 12. & l. 13. de ll.* Atque hanc sententiam, ut veriorem amplectuntur Hotom. *ill. qq. 3. & in controv. de success. patr. & nep. per tot.* Tiraq. *de primog.*

primog q 4. n. 12 Zoanet. *de primogen. lib 3. c. 6. n. 26.* Alciat. *8. perorg. 15.* Menoch. *in l. is potest. 15. n 25. de acquir. hæred.* Mynsinger. *cent. 3. obs. 23* Moller. *1. semestr. 40.* Rittershus. *de feud. c. 15* Oldrad. *cons. 224.* Bocer. *in tr. de jur. succed. in feud. cap. 3. q. 48.* Dn Arum. *d. th. 6.* P. Greg. *7. de R. c. 10* Bodin. *6. de R. 5. num. 271.* Buxdorff. *ad A. B. concl. 85. lit. c.* Chassan. *de glor. mund par 5. cons. 42.* Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorũ.* Lips. *monit. polit. lib. 2. c. 4. monit 2. & 3.* Besold. *de success. regia, dissert. 7. th. 4.* Lud. Molinæ. *de majorat. tr. 2. q 6 6 & 632* Dissent. Cujac. *lib. 2 de feud. c. 11.* Anton. Coler. *de jur. imp. Germ. concl 53.* quorum rationibus respondet Dn. Arum *d. th. 6.*

Alterius quæritur: *Annon pater primogenito hujusve nepoti, testamẽto alium præferre possit?* Neutiquam, quidem primogenitus jus illud habet jure divino, *Deut. 21 vers. 15.* naturali, *ex d. d.* & publico, *c. 7. A. B.* ac proinde est immutabile per ea, quæ habet Ant. Coler. *d. loc. sect. 51.* Jas. *in l. nemo potest. 55. n. 2. de leg. 1.* Dauth. *in repet. l. fin. numer. 70. C. de pact.* Buxdorff. *d. concl. 85. lit. b.* Besold. *d. lo. diss. 2.* Unde cum Fridericus Elector Brande-

burg. Johanni primogenito Fridericum, secundogenitum in Electoratu præferret, primogeniti consensum prius requisivit & impetravit Naucler. *gener. 48. p. 1064r & seq.* Peucer. *lib. 5. Chron. in Sigismund. circa fin.* Besold *d. disp. de succ. reg. differt. 2. in fin.*

Cæterùm dum primogenito in successione primum attribuimus locum, adeò iniqui non sumus, ut reliquis fratribus nihil tribuendum censeamus, sed Dd. *in licet de voto.* Keckerm. *2. Pol p. 115.* Anton. Coler. *d. sect.* aliorumque sententiam omni jure æquissimam comprobamus, qui dicunt, primogenitum tantum redituum, cæteris suis fratribus & sororibs assignare debere, unde statum suum honorificè ac decorè tueri queant.

Liberis legitimis non extantibus agnatis defertur successio secundum gradus prærogativam.

c. grandi. 2. de suppl. negl. prælat in 6. Besold. *de reg. success. dissert. 8. th. 1. & seqq.* Et licet multi Dd. in ea sint sententia, agnatos usque ad 7. gradum tantùm succedere posse, per text. *in c. 1. §. hoc quoq; obser-*

servandum. de success. feud. verior tamen, & non tantum in Camera imperiali, sed communi Germaniæ consuetudine approbata est sententia, a communi stipite descendentes in infinitum succedere, quando successionis de primo acquirente sive communi stipite est transitus factus non ad collaterales ejus, sed ad descendentes: Mynsi. *obs. 95.* Geil. *2. observ. 150. num. 4. & seq.* Zas. *de feud par. 8. n. 34.* Henr. Gœden. *consil. 8. n. 4.* Dec. *consil 85. num. 5.* Reg. Sixtin. *cons. Marp. 12. n 20. vol. 2.* Dn. Arum. *d ex 11. θ. 13.* Bocer. *c. 3. de regal. n. 30.* Besold. *d. diss. 8. th. 6.* Quę sententia servatur illa regula, ultimum vasallum semper esse primi acquirentis successorem, etiãsi feudum per mille manus ambulaverit. Geil. *2. observ. 149. num. 3. & obs. 150. num. 5. item obs. 154. num 4. eod. lib.* Alia hic difficultas suboritur: *An minoris fratris filius, ratione suæ ætatis major, præferẽdus sit minori, ex fratre majore nato* Affirmat Bodin. *6. de Rep. 5. n. 733. in fin.* Lud. Molinæ. *de major. tr. 2. disp. 6. 27. & 633.* Ant Coler. *d. loc. sect. 54.* Negat vero Besold. *d. loc. th. 3. & 4.*

Masculis nullis extantibus, admittuntur fœminæ, defunctum cognatione attingentes.

[L] *Malè pro canone hoc posuit, quod ad exceptionem pertinet. Regulariter fœminæ in feuda atq; principatus non succedunt, sive masculi extent sive non extent, c. 1. § hoc a. 3. de his qui feud. dare poss. c. 1. §. fin de success. feud. Quæ regula etiamnum in Germania obtinet, Sichard. consil. feud. 1. num. 97.*

Dicendum nunc est aliquid de successione fœminarum, an & quatenus illa sit admittenda. Equidem omnium bonorum, quæ imperium vel jurisdictionem cum administratione habent, jure scripto fœminæ reputantur incapaces. *l. 1. C. ibi: quorumq; is sexus capax esse non potest. C. de mulierib. in quo loco. l. 3. de muner. & honor. l. cum prætor. 12. § pen. de judic.* Panormit. *in c. 4. extr. de arbitr.* Zas. *cons 3. num. 67. circa fin lib. 1.* Luc. de penna *in l. pen. in fin. C. de Profess. & Med. lib. 10.* D. Oldendorp. *cons. Marp. 5. nu. 10. vol. 2.* nec ad successionem feudorum aspirare possunt, si masculi extent. *text. in c. 1. §. quin etiam Episc. vel.*

Abbat.

Abbat.c.1.§.fin.de succeß.feud. Menoch. *conf.65.n.37.* Rol. à Valle *consil 68.num.40 vol.1.conf.41.n.4.vol.2.conf.59 n.65 vol.3.* Wes *conf.74.n.21.* etiamsi per copulam, & Männliche und Weibliche Erben / vel Söhn und Töchter / aut per æquipollens: cum masculis sint conjunctæ Gœdd. *cons. Marp.35.num.110.vol.1.* Exceptis tribus casibus, quos vid. ap. D. Vult. *1.F.9.num.46 & seq.* Gœdd. *d. cons.25.n.114.* Tum quia gubernandæ Reip. non sunt idoneæ. *l.2.de R.J.d.l.12.de Iudic.* tum quia reip. interest, ut familiarum dignitas conservetur, *l.1.§.etsi servus de ventr.inspic.* Paris *concl. 29.num.12.13.& 73.vol.3.* Tib. Decian. *resp. 9.numer.4.vol.3.* D. Sixtin. *d consil 11.nu 47* Conservatur autem per masculos nō fœminas, *§.1.Inst.de leg.agn.success.* Gœdd. *cons.Marp.26.n.10.vol.3.* tum etiā alias ob causas, quas recensent Jac à.S.Georg *in sua investitura.in verb.Marchio.n.3.* Ripa *lib.1.Resp.c.1.num.69.* Borch. *in tr.feud. c.7. n.34.& seq.* Quæ adeò vera sunt, ut ex fœmina etiam prognati, ab eo jure removeantur, à quo fœminæ ipse repelluntur, Cabot. 1. *disp.c.21.* Tiraq. *de primogen. q.12.* Val. Forst. *tr. de success.3.c.17.* Johan. de

 Castello

in quibusdam Germaniæ locis utimur Saalbuch. Besold. *de reg. success. diss. 11. th.6.*

[L.] Lex Salica agit de privato patrimonio tantum, nec de successione Regni vel feudi, sed de allodiis. Merula part. 2. Cosmograph. lib. 3. c. 17. p. 439. Hoc etiam plurimi ex Gallis non infitentur, qui legem, qua fœminæ à Corona Galliæ arcentur, non scriptam, sed cum hominum natura natam dicunt, vide Bignon de l. excellence des Roys, & du Royaume de France lib. 3 p. 298. Sanè ab Anglis jam olim lex Salica multis oppugnata fuit rationibus, & non ita pridem salse Anglus quidam Gallo dubitandi de lege Angliæ (quæ à successione Regia excludit illos, qui extrà regna Angliæ nati sunt, ut maximè sanguinis sint Regii) respondit: vous la trouverès au dos de la loy Salique.

Quamvis autem nostro quoq; imperio feuda regulariter sint masculina, atq; adeò ad fœminas non transitoria, tamen ibidem ex consetudine, Ducatus, Marchionatus & Comitatus adipiscuntur, non extantibus agnatis. [*L. 1.*] De Archiducatu Austriæ testatur Constit. Frid. II. de jur. ac privileg. Ducum Austriæ §. *12.* quæ

extat apud Goldast. *tom 1. const. fol. 68.* De Ducatu Juliacensi & Clivia, Knichen. *1. de vest. pact. cap. 10. num 8. & seq.* Talem quoque consuetudinem receptam videmus in regno Angliæ, Hispaniæ, Navarræ Poloniæ, Choppin. *de doman. reg. lib. 3. tit. 1.* [*L. 2.*] Lusitaniæ, Siciliæ, Neapoleos, Scotiæ. Schleid. *in descript. Galliæ, præfixa comment. Cominæi.* Quæ consuet. sine ratione introducta non est, siquidem unaquæque res facile redit, reduciturq; ad primævum statum suumq; principium. *c. ab exordio dist. 35. l. si unus. §. pacta de pact.* At hîc est primævis Principatuum & Comitatuum status, ut masculis nullis extantibus, fœminæ admittantur. [*L. 3.*]

L. 1.] *Falsum est consuetudine hoc fieri Privilegiis potissimum, atque pactis hoc fit, paucissimis id tamen in familiis.*

[*L. 2.*] *Eundem locum supra quoq; cap. 8. p. 152. allegavit, sed utrobiq; malè. Audiamus Choppinum? De Polonis legimus, Regale assecutus fastigium Jagellus, Lituaniæ Dux, pacta ei matrimonio Hediunge, Casimiri regis filia, circiter an. 1380.*

[*L. 3.*] *Credat hoc Judæus appella, non ego*

Fuit

Fuit successio certa, suspensa sequitur, ob quam illustribus personis, videlicet Electorum, Principum, Comitum, Baronum liberis tutores & curatores constitui solent: qui sunt vel testamentarii vel legitimi.

[L] Contra juris principia hæc successio suspensa dicitur. Succedunt illi statim in universum jus, sed universum jus propter ætatis defectum non statim exercere valent. Sicuti quamdiu hæres aliquis testamentarius speratur, tãdiu successioni & hæreditati legitimæ ab intestato locus non est. *l. quamdiu. 39. de acquir. hered. l. 89. de R. I. l. antequam. C. commun. de success. l. 2. C. unde liber.* Phil Matt. *consf. Marp. 21. n. 9. vol. 1.* ita quandia tutelæ testamẽtariæ locus esse potest, tamdiu reliquæ cessant. *l. 11. de testam. tut.* dummodò testium, & tutelæ datiò ritè & secundum leges sit facta: paria n. sunt aliquid non fieri, vel non ritè fieri. *l. quoties. qui satisd. cog. l. sive oportet. § sufficit de excusat. tut.* Dn. Vult. *consf. Marp 34. num. 37. vol. 3.* Deficiente autem testamentariâ tutelâ proximi agnati ipso

jure exiſtunt legitimi tutores. *l. legitimi 5. de legit. tut.* De Electoralibus tutoribꝰ hoc loco ſuboritur quæſtio intricatiſſima: *An ſcil. Elector filio ſuo promogenito alium tutorem vel curatorem, quàm proximum agnatum ſeniorem teſtamento dare poſſit?* pro negativa parte adducitur 1. cap. 7. Aur. Bull. ubi Carolus IV. ſic ait: *Si Principem Electorem, vel ejus primogenitum, aut filium Seniorem laicum, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, tunc frater ſenior ejusdem primogeniti, Tutor eorum & Adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit,* &c. quæ verba ſupervacanea futura eſſent, ſi nihil novi præter jus commune introducerent. Dn. Arum. *diſc. Acad. 19.* Idemq; cautum reperitur in Bulla Sigiſmundi Imp. quam Commentario illuſtravit D. Freher. *Si aliquem ex eis* (Electoribus) *ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexꝰ hæredes legitimos laicos poſt ſe relinquat, legitimæ patientes ætatis defectum, & tunc ſenior frater, nepos & conſanguineꝰ proximior in lineæ genitura, ſi frater nō extiterit defuncti, laicus duntaxat*

dicti

dicti pupilli, & juvenis, ad quem præscripta devolventur de jure tutor esse debet & curator tamdiu, donec debitã pertingat ætatẽ.
II. Datur igitur hæc tutela jure publico, cui testatori derogare nõ potest, *arg l. cerdonem. 42. de operis libert.* Nemo in suo testamento cavere potest, ne leges inibi valeant. *l. nemo potest 55. de legat. 1.* III. Præsertim cum Electori omnis circa Electoratũ inhibita sit dispositio, *c. un. de success. feud.* Deniq; IV. æquitas non patitur, ut jus quæsitum alicui sine suo facto auferatur. *l. 11. de R. J. c. quamvis in fin. extr. de pact. in 6. c. non debet. extr. de R. I. eod. lib.* Dec. *cons. 286. col pen.* Curt. sen. *cons. 49. in fin.* Atqui proximus agnatus jus illud lege quæsitũ habet. Dn. Arum. *d. discurs. 19.* vid. Hotom *de success. patr. & nep. rubr. de Germ. Imp. leg. &c.* Knichen. *in priv. Sax. verb. Electorum. cap. 4.* Menoch. *cons. 780.* Cothm. *cons. 43. lib. 1.* Nicol Reusn. *cons. 11. n. 9. 10. 11. & n. 102. vol. 1.* Treutl. *p. 2. disp. 8. th. 3. lit. A.* Gœdd. *in l. verbis. 120. num. 3. in fin. de V. S.* Mat. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 68.* Bocer. *disp. 14. th. 32. Class. 11.* G. Schonborn. *2. Polit. 14.* Andr. Gerhard. *ap. D. Arum. discurs. Acad. 21.* Joh. Zeschlinus, & D. Zacharias Friedenreich/ *in tract.*

in tract suis de tutela Electorali legitima. Quibus adde kurtze Verzeichniß des jenigen/ so sich zwischen etc. Herren Reicharten / und etc. Friderich IV. Electore den 18 Januarij / Anno 1592 unnd die nachfolgende Tage wegen der Titul und respectivè Curatel / und Administration Churfürstl Pfaltz verlauffen hat. Item / kurtzer und wolgegründter Bericht / daß die Vormundschafft und Administration der Chur Pfaltz einig und alleine dem D. H. F. B. H. H. Philips Ludwigen / etc. als dem Eltesten unnd nechsten Agnaten zuständig / und durch keinerley Testamentliche oder andere Ordnung benommen / etc. Pro affirmativa affertur, I. illud, quod testatoris dispositio excludat tutorem legitimum. *d. l. undecim. de test. tut.* II. quod quilibet sit rei suæ moderator & arbiter. *l. in re mandata. 21. C. mandat.* III. Quod hæc sententia non tantum ab Imperat. & Camera Imperiali, verùm etiam à multis Imperii Principibus sit approbata, veluti ostendunt Dn. Gothofr. *de tutel. Elector.* & D. Freher. *in adsert. de legit. tutel. & in not. ad Bull. Sigism. Imp.* Adde defensionem Elect. Palatinæ testamentariæ tutelæ

& ad-

& administrationis, contra Neoburgium nuper Lavingæ excusam erroneam informationem, impressam Amberga 1611. Hæc & similia ab utraq; parte objiciuntur, quæ in medio, & competenti judici decidenda relinquimus, cum Henr. à Rosenth. *c. 12. n. 10. Feud.* Nam.

Non nostrum inter eos tantas componere lites.

Alia non minoris momenti quæstio huc referenda est: *An tutor Electori 18. ann. etiam regimen Principatuum resignare teneatur?* & magis est, ut teneatur. I. Quia individuo nexu dignitas cum Principatu cohæret. *A. B. c. 20.* II. per text. express. in Caroli IV. constit. de ann. 1356. Wenn aber derselbig ältere Sohn 18. Jahr alt wird / zuhand sol ihm derselbe Vormund alle Landherrschaffte / Würdigkeit / ehren / etc. abtretten / unnd ihm die einantworten. Idemque III. confirmant hujus rei præjudicia in Electoratu Palatino & Saxonico, quibus meritò standum est. Ant. Coler. *de jur. Imp. Germ. sect. 55.* Et huic sententiæ calculum adjiciunt Knichen. *d. verb. Electorum, c. 5.* D. Freher. *in orat. 1. de propugn. Friderico II.* Q.

Matth.

Matth.Stephan. *d.p.1.c.5*. Ant. Hering. *de fidejussor. c. 5. numer. 107.* Rosenth. *cap 2. c.10.n.19.* Buxdorff *ad A.B. concl 86. lit h.* G Shonborn. *lib.2. Poli. cap. 4.* Vide. tu etiam kurtzer Bericht und Bedencken / ob den D. H. F V H Herren Friderichen / Pfaltzgraffen bey Rhein/etc. Ihr Churfürstl. Gn. anererbete Landregierung / nach dero alters 18. Jahren gebühre: Oder aber deren Administration biß nach des Churfürsten 15. Jahre / dem D. F. V. H. Herrn Reicharten Pfaltzgraffen bey Rein/etc unter dem Schein und Namen legitimæ curatelæ verlassen werden solle. Dissent. allegati à Buxdorff. *d. loc.*

Ex prædictis constare videtur, reliquos Principes à cura non liberari anno ætatis 18. Exceptio namque firmat regulam in omnibus aliis casibus non exceptis *l. nam quod liquidè. § fin. de pœn. legat, c domus 32. q. 7.* Regn. Sixtin. *cons. Marp. 8. n. 6. vol. 3.* licet in Palatinatu, Saxonia, Marchia Brandeburgensi, Brunsuicensi, Lunæburg. Würtenburg. aliisque familiis ætatis anno 18. ad territorii gubernationem sint admissi. Anton. Coler. *in disput. 4. Isagog. jurisprud. pag. 1. Monito. 1.*

II. Mo-

II. Mndus succedendi est ex jure connubiorum.

Exempla hujus rei insignia suppeditant I. Austriaci: qui per connubia multas atque amplas sibi acquisiverunt ditiones. Nam Maximilianus I. Imper. cum matrimonio sibi junxisset Mariam Caroli Burgundiæ ducis bellicosi filiam, consecutus est Belgium. Philippus ejus filius, ductâ in uxorem johannà, Regis Ferdinandi filiâ, universamHispaniã G. Schonborn. *d.lib. 2.Pol. c.16.* Sic Joannes Clivensis ducta Guilhelmi Juliæ acMontensiumDucis filia unicà multas provincias acquisivit. Steph Pighius *in Herculeproditio p. 63. & seq.* David Chytræus.*in Sax.p. 83.& seq.* Et Henricus Landgravius Hassiæ felici connubio junctus filiæ Philippi Comitis in Catzenellenbogẽ, Comitatum illum suis provinciis adjecit. Rittershus. *part. feud. c.16.num, 20.* EberhardusComesWirtembergensis ductâ Henriettâ filii Henrici Comitis Montpelgardensis, sortitus est Montpelgardiam Crus. *annal. Svev. lib. 6.p.3. cap. 11.* Hoc etiam modo maxima pars Ducatus Teccensis Wirtembergico agro accessit cum Comes WirtembergiæFridericiTeccensiumDynastæ unicam

unicam filiam uxorem, duceret. Pontus Heuter.*in tr.de Habspurg origine.c.8.p.25.* Besold.*de success. Reg.dissert.*10

III. Successio fit ex titulo donationis.

[L.] sup. h.e.Successio ab intestato est ex jure 1.sanguinis,2 connubiorum 3. donationis. Quasi verò non testamento donationes fiant. Sanaque regna populo Romano donata scribit autor; ea (bonam intelligo partem) testamento eidem relicta legimus. Unde malè ea ab Autore ad titulum donationis ab intestato relata. Attalus Asiam, Nicomedes Bythiniam, testamento populo Romano reliquit. Eodem titulo Ægyptum tenuerunt.Romani.vide quæ scripsi lib1. jur. publ. c.9.n.4.

Ita legimus Populo Romano multa regna fuisse donata,Bythinia,Cyrene, Pontus,Alpes Coctiæ, Asia minor, Cappadocia. Sic Regi Galliæ Delphinatus à Principe Umberto anno 1349. donatus est; ea tamen lege,ut regis filius natu maximus, Delphinus diceretur:& provinciam illam tanquam imperii feudum ab Imperio recognosceret,eoque nomine Imperii Vasallus

fallus esset. Theod. Nihem. *lib. 2. histor. c. 25.* Polyd. *lib. 11.*

Modis violentis successio acquiritur. I. Iure belli.

Armis primùm Nimrodus suum Imperium constituit, homines ceu bestias in suam ditionem & potestatem redigens. Sleid. *de 4. Monarch. lib. 1.* Vi & armis Cyrus Persicum Imperium peperit Babylone captâ. Sleid. *d. lib. 1.* & armis Alexander M. tertiam Monarchiam acquisivit. Sleid. *d. lib. 1.* Vi & armis Carolus M. Romanum Imperium á Græcis ad Francos transtulit. Idem *l. 3.* Diss. Bellarm. *lib. 1 de translat. imper. c. 7.*

II. Fraude & vi.

Sic Turcæ suum hodiè auspicantur imperium à jugulatione fratrum, exemplo Abimelechi, de quo *judic. 9.* vid. omnino Lips. *in monit. Polit. cap. 5.* Georg. Schöb. *d. lib. 2. c. 19.*

CAPUT XVIII.

Sequuntur status imperii in specie, quos trifariam distinguo. I. secundum classes. II. in quatuor viros. III. in circulos.

[L.] *1. Vera hæc est sedes harum divisionum, & nulla ratione ista in classes distinctio supra in generali consideratione proposita c.17.p.546. 2. distinctio in quatuor viros ut classica non est, ita nec status tantum in se continet, sed & alios, qui status non sunt, ut infr. dicam.*

In prima Classe continentur Electores.

Ex Archiepiscopis tres; Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis. Ex principibus Politicis 4. Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandeburgensis Quanta horum Electorum sit autoritas & potestas, tum in Comitiis imperii, tum particularibus conventibus, supra dixi.

In

In secunda sunt Archiepiscopi quatuor.

Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremensis & Vesontinus. vid. Laur. Olim. *in tr. de jure Episcopali, th. 13. lit. e.* Nomen habent à Græco ἀρχὴ & ἐπισκοπεῖν, quod inspicere significat. Speculatores enim ac inspectores vitæ ac morum populi dicuntur. Paurmeist. *2. de jurisd. &c. cap. 9. in pr.* & Principes Episcoporum. Lancell. *in templ. omn. Jud. lib. 2. cap. 4. in pr.* Eliguntur ab Episcopis cõvenientibus in Metropolitanâ Ecclesia, ex clericorum omnium civium consensu, *Metropolitano 63. dist.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 7. num. 11.* Unde Metropolitani dicti, quod in Metropoli, i. e. matrice aliqua civitate jam olim constituti, non à mensura civitatum, ceu voluit Lancell. *d. lo.* Ordinantur seu conferuntur ab omnibus suis suffraganeis. *c. Archiepiscopus 66. dist.* hâc formâ, ut duo, pluresve Episcopi ponant & teneant Evangeliorum Codicem super caput & cervicem ejus, & uno super eo fundente benedictionem, reliqui omnes manibus suis caput ejus tangant. *c. Episcopus dist 23.*

 Digni-

Dignitatis suæ insigne gerunt *pallium* (de quo multa cõgessit Lancell. *d.c.n.5.& seqq.*) à Pontifice vel Patriarcha cõcessum, *c. antiqua.23. extr. de privil. dist.100. per tot.* Lancell. *d.c.4. num.7.* sine quo ea, quæ ordinis sunt Episcopalis, exequi non licet. *§. in fin. extr. de Elect.* Quod palliũ ita describitur à Matt. Steph. *lib.3. de jurisd. c.12. n.12.* Pallium est vestis genus, candidâ lanâ contextum, humeros constringens, à quo duæ lineæ ante & retrò pendent, cui intextæ sunt quatuor cruces, duæ purpureæ ante & retrò, & à dextris, & à sinistris: infixi quoque sunt eidem tres acus. Redimendũ est hoc pallium Romæ viginti quinq; millibus aureorum, hinc factum, daß bey zeit eines Menschen Lebens aus dem einigen Ertzbißthumb Meintz für die Confirmation eines Ertzbischoffs siebenmahl 25000 fl. das ist zusammen 175000 fl. nach Rom kommen und gelieffert worden / mit grossem Beschwerden der Unterthanen / welchen deßwegen Tribut unnd Schatzung aufferleget worden. Remed. wieder die Beschwerden der Teutschen Nation / *art.3.* quod extat apud Goldast. *in volum.* Reichssatzungen / &c. *vol.120.*

Dahe-

Dahero nicht ohne Vrsache Jacobus Ertz-Bischoff zu Meyntz / als er jetzt sterben wolte / mit klagender Stimm gesagt / es krencke ihn nicht / daß er sterben müsse / und sein vorstehender Todt schmertzte ihn nicht so sehre / als das jenige das seine arme Vnterthanen wiederumb für das Pallium eine so grosse Schatzung geben müssen. *d. Remed. art.* 7. Archiepiscopus sic legitimè constitutus, habet jurisdictionem, tàm Politicam seu Civilem, quàm Ecclesiasticam seu episcopalem, quæ cõsistit in lege diœcesana jurisdictione, & in ordine. Matth. Steph. *d. lib. 3. p. 1. cap. 14.* Laurent. Ohm. *d. loc. th. 15.* Cæterùm illud hoc loco notandum venit, Germaniam olim omnem in 7. domus Metropolitanas, ut vocant, seu Arhiepiscoporum primarias sedes esse divisam; Moguntiam, Coloniam, Trevirim, Magdeburgum, Salzburgum, Bremam & Rigam.

Moguntiæ subsunt 12. Episcopi suffraganei: Wurtzburgensis seu Herbipolensis, Wormatiensis, Spirensis, Argentinensis, Augustanus, Eichstadiensis, Curiensis, Rhetorum, Constantiẽsis, Hildesheimensis, Werdensis, Padebornensis,

Halberstadensis. Nec hoc tacitus præterire possum. Willigisum Ottonis III. Imp. Præceptorem, natum ex Patre Rhedario ex pago Saxoniæ Schöningen / primum ex Moguntinâ diœcesi Septemvirum perhibet, qui memor suæ conditionis, rotam multis locis depictam sibi velut imaginem modestiæ probandæ, proposuit cum hac inscriptione, *Willigis, Willigis recole, unde veneris, & prioris fortunæ memor, qui nunc sis, considera.* Unde etiamnum hodiè Archiepiscopatus Moguntinensis insigne, ROTA, perduravit Dressler. *p. 2. millen. 6.* Bruchius *de episcopat.*

Coloniæ Agrippinensis (ita dicta ab Agrippina, quæ Augusti Cæsaris uxor erat. Tacit. *lib. 12 annal.* & ib. Lips. *in not. n. 61.* ubi notat melius Agrippinensem, aut Agrippinensium, quàm Agrippinam vocari) suffraganeos habet, Monasteriensem, Trajectensem. Leodiensem, Mindensem; Osnabrugensem.

Trevira subjecti sunt, Metensis, Dolanus, & Verdunensis.

Magdeburgo; cui primatis & suprema jurisdictio in omnes Germaniæ Episcopos ab Ottone I. Imp. fuit commissa,

March.

Matth.Steph *d.c.7.n.29. & seq.* Misnensis, Mersburgensis Naumburgensis, Brandeburgensis, & Havelbergensis.

Salisburgo; Tridentinus, Brixiensis, Passaviensis, Frisingensis, Viennensis, Seccoviensis, Lovantinus, Chiemensis, Ratisbonensis.

Bremæ; Lubecensis, Suerinus, Razeburgensis, Lebussensis, Slesvvicensis, Megapolensis, Hamburgensis.

Rigæ; Revaliensis, Curiensis, Upsaliliensis, Atrebatensis.

Tantum de Archiepiscopis, à quibus differunt Cardinales, Patriarchæ, Primates. De Cardinalibus videat, qui volet, Barbatium *n tr. de præstant. Cardinal.* Lancel. *in templ. omn. jud lib. 2. c. 2.* Rebuffum *in tr. concordatorum. Rubr. de collationibus, §. si quis verò* Pet. Greg. Tholos. *lib. 15. Syntagm. jur. cap. 4.* Romanum *consil. 409.* Monachum *in c. 1. de Schismat. in 6.* Matt. Stephan. *d p. 1. c. 5.* Nomen acceperunt à cardine ostiorum, quasi sacerdotes præcipui & principales, h. e. Cardinales. Alvarot. *in c. 1. versu nunc ad tractatum. Episc. vel Abb.* Institutio eorum refertur ad annum

Christi 914. P Heig. *p. 1. q. 3. n. 52*, Potestatē habent summam. Hi enim sunt qui summum Pontificem eligunt. Ut autem illi Pontificem, ita hujus tantum arbitrio Cardinales constituuntur. Lancell. *in templ. omn. jud. d. loc.* P. Greg. *d. c. 4. n. 13.* Patriarcha ita dictus ἀπὸ τῦ ἀρχὸς τῶν πατρῶν quasi summus Patrum, *c. cleros. dist. 21.* ab Archiepiscopo in eo differt, quod hic provinciæ præsidet, at ille non uni sed integræ nationi, quæ plures provincias continet, est præfectus, & in Archiepiscopos etiam potestatem habet. Matth. Steph. *d. p. 1. cap. 6. n. 4.* Suntq; Patriarchæ principales quatuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. *c. antiqua. de privileg. c. sacrosanctæ. c. venerantes. c. definivimus. 22. dist.* De quibus videatur Crusius *lib. 2. Turcogræciæ p. 120. & seqq.* Lancell. *d. lib. 2. c. 3.* Speculat. *in tit. de dispensat. §. sunt quoq;* Covarruv. *4. resolut. tom. 2.* P. Greg. *d. lib. 15. cap. 2. cum 3. seq.* Matth. Steph. *d. c. 6.* Joach. Steph. *de jurisd. lib. 4. c. 5.* Hisce annumerantur adhuc alii inferioris subsellii Patriarchæ: Aquilejensis, Cantuariensis, Bituricensis & Gradensis, *d. c. antiqua. d. c. sacrosan-*

crosanctæ. Duaren. *de SS. Eccles. lib.* 1. *c. ap.* 9. Matth. Steph. *d. c.* 6. *n.* 5. G. Schonb. 5. *Polit.* 35. Primates denique sunt in Germania Archiepisc. Magdeburgensis, vid. Ohm. *d. lit. e.* in Italia Aquileiensis, qui & Venetus dicitur, item Pisanus Ohm. *d. lit. e.* in Gallia orientali sive Belgica Trevirensis, *c. Teugualdum.* 11. *q.* 3. in Gallia Celtica sive occidentali Bituricensis, Viennensis, Lugdunensis, & Rhenensis, qui etiam ungit Regem Galliæ: in Anglia Canthuariensis; in Hispania Toletanus. P. Greg. *d. lib.* 50. *cap.* 10.

III. Classis Comprehendit Episcopos,

Augustanum, Basileensem, Brixiensem, Papæbergensem, Herbipolensem, Wormatiensem, Constantiensem, Spirensem, Cameracensem, Ejchstadensem, Freisingensem, Hildesiensem, Padebornensem, Verdensem Halberstadiensem, Monasteriensem, Leodicensem, Lubecensem, Metensem, Osnabrugensem, Passaviensem, Ratisbonensem, Mindensem, Tulliensē, Tridentinum, Verdunensem, Argentinensem, Schecinensem. His annumerantur Abbas Fuldensis, Abbas Hirschbergensis

Abbas Murpacensis, Abbas Campidonensis, Abbas Corbejensis, Abbas Prumensis, Abbas Stabulensis, Magister Equitum Ordinis Teutonici Magister ordinis equitum divo Johanni sacrorum, Præpositus Elbangensis, Præpositus & Archipræsbyter Berchtelsgadensis.

Atq; hi sunt Episcopi in Germania, de quorum dignitate, electione confirmatione & consecratione quædam subjicienda, putavi. Dignitas illorũ est amplissima inter dignitates ecclesiasticas. Scot. *resp 28. n. 35. lib. 6.* ac maxima, Pacian. *lib. 2. de probat. c. 28. n. 63.* ob quam dicuntur illustres. *c. fin. de re jud. in 6.* & serenissimi secũdũ Zab. *in Clem. in plerisq; in 4. notab. de elect.* sciendum autẽ est Episcopum hodie duplicem gerere personam, Ecclesiasticam & secularem, atq; adeò etiam duplicem jurisdictionem, Ecclesiasticam & secularem. Ecclesiastica est de negotiis spiritualibus, qualia sunt, quæ animam, religionem, conscientiam concernunt, aut alia Ecclesiastica jura proximè attingunt, *c. decernimus extr. de judic.* veluti controversiæ de articulis fidei *c. convenior. 23. q. 8. l. omni invocatione. C. de SS. Eccl. t t. C. de summa*

trinit.

trinit.t.t.C de haeret.t.C de jude t.C de pagan.Nov.146.c.12 de personis Ecclesiasticis, earumque electione, officio, immunitatibus *t.t.C.de Episc.& Cler Nov.3 5.6.16 56.57 79.83.123.131.133.137.149.* de sponsalib. & matrimoniis *l.si l.gib.16.l. pen.C. de episc. aud.t.t.extr. & in 6. de sponsal, & matrim.* de legitimitate *c.5.extr. qui filij sint legit. c.tuam extr.de ord. cognit.* de infantibus expositis, *l. nemini. 24. de episc. aud.* de lenocinio parentum vel Dominorum. *l. si lenones 12.C.eod.* de juramentis *t.t. extr. & in 6.de jurejur.* de locis sacris & eorum privilegiis *t.t.C.de SS. Eccles. & t.t. C. de his qui ad Eccl.confug. Nov.5 & 8* de dieb. festis *l.ult.C.de feriis.* Secularis seu civilis est de negotiis civilibus, veluti de tutelis, curatelis, contractibus, &c. Atque hi Episcopi quatenus habentur seculares, in Imperio Germanico possunt dici principes, & status Imperii, eoque respectu non ut Ecclesiastici, sed ut Imperii Principes, sive membra Politica, Imperii feudo possident, & Principali dignitate fruuntur, ideòque regalia ex concessione Imperatoris habent; prout etiam Electores tres Ecclesiastici, Moguntinensis, Trevirensis & Co-

& Colonienſis, non ut Eccleſiaſtici, ſed ut imperii Principes præemientiam iſtam Electuræ obtinere credũtur. Matt. Steph. *de jurisd. lib.3.p.1.c.14.n.15*. Omnis autem Epiſcoporum poteſtas competit vel ex lege jurisdictionis, vel ex lege diœceſana. Ad legẽ diœceſanã hæc pertinent: Canonica obedientia, ſubjectio & Reverentia. *c. conquirente. c. dilectus. de offic. ord.* Adminiſtratio, diſpoſitio & gubernatio bonorum Eccleſiaſticorum. *c. ſi quidam c. decretum c. quæcunq; c. noverint. c. de his 10. q.1. c. præſulum 6.q.3.* decimarum perceptio ac diſtributio. Laur. Ohm. *d. lo. th.17. lit. k.* item Cancellariatus in Academiis ſuæ diœceſi in ſitis vel vicinis honorificẽtiſſima functio, h. e. poteſtas creandi Doctores, Magiſtros, & Baccalaureos, hujusve poteſtatis ſuæ vice Decanis Facultatũ gratioſa conceſſio & indulgẽtia. L. Othm. *d. th.17. lit. K.* Ad legem jurisdictionis pertinet, Clericorum cauſas audire, easdemque per ſentẽtiam definire; pœnas decernere, Clericos ob crimen cognitũ ab officio & dignitate ſuſpendere, removere & deponere, &c. vid. L. Ohm. *d. loc. th.18.*

Præ-

Præterea circa Episcopos hæc consid. 1. Eorum electio. 2. postulatio, 3. confirmatio & denique 4. eorundem consecratio. In electione iterum quatuor occurrunt, personæ, tempus, locus, & forma. Personæ tum eligentium, tum eligendorum. Eligentes personæ sunt tantũ Canonici sive Clerici, non Laici; quibus omnis eligẽdi potestas est præcisa, *c. l. 2. 3. 5. c. omnis electio. dist. 63.* licet consuetudine induci possit, ut factâ electione in Ecclesia requiratur consensus Principis. *c. cum in terra. de elect.* Mat. Steph. *d. p. 1. c. 9. n. 7.* Persona eligenda debet esse idonea. *c. cum in cunctis. c. cum Vintoniensis. extr. de elect.* & de gremio Ecclesiæ. *c. nullus. dist. 61. c. Metropolitano. dist. 33. c. cum inter. de elect.* Consistit etiam hæc idoneitas quandoq; in Natalibus experientia namq; testatur, in Episcopum Argentinensem neminem eligi, nisi qui sit Princeps, vel Comes, vel Baro. Inde Episcopus Argentinensis dicitur Nobilissimus; sicuti Basiliensis amœnissimus; Moguntinus dignissimus; Trevirensis vetustissimus; Coloniensis ditissimus; Constãtiensis amplissimus, Dresser. *p. 2. millẽ. 2. p. 170.* Debet autem Electio hæc

absq;

absq; omni ambitu, itéq; sine precibus & sine pretio fieri. *l. si quenquam 31. C. de Episc. & Cler.* Matth. Steph. *d. c. 9. n. 31* Circa Episcoporum numerū quæritur: *Quotnam*
Q. *sint eligendi?* R. Jus scriptum requirit, ut tot sint Episcopi, quot Civitates, adeò ut quælibet Civitas habeat suum Episcopū: *l. 36. C. d. 1.* Matth. Steph. *d. c. 9. n. 27.* quod etiam in Italia cōsuetudine receptum est. Verum Germaniæ Episcopatus hoc numero non semper sunt contenti qui in tot sæpè civitates uni Episcopo subjectæ sunt, ut integram provinciam constituere, & cum Archiepiscopatibus certare possint, veluti Episcopatus Bambergensis Wurtzbergensis, Monasteriensis, Leodiensis, Spirensis, &c. Quid? quod plures Episcopatus in Germania ab uno sæpe Episcopo possideantur, ceu superiori seculo Albertus Cardinalis & Elector amplissimas Archidiœceses Moguntinam & Magdeburgensem, unâ cū diœcesi Halberstadiensi possedit. Similiter Georgius Dux Brunsvvicēsis, Franciscus Comes à Waldeck, Johannes Comes ab Hoja, Henricus Dux Saxoniæ Laoburgensis, &c. singuli plures diœceses simul gubernarunt. Chytræus *in Metrop.*

trop. & *passim in Chron. Sax.* ac novissimè defunctus Elector Coloniensis Ernestus Bavarus non modò Coloniensem, sed & Monasteriensem, Leodiensem, Hildesheimensem & Freisingens. diœcêsis simul tenuit. D. Laur. Ohm. *in d. tr. de jur Episcop. th. 13. lit. c.* Tempus, quo Electio est facienda, est illud, quo Ecclesia est viduata pastore, *c. ut circa, c. quam sint. c. cupientes de ob.* debetq; fieri intra tres mẽses à vacatione Ecclesiæ. *postquam dist. 50.* Nicol. Vigel. *in Meth jur. Pontif. lib. 8. cap. 10. qu. 4. Reg. 1. 2. 3. 4.* Locus Ecclesiæ destinatus, est Ecclesia Cathedralis. *c. quod sicut in pr. vers. cum juxta. ex tr. de elect. c. fronte. in pr. extr. de appell.* Modus seu forma eligendi Episcopum est triplex, vel enim fit per scrutiniũ; vel per compromissum, vel denique per quasi inspirationem divinam, de quibus videatur Matth Steph. *d. c. 9 n. 33. & seqq.* & D. Hackelm. *disp. jur. Canon. 3. th. 13. & seq.* Electione peractâ & publicatâ, ea quã citissimè fieri potest, *c. quam sit 6. in pr. de elect. in 6.* electo est præsentanda, ab eoq; vel acceptanda, vel recusanda intra mensem, vel sex menses, si procul absit. *c. quoniam. 5. §. porro. Ut lit. non contest.* alioqui justo

justo impedimento cessante, jure, quod ei ex electione datur, privatur. Hackelm. *d. disput. 3. th. 16. lit. b.*

Postulatio est unanimis, certa, simplexque collegii petitio Antistiti facta ejus personæ, qui alioqui defectu ad regendã Ecclesiam jure Eligi non potuit D. Hackelm. *d. disp. 3. th. 1.* Differt ab Electione 5. Nam qui postulantur, sine aliquo impedimento eligi non possunt: At qui eligi sine aliquo impedimento possunt, illi non debent postulari Mat. Steph. *d. p. 1. c. 11.* Deinde electio opus habet confirmatione, postulatio non item. Matt. Steph. *d. p. 1. c. 11. n. 8.* Differt quoq; à nominatione: hæc respicit plures; illa verò unum tantũ: hæc fit alternativè, illa simplex est, & certa. Peragitur autem hæc postulatio ab his, ad quos spectat electio, qui omnes uniformiter consentire debent, *c. bonæ memoriæ 3. & 4. §. cæterum de elect.* vel etiam major pars & sanior, *c. 1. de his quæ fiunt à major. part.* & fit eodem modo eademque forma, quo electio. Dan. Venatorr, *b. t.*

Electionem sequitur *confirmatio*, quæ adeò est necessaria, ut sine illa Episcopus ferè nullam habeat potestatem, *c. nostris,*

c. *qua-*

c. qualiter. c. fin. de elect. in 6. seu confirmatus beneficia conferre, & quæ muneris sui sunt administrare potest. *arg. c. cum nobis. cap. quod sicut.* §. *super. de elect.* seu omnia quæ jurisdictionis sunt, veluti judicare, beneficia conferre, corrigere, &c.

Consecratio superest, per quam Episcopus ea quoque quæ sunt ordinis consequitur, ut est Clericorum ordinatio, depositio actualis, Ecclesiarum & altarium consecratio. *c. transmissam d. Elect.* Eadem q; dicitur ordinatio Oldrad. *cons. 14.* sine qua Episcopus de rigore juris canonici nomen Episcopi non meretur. *c. tub. de his quæ fiunt à Prel.* quem tamen rigorem multi Episcopi Germaniæ non attendunt, nihilominus nomen juraq; Episcopi nemine contradicente usurpant. Conf. D. Hackel. *d. disp. 3. θ. 25. & seqq.* Illud etiam hoc loco addere volui, fuisse olim quoq; Chorepiscopos, qui id nominis acceperunt à χώρα id est, pago, quod rustici seu magis pagani Episcopi. De quibus videatur Matth Steph. *d. p. 1. c. 8. nu. 11.* & Laur. Ohm. *in d. tr. de jure Episcop. θ. 13. lit. a.*

IV. Classis complectitur Princi-

 pes

pis Politicos, quorum hodiè XVIII. sunt familiæ.

[L.] *Paulò post: Duces Juliacenses, quorum familia nuper extincta est. Non hæc inter se concordant, sunt & fuit. Quoniam Ducum Juliacensium familia extincta est, non debebat autor eandem inter illas referre, quæ hodie sunt: atq; ita numerum constituere minorem. Præterea in isto Catalogo lineas diversas familiæ Austriacæ, atq; Ducum Bavariæ constituit: Rectè quidem in eo, at cur in gratiam studiosæ juventutis non etiam Palatinam, Saxonicam, atque cæteras in suas distribuit lineas? Sanè methodus, quam ipse promittit, hoc suadebat.*

Veluti Archiduces Austriæ, qui in duas lineas distinguuntur, Austriacam & Burgundicam. Duces Bavariæ, quorum itidem duæ lineæ, Bavarica & Palatina. Duces Saxoniæ; Marchiones Misniæ, & Landgravii Thuringiæ: Marchiones Brandeburgici: Duces Brunsvvicenses & Luneburgenses: Duces Juliacenses, quorum familia nuper extincta est: Duces Pomeraniæ: Duces Megapolitani: Duces Wirtenbergici, Landgravii Hassiæ, Mar-

Marchiones Badenses, Duces Saxoniæ inferioris, sive Lavenburgenses: Duces Holsatiæ: Landgravii Leuchtenbergenses: Duces Sabaudiæ: Principes Anhaltini: Duces Lotharingiæ, Comites Arenbergij, qui ab Imperatore Maximiliano I inter Imperii Principes suscepti sunt.

Quamvis generali significatione vox Principis complectatur tùm Electores, tùm Duces, tùm Comites, aliosque Imperij status. Lancell. *in templ. omn. judic. lib.* 1. *cap. 3* tamen hoc loco pro mediis Romani Imperij proceribus, nempe Archiducibus, Ducibus, Principibus in specie sic dictis, Comitibus Palatinis, Landgraviis, Marchionibus accipitur. Est etiam angustior Principis significatio, de qua infra. Nomina Ducum, Marchionum, Comitum, &c. non ut olim, muneris & administrationis, sed patrimonii nomina sunt: unde etiam illi, licet recognoscant superiorem, pro Præsidibus Provinciarum habentur. Joach. Steph. *de jurisd. lib.* 1. *cap. 3. num. 48.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. pag.* 1. *cap. 5. num. 7.* De origine Principum ita scribit glossa *ad*

art. 8 *lib.* 2. *jur. Saxon.* Nach dem die Römer alle Welt bezwungen hatten / haben sie auff eine jedere Landscheidung ja einen gesetzt / welchen sie einen Fürsten genennet haben / und ihm etliche Richter zugeordnet / dieselben helt er dann bey sich an seiner Kost. Hierzu nahmen dieselbigen Fürsten alle der bezwungenen Leute Acker ein / und was unter denselbigen zuvermieten dochte / das theten sie umb einen bescheidenen Zins aus / und hielten davon ihre Ritter: Was aber überblieb / solches gaben sie den Römern. Nachmals als die Lande alle bezwungen / und in Friede waren / fiel es den Fürsten beschwerlich vor / die Ritter also stets auff ihren Kosten zuhalten / und darumb liehen sie ihnen die Güter im Lande / auff das sie sich davon selbst unterhielten / und den Herrn davor gebürliche dienste pflegeten / &c. Dignitas Principum non est æqualis, sed in aliis major, in aliis minor, quæ inæqualitas sessionis etiam ordinem inæqualem reddit. Nam honoris præeminentia in sessione & prioritate consistere dicitur. Schrad. *consil.* 4. *n.* 3. & *n.* 214. *libr.* 1. Reinhald. *cons.* 81. *n.* 11. *l. b.* 2. Quam nec antiqui-

tiquitati familiarum, nec majorum multitudini, nec nobilioribus [illegible], sed longæ inveteratæque consuetudini, [illegible] ctibus possessionis adscribo cum Ant. Colero *de jure imper. Germ. sect. 67.* De hac præeminentia & præcedentia inter illustres familias permultæ motæ sunt controversiæ. E. g. inter Regem Galliæ & Hispaniæ, Bodin. 1. *de Rep. c. 9.* Florentinum & Ferrariensem Duces Gravett. *cons. 98.* Modestin. Pistor. *consil. 18. vol. 1.* Natta *consil. 637.* Decian. *consil. 19. vol. 3.* Moguntinum & Coloniensem, Avent. *lib. 7. annal. Bojor. p. 588.* Culpin. *in Henric. IV.* Dubrav. *lib. 22. histor. Bohem.* Coloniensem & Fuldensem Spangenberg. *in Chronic. Mansfeld.* Krantz. *lib. 6. Sax. cap. 40.* Naucler. *gener. 36.* Joh. Wolff *lect. memor. cent. 15. p. 973.* Mart. Crus. *lib. 11. ann. l. p. 2. cap. 14.* Sed quæstionis est, *An ablegatis legantis Principis locus sit tribuendus, si is alium præcedat?* Negat Anton. Coler. *d. loc. sect. 68.* ubi adducit exemplum de legatis Caroli V. Imp. qui in Comitiis Noribergensibus postpositi sunt Ferdinando Fratri. *Quid verò si unius familiæ, diversarum tamen linearum* Q.

Q.

Principes concurrant? An jus primogenituræ; an verò ætatis ordo est inspiciendus? Subsisto. Videatur interea Dn. Coler. *d. loc. still. 69.*

Ex principum familia dignitate ac ordine primi sunt Archiduces, ita dicti quasi supra duces: Sicut Archiepiscopus est supra Episcopos. Mozz. *de feud. tit. de his qui feud. dar. poss. num. 16. vers. reperitur.* Quod nomen tantum in Germania usurpatur. Chassan. *de glor. mund. parte 5. consid. 44. vers. audivi alios.* nec ullis aliis quàm Austriæ Ducibus horumque filiis & omnibus aliis competit. Crantz. *lib. 6. Saxon. c. 8.* Qui alio quoque nomine Pfaltzhertzogen dicti sunt Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. 8. n. 3.* Primus autem Albertus Imperii Vicarius à patre Rudolpho I. Imp. hac dignitate ad hæredes transitoria ornatus est. Spangen. *in specul. nobilit. lib. 10. c. 12.* Non igitur concedendum est Mozzio *d. loc.* qui tradit consuetudine introductum esse in Alemannia, ut, cũ Ducũ filii vocentur Duces, eorum tamen primogenitus frater appelletur Archidux, quasi primus fratrum in Ducali dignitate, ab ἀρχὸς, quod est Princeps, ad eum modum

dum, quo in Gallia Regii sanguinis primi Delphini appellantur. Unde etiam Lotharingiæ Duces, P. Æmilius *lib. 1. de reb. gest. Francorum*, & Carinthiorum Principes. Spigel. *in lex. juris, verb. Archiducis.* qui Principatus suos in Archiducatum evehi, & Archiduces salutari voluerunt, hoc tamen apud Imperatorem impetrare nunquam potuerunt. Chassan. *d. loc.* De privilegiis serenissimorum Archiducum Austriæ integrum tractatum scripsit Thomes de Haselbach, quem allegat Cuspin. *in vita Frider. Barbarossæ Imperat.* Videatur etiam privilegium quoddam Cæsareum, iis ex singulari gratia indultum, quod extat verbotenus in Cosmogr. Sebastian. Munsteri. *lib. 3. cap 399.* Summa illius privilegii est, quod nova vectigalia propria auctoritate instituere, & non solum Nobiles, verùm etiam Comites & Barones creare, iisque insignia dare possint, famæ restituere, spurios legitimare, omnesq; concessis dignitatibus abutentes iisdem privare. [*L.*] Cluten. *in syll. rer. quot. th. 25.* Quin etiam jus Archivi habent. Ruland. *de Commiss. c. 3. num. 23.* paribusque privilegiis cum Electoribus

gaudent. Kran. d. c. 8. imo etiam [illegible] dictione Cameræ se exemptos volunt. Thom. Mich de jurisd. [illegible].

[L.] Primum non [illegible] privilegiis constituunt, [illegible] deinde generaliter [illegible], cum tamen relata omnia tantum ad [illegible] se referant territorium, vide tractatus mei lib. 5. de jur. publ. c. [illegible], num. [illegible].

Post Archiduces sunt *Duces*, ita appellati à ducendo, i. e. regendo & gubernando exercitum, cui olim præsunt, Dn. Vult. 1. *F. 4. n. 14.* Germanicè dicitur Hertzog/ vel quod Dominus sit belli, vel à vocabulo Heer/ quod exercitus est, & ziehen/ quod Latinis est ducere, quasi Dominus & Dux Exercitus, ein Herr des Zuges/ Dn. Vult. *d. loc.* Matth. Steph. *d. cap. [illegible]*. Hæc Ducis appellatio Publico Romano in tantum arrisit, ut nulla alia, [illegible] Hasdrubale, ab Iberis fidei Romanorum se commendantibus salutari voluerit, ex Polyb. P. Gregor. *lib. 6. de Rep. [illegible]* Unde & ejus origo à Romani Exercitus Ductoribus emanasse creditur. Zas. *part. [illegible] Feud. n. 6.* Qui quidem olim, ut & alij magistratus non Principatus sed officii, & qui-

quidem judiciali, [illegible] sed con-
tinuatione perpetua, sed temporariæ digni-
tatis fuerunt, Gottfr. Pancirol. in Notit.
*Imp. Orient. c. 135. & 145. & in Notit. Imp.
Occid. cap. 85.* Duaren. [illegible] *feud.
c. 6. numer. 8. P. Georg. lib. 6.* [illegible]
Cas. cap. 9. numer. 1. Gründlicher bericht
von allen und ieden der Fürsten unnd Gräff-
lichen Reichsständen Privilegien / &c. Im
andern Punct / *num. 2.* Quemadmodum
& nunc apud Hispanos, dignitas Duca-
lis ad hæredes non transit, nisi denuò per
Regem renovetur. *Lud. Molina. de pri-
mog. Hispan. lib. 1. cap. 14. num.* [illegible] *& Hipp.*
P. Heig. *p. 1. q. 6. n. 37.* Atque hi duces [illegible]
duplici sunt differentia. Alii enim sunt &
dicuntur Magni Duces, grosse Hertzogen /
quales sunt Moscoviæ, Litaviæ, Florentiæ,
Hetruriæ, (*l. 1.*) qui ob singulares virtutes
nomen Magni sunt consecuti. At tales
in Germania non reperiuntur. Alii verò
simpliciter dicuntur Duces, quorum in
Germania non exiguus est numerus.
*Quibus an Duces Venetiarum, & Genu-
ensium, sint comparandi,* quæritur?
Negat. quia dominium nullum habent,
sed quandam tantum præeminentiam in-

 con-

consilio a Populo exquirendo. Baldus *in l. decernimus. C. de S. S. Eccles.* Imo revera Duces non sunt, sed tantum capita in ejusmodi politiis inter alios eminentia. Dn. Vult. *d. cap. 4. in fin.* [L. 2.] Inter hos Germaniæ Duces quâ Duces nulla est differentia, sed duntaxat ordo in sessionibus. Dn. Vult. *d. c. 4. num. 14* Matth. Steph. *d. c. 6. n. 70.*

[L. 1.] Male Florentiæ ab Hetruriæ magno Duce separatur, unus enim idemq; est. . . . . Magnus Dux Hetruriæ Florentiam tenet.

[L. 2] Dux Venetorum in nonnullis cum Ducibus nostris comparari potest, in nonnullis non potest Dux autem revera est. vide quæ notavi de jure publ. lib. 4. c. 3. nu. 17. & seqq.

Ex illo ordine dependet, quod alii sint imperii, alii verò simpliciter Duces. Duces Imperii 4. sunt: Brunsvvicensis, Bavariæ, Sueviæ & Lotharingiæ Reliqui suo ordine suoque jure censentur. G. Schonborner *5. Pol. 28. gloss. 1. ad art. 8. jur. . . .* [L. 1] ibi: Wisse aber / daß der Fürsten zweyerley seind / etliche heissen schlechte Fürsten / etliche des Reichsfürsten / . . . Reichsfürsten aber solm bey dreyen . . .

gen erkennen / das erste ist / das sie keinen Lehnfürsten zum Lehnherrn haben / dann den König allein. Das ander ist / das sie ihr Fürstenthumb mit einer Fahnen / oder Scepter empfahen sollen. Zum dritten / sollen sie solch Land haben / die da Fürstenthumb heissen. Auch wisse / ob zu einem Fürstenthumb viel Brüder weren / welcher von ihnen nach geschehener Theilung das Fürstenthumb behelt / der ist des Reichsfürst. Die andern Brüder aber bleiben schlechte Fürsten / vnnd die heissen wir Fürstengenossen. Notis hisce à numero Principum Imperii excludi videntur Principes Silesiæ, qui in 14. Ducatus dividuntur, [*L.2.*] quorum singulis nomen à Metropoli sua datum fuit. 1. Ratibariensis, 2. Tropaviensis, 3. Teschnicensis, 4. Opoliensis, 5. Bregensis, 6. Nissensis, 7. Uratislaviensis, 8. Olsnicensis, 9. Lignicensis, 10. Monsterbergensis. 11. Suidnicensis, 12. Taurensis, 13. Glogoviensis, 14. Saganensis. Ex quibus tres saltem familiæ sunt superstites, Lignicensis, Teschnicensis, & Monsterbergensis. D. Paurm *d. lib. 1. de jurisd. cap. 9. n. 9.*

[L. 1.] Ex illo ordine, sessionis puta. de eo enim antea dixerat. At non ex ordine sedendi,

colli-

provincia nobilis est, pro tali etiam habeatur in alia. Ant. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 28. defin.* 12. *num. 9.* Petr. Fritz. *de Nobil. concluſ. 3. lit. b.* Etſi autem nobilium generali appellatione etiam Duces, Marchiones, Comites, Barones, comprehendantur. *c. conſtitutis, extr. de teſtib. c. grandi. de ſupplen. neglig. prælat. lib. 6.* Fab. de Ana *conſil, 56. n 17. & ſeqq.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 6. num.* 51 Schrader. *conſ. 12. n. 155. p. 1.* Idem *conſil. 23. num. 42. & ſeqq. vol. 2.* ſpeciali tamen ſignificatione ii tantum veniunt, qui ſunt infra Barones, quorum alii in Germania Principibus & Ordinibus ſubjecti, alii verò imperio immediatè parent, vocanturquè liberi Nobiles, die Freyen vom Adel die freye Ritterſchafft / welche ohne Mittel / der Keyſ. Majeſtet vnterworffen / *Receſſ. Imper. Auguſt. de anno* 1555. §. vnd in ſolchen fried. *Ord. Cam. part. 2. tit.* 5. Qui in tres Claſſes, Franconicam, Suevicam & Rhenanam, diſtribuuntur. *Receſſ. Imper. de anno* 1500. *tit.* Was man mit den Ritterſchafften zu Francken / Schwaben vnd Rheinlanden handlen ſoll. Equites Franconiæ in 6. loca dividuntur. 1. Odenwald. 2. Steigerwald. 3. Gebirg. 4. Altemühl. 5. Pan. 6. Rhor vnd weyde. Suevi in

vi in quinq; 1. Hegöw / Bodensee vnd Algöw 2. An der Donaw. 3. Am Koecher oder Gochen. 4. Am Schwartzwald. 5. In Creichgaw. Cluten *in syll. rer. quotid. th.26. lit.N.* Hi non minus quàm status Imperii immediatè subsunt Imperio, Constitutionibusq; Imperii, de immediatè Imperio subjectis loquentibus comprehenduntur, jus quoq; & privilegium Austregarum habent ex Ordin. Camer. *part.* 2. *tit.*3,4 5. Sixtin. de regalib. cap. 4. num.96. Quin etiam regalia habent. Wesenb. *consil.*60. *num.*30. D. Vult. 1. *F* 5. *num.* 7. Nec tamen inter Imperii status referendi sunt, quia ad Comitia Imperii non vocantur, multò minus in iis jus sedendi & suffragandi habent. Clut. *d lo.*

(L) Contrarium docui tract. de jur. publ. lib.6.c.1.n.23.& seqq.

Privilegia & prærogativæ, quibus Nobiles præ ceteris gaudent, multæ sunt, de quibus Tiraquell. *in tr. de Nobilit. cap,* 6. Primò præ cæteris sunt honorandi *gl in c. illud.* 40. *dist. l. ad honorem. de. Decurion.* & in sessionibus præferendi *l.* 3. *§. sedendi C. ubi senat. vel Clariss. c. statuimus de major. & obed.* 2. pro iis major, quàm pro plebejis stat virtutum præsumtio. Alciat.

ciat. *de præsumpt reg* 1. *præsumpt.* 48. Tiraquell. *in d.tr. de Nobilit cap* 20. *num* 20 Dn. Præcept. Virgilius Pingizer *quæst. Sax.* 17. *num*.33 D.Vult *conſ.Marp.*18 *n.*170 *vol.*3.3. A civilibus perſonalibus oneribus dignitatem annexam non habentibus *Br. in l.* 1. *C. de dignit.* & à ſordidis excuſantur *c. Nobilis* 2. *q.* 5. 4. injuria iis facta gravius punitur, quàm quæ facta plebejo *l. aut facta* §. *perſona. de pœn.* §. *atrox* 9. *Inſtit de injur.* Joh. Arze ab Otalor *in ſum. nobilit. Hiſpan. p.* 4. *pr. c. ult. num.* 11. 5 quæſtionibus & torturis non ſubjiciendi *l. milites l. Divo. C. de quæſtion. l. nullos. C. ad L. Juliam Majeſt.* Zanger. *de quæſtion. & tort. c.* 1. *nu.* 30. *& ſeqq.* Bocer. *de quæſt. & tort. c.* 4. *nu.* 42. *& ſeqq.* nec flagellis cædendi. Bart. *in l.* 2. *C. de term. mot.* 6. à vectigalium & pædagiorum præſtatione immunes ſunt. Becht. *de ſecurit. & ſalv. cond. th.* 224. *Hæc & alia Nobilium privilegia, an etiam patritiis civitatum Imperii, quos vulgò* Geſchlechter *vocamus, competunt?* Aff. de jure civili juſtinianeo per *auth. Præſides. C. de epiſc. aud. l.* 3. *C. de natur. lib. l.* 33. *C. de decurion. l.* 10. *Nov.* 15. *c.* 1. Becht. *d. l. th.* 225. Q.

Perti-

Pertinent huc quoque arcium nobilium possessores, vulvò die Ganerben / ita dicti, q. gemeine Erben / communes hæredes & condomini. Rittershuſ. 1. *part. Feud.* 17. vel q. Geheerben / ad quos tanquam descendentes properet ſuccesſio. Quæ res in Germania originem accepit tunc, quando in armis jus poſitum erat, da das Fauſtrecht im ſchwang gieng. Rittershuſ. *d. loc.* cum pasſim itinera eſſent minus tuta, ac latrones latrocinia hinc inde exercerent, alii quidam Nobiles, quibus pietas magis, quàm deprædandi illa licentia cordi erat, ſalutis ſuæ tuendæ causâ contra invaſionem hoſtium violentam, extruxerunt ſibi arces munitas, in quibus cum ſuis tuti viverent. Ut autem conjunctio horum eò major & firmior eſſet confœderationes ſuas certis legibus inierunt, quas den Burgfrieden vocarunt. Cluten. *in ſyllog. rerum quotid. theſ. 26. lit. K.* Veruntamen hæc confœderatio primitùs honeſtisſima de cauſa inſtituta, tandem degeneravit in pesſimum ſtatum. Auctâ namq; illorum potentiâ, cœperunt alios invadere atque opprimere, alios etiam in ſuam ſocietatem recipiebant, qui in bannum Imperialem inci-

incidissent; donec tandem audax illorum improbitas, & improba audacia, publicis Imperii constitutionibus coerceretur, constitutâ gravissima pœna in receptatores, *Recess. August. de anno 1500.* Et *in Recess. VVormat. 1495.* in eosdem quatruplex constituta est pœna. 1. Das jhr Leib und Gut allermenniglich erlaubt sein sol / vnd niemand daran freffeln kan oder mag. 2. Das alle Pflicht vnd Recht auch anforderung dir sie haben sollen/gegen denen so ihnen verhafft/todt vnd ab seyn. 3. daß sie alle Lehen verfallen haben. 4 daß sie vor vnredlich gehalten werden. Ejusmodi arces, Ganerben Häuser / & civitates Ganerbicas aliquot recenset Rittershus. *d. loc.* Prima est Arx Rotenburgensis propè Noribergam: 2. Friburgum in Weteraviâ. 3. Arx Saltzburg ad salam in Francia orientali. Civitates Ganerbicæ sunt. 1. Crucinacum, habens condominos Electorem Palatinum & Marchionem Badensem. 2. Schmalkaldia, quæ ex parte dimidia ad Comites ac Principes Hennebergenses, ex altera ad Landgravios Hassiæ pertinuit, sed hodiè stirpe Henneberg. extinctâ, Landgravium solum Do-

Dominum agnoscit. 3. Gelnhus. civitas Imperialis. D. Paurmeist. 2. *de juris. Imper. Germ c.9.n.75* Talem quoq; olim fuisse Hebron, de qua in sacris literis, ait Rittershus. *d.cap.17.*

Ex literatorum ordine primi sunt Theologi.

Sacrosancta Theologia inter omnes disciplinas primum meritò obtinet locum, cum propter nobiliorem finem, qui est vita æterna, tùm propter majorem certitudinem, tùm etiam propter dignius & excellentius objectum, quod est Deus. Matt. Steph. *de jurisd lib.3. part 2 cap 4 n.16.* Horum opera in Rep. valdè necessaria est & utilis, quia Dei metum & cognitionem in hominum mentes instillant, quæ basis & fundamentum omnium legum & virtutum. Plato. 4. *de L L.* Et propterea multis privilegiis atque immunitatibus fruuntur, de quib. Becht. *in d tr. de secur. th.221* quibus tam diu gaudent, quamdiu servant ea, quæ sunt suæ professionis *c. Abbate 27 de V. S* & ordinis eminentiam vitæ ornant innocentiâ. Quæ privilegia extenduntur, ad illos quoq; peregrinos, qui voto con-

cepto

cepto religionis ergò proficiscuntur, Vulgo Pilgern und Wallfahrter. Becht. d. in. th.223

Theologos proximè a) sequuntur Jure-consulti. b) Q.

a) Non levis est controversia inter *ICtos & Medicos uter ex iis sit alteri præferendus?* Plin. *lib.* 26. *c.* 1. *& lib.* 29. *cap.* 1 ait, nullam esse artem Medicinâ fructuosiorem, quod confirmare videntur præmia Medicorum opima, quæ Hippocrati, Arnutio, Calpitano, aliisque à Principibus sunt persoluta. In primis verò memorabilis est historia de Ludovico XI. Galliarum Rege, qui, teste Phil. Comineo, *lib.* 9. *&* 10. *de reb. gest. Ludov. XI* Medico suo menstruum dedit stipendium decem aureorum millia, præter Episcopatum Ambianensem, ejus nepoti, & munera publica ejus propinquis & amicis donata. Sed hæc Medicinæ dignitati parum vel nihil addit, si quidem ex fine potius & objecto de disciplinarum præstantia est judicandum, quod Jurisprudentia multo axcellentius habet, quam Medicina. Etenim hæc solum teudit ad con-

conſervationem corporis, illa verò reſpicit conſervationem hominum, Reipublicæ & animæ. Quantò igitur anima corpore, & Reſpublica homine eſt præſtantior, tantò etiam præſtantior dignior & excellentior erit Jurisprudentia Medicina. Vid. Caſſ. *de glor. mund. part. 10. conſ. 25.* Bod *de Rep. c. 8. p. 73. lib. 1.* Ant. de Guevara *in horol. Princip. lib. 1. cap. 43.* Coras. *ad l. 2. §. 13. de Orig. Jur.* Heig. *parte 2. quæſt. 26. numer. 7. & ſeqq.* gloſſ. *in c. non ſane fin. 14. q. 5.* ubi dicitur, Medicos non eſſe majoris valoris, quàm obſtetrices. b) Non tabulæ & fori tintinnabula, vilisſima capita, forenſia pecora & togati vultures, qui

Huic uni ſolent ſtudio ſe dedere & arti,
Verba dare, ut caute posſint pugnare; dolosè
Blanditiâ certare, bonos ſimulare viros ſe.
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Lucil. apud Lactant. *lib. 5.* Sed qui juris ac juſtitiæ veri ſunt ſacerdotes, qui juſtitiam colunt, boni & æqui profitentur notitiam, æquum ab iniquo ſeparant, bonos non ſolum metu pænarum, verùm etiam

etiam præmiorum exhortatione efficere cupiunt, philosophiam veram non simulatam affectant, *l 1. §. 1. de J. & J.* Qui dirimunt ambigua fata causarum, suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesquè salvarent. *l. Advocati 14. C. de advocat. diversf. judicior.*

Tertium dignitatis gradum obtinent Medici.

Es hîc eos saltem intelligimus, qui suæ artis & professionis sunt periti, omnemq; diligentiam in curando adhibent. Quales cum non sint circumforanei isti & impostores (quos vulgus Tyriacksfrämer oder Landbescheisser vocat) qui non loculis tantùm sed & hominum saluti insidiantur, in Rebuspublicis benè ordinatis non sunt ferendi. P. H. O. *art.* 134. *Quid vero de Alchimistis sentiendum?* Sunt qui contendunt, Alchymiam esse artem omninò licitam, nec ullo jure prohibitam. Oldrad. *consil.* 74. Decian. *in tr crimin.lib.7 cap.*13.*num.*12. Matth. de Afflictis *in tit. quæ sint regal. in verb. monetæ. num* 21.

Q.

Chaſſan. *in catalog. glori. mundi part.* 1*o. conſid.* 4*o.* P. Gregor. *part. jur. Can. lib.* 4. *tit.* 11 *cap.* 7. *n.* 6. Mart. Delrius 1. *diſquiſit. magiſtr.* 15. *ſ.* 4. *q.* 4. *num.* 1. Petr. Binsfeld *de malef. & mathem. concluſ.* 3. *num.* 45. *& ſeqq.* ſi modò absq; magica ſuperſtitione quisquam eâ utatur. P. Gregor. & Chaſſan. *d. loco arg. l. un. C. de Theſaur. lib.* 10. Alii verò eam ut impoſſibilem & inutilem (ut pote cujus finis eſt mendicitas, teſte quotidiana experientia) prorſus rejiciunt. Joh. Andr. *in. c.* 2. *de ſortileg.* Theſſaur. *p.* 1. *num.* 42 Bocer, *de monet. jure cap.* 4. *num.* 10. *& ſeqq.* Eraſm. *in dial Alcumiſt. p.* 355. *& ſeqq.* quòd ut plurimum pro carbonibus cineres, pro metallis & auro cinerum favillas micantes in furno relinquant. Lang. *epiſt. Medic.* 55. nec verum & naturale aurum, ſed apparens tantum conficiant. Bald *c.* 1. *col.* 5. *extr. de conſtit.* Proindè neq; ad monetas formandas, neq; ad medicamenta præparanda admittunt. Bocer. *d. loc.* ſed ad alios uſus licitè adhibetur, puta in uſus annulorum, catenarum & ſupellectilis proprie dummodo pro artificiali, non autem pro vero & naturali expendatur Boc. *d. loc.* Affin. Medicis ſunt *Pharmacopolæ*, qui varia ſimplicium

cium mixtione & præscriptione Medicorum, Pharmaca componunt. Wolffg. Sattler. *de jure & privileg. Medic. th. ...*

Philosophi ultimo loco post Medicos collocantur.

Dolendum est tam multa perversa ingenia reperiri, qui non modo inutile, sed & turpe ducunt, operam in Philosophiâ aliquam ponere. Miselli isti commiseratione potius, quàm refutatione ulla digni sunt. Usum enim illius non intelligunt. Quî igitur eam appetere poterint? Cum ignoti nulla cupido; & tantum velimus, quantum intelligimus. At verò ut montium altitudo procul nõ apparet, sed cum accesseris: non item Philosophiæ splendor, nisi cum pernoris. Lips. *in præfat. ad lib. de Constant.*

In Philosophico choro sunt Oratores a) & Poetæ. b)

a) Orator bonus (ait Bodin. *4. de Republ.*) sit vir etiam bonus, sceleratis exitio, innocentibus præsidio, improbis terrori, ornamento probis: vita sit veritatis ac scutum, meudacii mors & pernicies. b) Hi multorum judicia magis acerba quàm

 libera

libera experiuntur. Qui tamen magno in pretio semper sunt habiti, propter eximiam illius artis cognitionem, quæ omni in vita fructifera & fructuosa est. Horat. *in arte Poet.*

Aut prodesse volunt, aut delectare Poetæ,
Aut simul & jucunda volunt, & idonea vitæ
Dicere.

Ex literatis quidam Doctoratus, a) quidam Magisterii, b) quidam deniq; Baccalaureatus c) gradu sunt insigniti.

a) Doctoribus multa privilegia, immunitates & beneficia sunt concessa, quæ ad *Licentiatos* ex generali consuetudine non malè extenduntur. Primùm igitur à militibus provocari non debent, nec provocati comparere tenentur; cum armiger Doctorem ad düellum provocans æquè sit absurdus, ac si hic illum ad disputationem provocaret, Paris de Puteo *de re milit. lib. 9. q. 5. & seq.* Becht. *d. tr. de secur.* θ. 226. 2. Per tormenta interrogari non possunt. Bocer. *d. cap. 4. numer. 52. & seqq.* 3. No-

3. Nobilibus æquiparantur. *facit text. Ordin. polit. anno* 1577. *Franc. fort. tit.* 12. imò Nobiles vocantur, *l.* 4. *de excusat. tut. l.* 7. *C de postul.* Joh. Lauterbach. *in tr. de armis & literis num.* 90. D. Arumæus *exerc.* 7. 8. 9. ac proindè licitum illis erit, etiam sine speciali Imperatoris concessione insignia Nobilium hoc est, Wappen mit offnem Schildt vnd Helm usurpare, dummodo ab insignibus certæ familiæ abstineant. Chassan. *in catalog. glor. mundi. part.* 1. *consid.* 20. Hinc quæritur : *An gradus Doctoralis assumptio nobilitatem obfuscet & dedecoret ?* Pleriq; Nobilium hodiè (ait Antimachiav. *lib.* 3. *theorem. ult.*) à bonis artibus usq; adeò abhorrent, ut non tantùm literas ipsas, velut multum infra suum fastigium jacentes, superbè fastidiant, sed literatos quoq, omnes tanquam viles & sordidos habeant despectui. Quod vel maximum in nobilitate vitium est. Nam nisi ignorantiæ totos se addixissent, historiasque vel inspicere dignarentur, Julium Cæsarem, Augustum, Tiberium, Claudium, Adrianum, M. Antonium, Severum, Macrinum, multosq; alios Ro-

Q.

manos Principes literis & doctrina excultos fuisse, imò libros quoq; scripsisse, comperirent. vide Kirchner. *orat. De Ducibus, Princip. Doctor. & Magistris promotis*, ubi permulta exempla Ducum, Principum, Comitum, Baronum profert, qui cum essent potentissimi longè tamen suis Principatibus, imò sibi ipsis literas præferre voluerunt. Tiraq. *de Nobilit. c. 5.* Lauterbach. *d. loc. n. 90.* Joh Halbritter. *de privileg. Doctorum.* Est & illa non contemnenda quæstio:

Q. *An Doctores militibus sint præferendi?* De hac quæstione extant peculiares tractatus Christoph. Lanfranchini & Augustini, Suessani. Petrus de Andlo. *lib 2. de Imper. Rom. cap. 13.* distinguit inter negotia civilia & militaria, & actus indifferentes. In civilibus Doctorem, in militaribus militem, in indifferentibus verò Doctorem præferendum putat. Referre hic libet notabile apophtegma Sigismundi Imperatoris à quo Georgius quidam Fiscellus legum Doctor equestris militiæ insignia cum suscepisset, in synodo Basiliensi consultante de rebus arduis Sigismundo, dubitante illo utrum Doctoribus congregatis in uno loco, aut Equitibus in alio se adjungeret, cum

cum tandem ad hos inclinare videretur, *ſtultè agis*, inquit Cæſar. *quòd literis militiam præfers. Nam ego milites unâ die mille fecerim, Doctorem mille annis non fecerim.* Marq. Freher. *ad d. cap. Petr. de Andlo. verb. utrum Doctor milit.* b) Etſi magiſtri nomen ſit generale, ut Baccalaureos, Licentiatos, Doctores & cujuslibet diſciplinæ præceptores & profesſores ſub ſe comprehendat, hic tamen eos duntaxat accipio, qui Platonis, Ciceronis, Ariſtotelis, Rami &c. Philoſophiam benè didicerunt. Iidemq; Doctores Philoſophiæ, appellantur. De eorum privilegiis vid. orationem Dn. M. Sagittarii. c) vid. Ludovic. Vivem *in exercit lat. linguæ in dialogo, qui inſcribitur ſchola.* Duaren *lib. 5. de benefic. c. 13. membra 2.* P. Greg. *lib. 18. de Rep. c. 9.* Æmil. Portum *in orat. de Baccalaureatus laudibus.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 3. p. 2. cap. 14. num. 107. & ſeqq.*

Literatos ſequuntur Milites, quorum alii ſunt eminentiores, alii verò inferiores.

Eminentiores ſunt ordines illi Equitum, qui pleriq; defendendæ religionis

causâ instituti, pro Ecclesia militare dicuntur. Veluti est ordo Equitum sancti Michaelis, institutus à Ludovico XI. Rege Galliæ anno 1469. ad quem admitti non solent nisi 36. proceres & Principes. Chassan *de glor. mundi part 9. consid* 10 Ordo Aurei Velleris 50 Equitum, institutus à Philippo Burgundiæ Duce, 1429. Petr. Calefatus *in tract. de Equestr. dignit. numer. 43. & seqq.* Ordo S. Johannis Baptistæ, qui Rhodi postea sunt appellati, de quibus Raphael Volaterranus *lib.* 21 *Anthropologiæ, cap. 6. tit Ordines militares, ac primum S. Johan-* hodiè verò Militenses. Ordo Templariorum, Volaterran. *d. loc.* & S. Mariæ Teutonicorum ab Imper, Henrico VI. Friderici Barbarossæ Filio, cum pro recuperanda Hierosolyma Christiani bellum gererent, institutus anno 1100. *vide epist. Imper. Heinr. VI ad Prælatos Imperii de indicendis Militiæ sacræ privilegiis, quæ habetur apud Goldast. inter rescripta Impp num* 48. *fol.* 71 Item ordines militum S. Petri: S. Pauli: Lauretanorum: S Stephani. Petr. Calefatus. *d. loc. num.* 34 *& seqq.* Hi ordines, quia plerique omnes, ut dixi, defendendæ religionis causâ sunt erecti, favore piæ causæ fruuntur,

parti-

participantq; ea, quæ ad statum Religionis pertinent. Muscul. *in disput. de confratern. concl.* 14. Nec non aliis privilegiis cum militibus inferioris conditionis communiter gaudent, ex quibus quædam adscribere operæ præcium visum fuit. 1. Milites immunes sunt à muneribus personalibus. *l.* 3. §. 1. *de muner. l.* 10. §. *angariorum. de vacat. mun. l.*2. *C. de re milit. l* 1. & ibi Cujac. *C. de veteran. lib.*10. Bocer *lib.*1. *de bello c.*18. *num.*9. 2. Torturæ pœnisq; plebejorum non possunt subjici. *l.* 3. §. 1. *de re milit l.*8. *pr C. de quæstion. l.* 4. *C. ad L. Jul. Majest.* Wes. *p.*1. *cons* 50 *numer.*20. Oldrad. *de jure singulari tit. de privileg. milit prist.*3. Bocer. *d. c* 18 *num.*7. *& seq* 3. Arrestari seu personaliter detineri nequeunt pro debito. Becht. *de securit. th.* 239. 4. pro parte testati & pro parte intestati decedere possunt. *l. jus nostrum, ubi Dd. de R. j. si miles* 6. *l. idem est* 13. §. *neq; enim. de testam. milit.* Tiraquell. *de privilegiis piæ causæ, privil.*3. 5. Nutu hæredem instituere possunt. Tiraquell. *d. loc. priv.* 8. Vasq. *lib* 2. *de success. progressu.* §. 20. *num* 44. *& n.*26. 6. Codicellis hæreditatem directo dare & adimere possunt. *l. militis Codicillis.* 36. *in pr. de testam. milit.* 7. Tantum à

suis Ducibus conveniuntur. *l. fin C. de re milit. 8.* A vectigalium præstatione sunt immunes, scil: quoad se & res usui suo aut suorum servientes. Becht. *d th. 239. 9.* Contra illos non currit tempus petendæ restitutionis in integrum. *L. ult C. quibus non objicitur long. temp. præscript.* Ut nec præscriptio. *l ult. C. de restit. milit.* G. Schonborn. *6 pol. 31.* Atque etiamnum nostri temporis milites hisce privilegiis fruuntur, Wesenb. *consil 17. num. 32. p. 1* Roman. *consil 506 in pr. vers. nec curo, quod iste miles.* Geil. *2. observ. 118. num. 2* Mynſ. *decad 5. Resp. 46. num 9. & seqq.* Bocer. *d lib. 1. de bello, cap 28. num. 8.* Vagantes verò isti, errores, ac nebulones ociosi, Gart vnd Herrenlose Knechte/ Hünerfänger/ item Freybeutter/ qui militare dicunter, sicut Catulus in sylvis, Bald. *in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poss.* privilegiis his omnino sunt indigni, & è finibus Imperii ejiciendi. Reichsabschied *de anno 1555.* §. vnd damit angeregte. Et Fürstliche Würtenbergische LandsOrdnung tit. von gart-und herrenlosen Knechten/wie gegen denselben gehandelt sol werden. Bocer. *de quæst. & torment. c. 4 n. 67. & d. c. 28.* Becht. *d. loc. th.* [illegible] G. Schonborn. *d. c. 31.*

CAP.

CAPUT XX.

F*Uerunt ſubditi primarii: ſequuntur ſecundarii, qui diſtinguuntur in ſuperiores & inferiores.*

Superiores ſunt negotiatores ſeu Mercatores, qui commercia tum inter ſeſe ut cives, tum etiam cum extraneis populis vicinis vel remotis exercent.

D. Caſman. *cap. 95. Pol.* Hos Fridericus III. Imperator in bellis publicis ab omni hoſtili violentia tutos eſſe voluit, in Reform. ſua, ſub rubr. Wer in offnen Wahden gefreyet ſein ſol. Petrus Bellur *in tr. de re milit. p. 2. tit. 9. num. 6.* Sciendum autem eſt, non quemlibet, qui aliquid emit vel vendit, mercatorem eſſe, ſed eum tantum, qui res mobiles lucri faciendi negotiandique cauſâ eo animo comparat, ut rurſus diſtrahat, importet, exportetvè venum *l. un. C. de nund.* Gœd. *in l. 66. de V. S. num. 6.* Privilegiis mercatorum non gaudent magnones *l. 207. de V. S.* qui ſervos venales expo-

expositos ipsi emere præoccupant, ut carius vendant, qui vulgò revenditores dicuntur. Pacius *in not. ad l. 207. de V. S.* Offert

Q. se hic quæstio: *An mercaturæ exercitium nobilitatis splendori officiat?* Placet mihi sententia Keckermanni, qui *lib. 1. Pol. 14.* Magnates, *ait*, Regni & Nobiles ex professo mercaturam ne exerceant, atq; adeò privatorum lucra non impediant vel intercipiant, & vitæ tolerandæ occasionem illis præripiant. Si enim hoc fiat, fit confusio status publici & privati, atque adeò subditorum eminentium & inferiorum. vide Junium *part. 2 quæst. pol* 61. Arnis. *lib. 1. Polit. c.* 13. Bodin. 3. *de Rep.* 8. P. Gregor. 4. *de Rep.* 7. *n.* 5. *& seqq.* G. Schonborn. 3. *polit.* 30. Myns. 6. *obs.* 54.

Inferiores sunt plebeia) ut sunt Artifices manuarii, b) & Agricolæ. b)

a) De natura vulgi Casman. *cap.* 59. *Polit.* Lips. *lib.* 4. *Polit.* 5. Althus. *c.* 18. *pol.* Timpler. *lib.* 1. *cap.* 5. *q.* 17. G. Schonborn. 3 *pol.* 44. b) E. gr. Aurifabri, Pistores, Molitores, Coqui, Compactores librorum, Balneatores, Barbitonsores, &c. c) Agriculturâ teste Cicer. 1. *off.* nihil est melius, nihil ube-

uberius, nihil dulcius, nil libero homine dignius De privilegiis Agricolarum. vid. J. Plat *in l.1.C.de agric.& Censit lib.11.* Georg. Becht. *d.loc.th.244.*

CAPUT XXI.

Cives collectim sumpti constituunt collegia & civitates.

Collegium est legitima trium pluriumve personarum, ejusdem conditionis & potestatis consociatio.

G. Schonb. 1. *Pol.11. per l. collegarum 173. de V.S* Nomen habet à colligendo: unde & Collegæ, q. cœlesti sive collecti, ad idem munus eandemq; potestatem dicti, auctore Varrone *lib.5. de lat. ling.* Quorum tres ad minimum requiruntur ad collegium constituendum *l. 85. de V.S.* Duorum enim numerus ad eam rem solennis non est *l.40. §. unic.* ubi D. Gœd. *de V. S.* Idem *in l 85.n.1. d.t.* Althus. *4.p. l. n.5.* Unde neq; Consulum, neq;

neq; censorum olim collegium appellatum Bodin.*de Rep.lib 3.num.33* .Kirchner.*de Rep. disput.14. th.1.lit.b.* Quamvis etiam duo collegæ dicantur. *l. un. in fin. de offic. consul. l apud filium §. apud Collegam. de manum. vind. d. l. collegarum.173. l. 2. C. de legatio. lib.10.* scil. quoad officii potestatem & paritatem; non etiam quoad corpus & universitatem. Priori respectu duo vocantur collegæ, constituuntq; collegium: posteriori tres ad minimum requiruntur. Gœdd. *in d. l. 85. n 2.* Matth. Steph. *de jurisdict lib.2. part. 2 cap 6. num 25. & seqq.* Quamvis pauciores tribus collegium conservare possint. *l. 7. §. 2. quod cujusq; univers nom l. 114. §. pen. de legat. 1.* Alia enim ratio est constitutionis, alia conservationis Collegii enim vocabulo jus significatur, quod ad unum recidere, & in uno consistere potest, & quemadmodum civitas, universitas: ita collegium immortale habetur, ut licet omnes collegæ morte exstinguantur, jus tamen collegii supersit, neq; bona fisco vindicentur. Consociatio autem in uno esse nequit, quæ necessario ad collegi constitutionem requiritur. Dn. Kirchner. *d. disp.14. th.1 lit.b.* Huc etiam facit, quod servitus

vitus pro parte conſtituta conſervetur & retineatur, licet pro parte conſtitui nequeat, *l. 2. l. habere licere, de V. O. l. ut pomum 8. §. 1. l. pro parte 11. l. viæ 18. de ſervit.* Eodem modo ædificium non niſi totâ formâ abſolutâ conſtituitur. *l. 5. §. opere locato. l. ædificia. §. perfeciſſe. de V. S.* at per partes conſervatur, nec deſinit ædificium eſſe etiamſi tecti maxima pars detracta, vel parietes quidam excluſi, aut trabes quædam ablatæ ſint. D. Gœdd. *in d. l. 85. n. 2.* Ex collegis illis, qui eſt ſuperior dicitur Primicerius, reliqui collegæ ſecundocerii, tertiocerii, quartocerii, & ſic deinceps, *vid. tit. C. de primicer. & ſecundocer.* ubi Cujacius. Althus. *d. c. 4. num. 6. & 7.* Eſtq; inter collegas communicatio rerum, Althus. *d. loc. num. 9.* Operarum. Idem *num. 12.* juris Idem *num. 10. & 15. & ſeq.* & benevolentiæ. Idem. *num. 23.* Hæc communicatio facit, ut omnes collegæ juris collegii participes, non ut ſinguli, ſed ut unum corpus conſiderentur. Althus. *d. loc. num. 10.* Undê eſt, ut quod collegium debet, non ſinguli debeant, & quod collegio debetur, non ſingulis debeatur. *l. ſicut. 7. §. ſi quid. quod cujusq; univerſit. nom. l. in tantum. 6. §. 1. de R. D.* G. Schonborn. *d. c. 11.*

Scien-

Sciendum autem collegia pro cujusq; placito & arbitrio institui non posse, sed ex legibus, senatus consultis vel constitutionibus: nè turbæ & seditiones nascantur, *l.* 1. *quod cujusq; univers. nom. l.1. & 2. de colleg. l. conventicula,* 15. *C. de Episcop.* Clapm. *lib.*3. *de arcan. Rerump c.*13. *in fin* Buxd. *ad A. B. concl.* 95. *lit. a.* Gœdd. *in l.* 85. *num.* 1. *de V. S.* quod facilè fieri posse, experientia docuit Prudenter igitur fecerit Magistratus, si non permiserit ullum collegium à subditis institui, cui ipse non præsit sua auctoritate, per personam aliquam à se ipso delegatam. G. Schonb. *d.c* 11. Cujus rei observatio Noribergensium prudentiæ hactenus feliciter successit. Ejusmodi collegia olim fuerunt argentariorum, *Liv. lib* 5. & 34 publicanorum. *l.* 1. & *t t. de public an* fratrum arvalium, Alexand. ab Alexandr. *genial. dier. lib* 1. *c* 26. JCtorum. *l.* 1. & *l.* 2. *C. de veteri jure enucle.* Medicorum, *l.* 1. & *t. t C. de profess ac Medic. lib.* 10. Grammaticorum, *l* 2. *C. eod.* fabricensium. *C. de fabricens. lib.* 11. Dn. Gœdd. *in l.* 85. *n.* 1. *de V. S.* Hodiè sunt collegia Ecclesiasticorum, Nobilium, Judicum, magistratuum, mercatorum, pistorum, sartorum, fabrorum & alia ejus generis multa.

CAP.

CAPUT XXII.

DE Civitate imperiali supra cap. 19. egi, restat igitur, ut aliquid hoc loco dicam de civitate municipali, quæ territorii domino subest, diciturq; provincialis.

Hujusmodi civitates municipales, licet jure scripto mixti meriq; imperii regulariter sint expertes, *l* 2. *& t. tit. de decurion. l. defensores nihil. C. de natural. liber.* Hen. Gœden. *consil.* 31. *n.* 1. & simplicem duntaxat jurisdictionem seu notionem in certis casibus & quantitatibus habeant. *l. ea quæ.* 26. *§. incola.* 29. *ad municip.* Jason. *in l. imperium. n.* 19. *de jurisd.* Br. *in l.* 1. *n* 3. *de damn. infect.* Natta *consil* 636. *num.* 39. hodiè tamen non tantum jurisdictionem & mixtum sed etiam merum imperium emptione, donatione, ptivilegio, cōsuetudine, vel præscriptione, vel quo alio justo & legitimo titulo sibi acquisitum habent. Matth. Steph. *de Jurisd. l.* 2. *part.* 2 *c.* 2. *n.* 18. Idcirco dubiū nō est, quin statuta condere possint, quæ scil. universitatis & civium bona, negotiationesq; spectant. Gœden. d. *consil.* 31. *n.* 8. Co-

Vu ler.

ler, *de process. executiv. p. 1. c 3. num. 12. & seqq.* Matth. Steph. *d. loc. n 116. & seq* Regalia tamen civitat. municipales non habent. Matth. Steph *d. c 2 n. 24. & seqq.* licet quandoque habeant facultatem collectas indicendi, ad sustinenda onera universitatis, Wesenb. *consil. 27. n. 26.* illas enim indicunt non jure regalium, sed vigore pactorum civium. Gœden. *Consil. 2. n. 9.* Caput autem reliquarum civitatum dicitur Metropolis, *l. 1. C. de Metrop.* ad cujus gubernationem & jura civitatis, reliquæ inferiores urbes & oppida ceu membea sese conformant; dicta q. *μητρόπολις* i. e. mater urbium, ex qua illæ, ut Coloniæ sunt deductæ; vel quod præcipua sit inter alias civitates, à quibus observatur, tanquam mater, & à quâ aliæ tanquam filiæ reguntur & defenduntur. Althus. *c. 6. Polit. n. 6.* Isidorus *lib. 7. Etym. 11. ἐκ τοῦ μέτρου* i. e. mensura fictum vocabulum tradit. Talis olim in Imperio Romano erat Roma, & post quoq; Constantinopolis: in regione Attica Atthenæ: in Boetia Thebæ: in Peloponneso Sparta, Argos, Corinthus: in Chaldæa Babylon: in Assyria Ninus, aut Ninive: in Africa Carthago. Zuinger. *Theatr. vol. 28. lib. 2.* Althus. *d. c. 6. n. 10.*

CAP.

CAPUT XXIII.

Vidimus hucusq; statum Reip. Romanæ integrum & pacatum: sequitur ex naturâ methodi, status affectus & turbatus,

Cum nihil genitum sit æternum, cum omnia hæc humana variis rerum vicisſitudinibus ſint obnoxia, cum deniq; quælibet res genita habeat ſuam quandam periodum, ac proinde florem, & poſtea emarceſſentiam & defluvium: neceſſe eſt quoque & ipſas humanas politias habere ſua initia, incrementa, & ſuas quoque mutationes & vicisſitudines, ac denique tandem interitum. Regna quippe quæ magnis auſpiciis orta perpetuis aucta ſucceſſibus ad rerum faſtigium ſumma ope evecta, armis, legibus, conſilio ſtabilita, conſenuerunt, tandem tamen interiêre, adeò juxta homines & quæ hominum ſunt, fatali necesſitati debentur. Keckerm. *de Rep. Athenienſi lib. 3. c.1.num.1.* Florentisſima potentisſimaq; mundi regna fuêre Chaldæorum, Perſarum, & Græcorum quorum tamen ne veſtigia quidem relicta conſpiciuntur.

——— Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias assumere robare gentes
Concidere has. Sic magna fuit censuq; virisq;
Perq; decem potuit dure tantum sanguinis annos
Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas.
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum,
Clara fuit Sparte, claræ viguêre Mycenæ,
Nec non & Ceropis, nec non Amphionis arces:
Vile solum Sparte est, altæ cecidere Mycenæ,
Oedipodioniæ quid sunt, nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

Quid Romano Imperio à principio fuit fortius ac splendidius? Idem tamen hodie non nisi tenuis magni corporis umbra. Sleid. *de 4. Monarch. l.* 3. & palea è pingui culmo. Deplumant Aquilam Turcus, Gallus, Hispanus, Danus, Principes Italiæ, Veneti, Lotharingus, Helvetii, Belgæ, ita quidem, ut hodie reliquiæ Imp, Romani

mani vix quadragesimam portionem veteris Monarchiæ æquent. D. Freh. *in not. ad lib.2.P.de Andl.c.18.in fin.*

Heu mihi quo Latiæ vires, Urbisq; potestas
Decidit.

Mansit tamen, manebitque quandiu hic mundus. P. de Andl. *de Imp. Rom c. ult.* Virgilius. 2. Georgicor.

——— *Non res Romanæ, perituraq; regna.*

Causa autem Rerump. eversionis & mutationis est prima vel secunda. Prima est Deus, qui certam cuiq; Reip. uti singulis hominibus, & plantis, & animalibus durationem ac velut ætatem constituit. vid. Richt. *axiom. polit.* 37. *& seq.* Cujus justissimæ Dei voluntatis causa quidem ignota nobis esse potest, nō potest tamen esse injusta. Nam Dei est dare & adimere regna cui velit. Daniel *cap.* 4. *vers.* 14. pro summo ipsius in res omnes imperio. Lamb. Danæus *lib* 3. *Polit. Christ. cap.* 5. Secundæ causæ, quib9 regna & Resp. mutantur & evertuntur sunt Idolatria, scelera & flagitia subditorū, seditiones, bella intestina, &c. de quibus Danæ. *d. c.* 5. *& in aphorism.* Keckerm. *lib.* 1. *Polit. c.* 26. 27. *& seqq.* Ut verò

omnibus conſtet, quam anguſtis ſit hodie incluſa limitibus imperii amplitudo, ecce tibi pennas plurimas Aquilæ noſtræ, heu nimium laceratæ, avulſas, ob oculos ponam.

Cauſæ igitur hujus morboſi & turbidi ſtatus multæ, ut dixi, ac variæ ſunt, quas multorum ſtatuum Imperii exemptiones juſtiſsima Dei voluntate ſecutæ ſunt.

Eſt autem exemptio nihil aliud: quam vindicatio ſtatus ab immediata imperii ſubjectione.

D. Vietor. *d. loc. concl. 9.*

Quidam de facto, quidam de jure ſe exemiſſe dicuntur.

Facto loca quædam ab exteris, quædam à Civibus ablata ſunt.

Ab exteris, Boruſſia a) & Livonia. b)

a) Quæ tam diu habita fuit pro imperii membro, donec Albertus Marchio Brandeburgicus invito Cæſare Regi Poloniæ clientelare præſtaret obſequium. Sleid.

Sleid. *de stat. Relig. lib. 7 p. 154.* ob id à Camerâ imperiali proscriptus. Sleid. *lib. 8. p. 176.* G. Schonb. 5. *Polit. 7.*

b) Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. 4. num. 28.*

A Civibus exempta est Helvetia, & Belgium. b)

Bodin. *1. de Rep. 7. & 9.* Item 5. *cap. 5.* Lips. *2. de constant.* Paurmeist. *d. c. 4. num. 29.* D. Vietor. *d. loc. concl. 2.*

b) Belgæ utut sint liberrimi cives, omnimodam tamen & plenam superioritatem non habent, sed imperio adhuc subjecti sunt. Reichsabschied/de ænno 1548. Nach dem auch von unsern Burgundischen. Sleid. *lib. 20. de stat. relig. in fin.* Idq; non tantùm diplomata & privilegia ab Imperatoribus accepta convincunt, quæ confirmari sibi à novo Imperatore petunt, Dn. Bortius *de legation. & legat. θ. 6.* Sed etiam Belgæ ipsi in libello quodam supplici statibus Imperii an. 1570. in Comitiis Spirens. exhibito, allegante Bertram. *de Comitiis. θ. 38.* his verbis testantur: I*psum deniq; Carolum* I*mperatorem nõ ita pridem universam illam ditionem inter sacri imperii or-*

dines ac limites Augustæ publicis Comitiis Germaniæ Principibus assentientibus statuisse, ut essent in Imperii tutelâ contra omnem vim atq; injuriam: eoq; nomine ad omnia Imperii comitia Legatos ex provinciâ Belgicâ missos fuisse, tributumq; ad Turcæ vim repellendam imperatum præsentasse, ac etiamnum hodiè litem inter Brabantiæ Ducem ac Episcopum Magdeburgensem, uter eorum in Comitiis digniori loco sedere debeat, in judicio esse. Ita ut indubiè inferioris Germaniæ provinciæ ab Imperio alienæ existimari non possint.

Iure exempta referuntur vel per conventionem vel per privilegium.

Ex conventione quidam habere dicuntur immunitatem á quibusdam, quidam verò plenam & absolutam libertatem.

A quibusdam exemptæ sunt Burgundia, a) & Lotharingia, b)

a) Etsi omnes Principes,& cujuscunque status homines,in causis turbatæ pacis publicæ, Cæsaris jurisdictioni universali sunt subjecti, nō obstante privilegio concesso Duci

Duci Saxoniæ, M. Brandeburgico, & Duci Lotharingiæ, quo ex judicio Cameræ exempti sunt: domus tamen Burgundica cum suis ducatibus hoc in casu libera est. Nam subditi Ducis Brabantiæ ob violatam pacem publicam à loco domicilii non evocantur, sed coram judice ordinario loci ad pœnam Banni, & juris communis conveniuntur, prout ex concordiâ sive transactione Burgundica, Burgundischen vertrag / in Comitiis Augustanis an. 1548. inter Carolum Quintum Imper. & status Imperii celebratâ constat. Geil 1. *de p.p.cap.*11.*n.*6. Mynf. *cent.* 5. *obs.*58. *n.*2. Quæ tamen transactio Ducem a jurisdictione imperii haudquaquam eximit, per ea, quæ notat Br. *ad l. hostes. num.*4. *cum. seq de capt. & post. lim. reverf.* Geil. *d. lo.* Bernhard. Bertram. *de Comitiis* 6.38. Siquidem ad comitia non minus ac cæteri status vocatur, ut ex subsctiptione Recessuum Imperii apparet. Nec ab oneribus imperii immunis est: nam ad ordinaria imperii onera, quantum duo Electores ad Rhenum, & ad expeditionem Turciam quantum tres, contribuere tenetur. Michael. *de jurisd. concl.* 22 *lit.c.* (*L.*)

(L) Verba illa ad Rhenum, quæ habentur in dem Burgundischen Vertrag *seu indistincte duo Electores exprimuntur*, so viel als zween Churfürsten Anschläg sich erstrecken.

b) Quæ privilegio Imperatorio ex judicio Cameræ exempta est, vigore transactionis ratione ducatus Lotharingiæ cum statibus imperii initâ Noribergæ Anno 1542. Mynſ. *d. obſ. num. 1.* Manſit tamen nihilominus Dux Lotharingiæ, ſtatus Imperii, Bertram *d. loc.* utpote qui Comitiis Imperii intereſſe ſolet, & ad tertiam partem collectæ Ectori indictæ obligatur, nec minus ex conſtitutione pacis publicæ in Camerâ forum ſortitur. Michael *d. concl. 22 lit. d.*

Plenam libertatem ſibi tribuunt urbes ac provinciæ Italicæ, q. ad jus & dominium Eccleſiæ pertinentes, quas vulgò patrimonium D. Petri vocant: Suntq; Sicilia a) Bononia b) Florentia c) Mediolanum d) Lucana e) Senas f) Aſtenſis g) Placentia h) Piſa i) Venetia, k) & aliæ.

(L) Urbes

(L.) *Urbes & provinciæ quæ ad patrimonium D Petri pertinent, plenam libertatem sibi nec tribuunt,nec tribuere possunt. Pontifici enim subjacent.2 Malè ad jus & dominium Ecclesiæ referuntur Florentia, Mediolanum, Luca,Sena,Pisa,Venetia.*

a) Hæc imperio adempta est,cum ultimus Suevorum Dux Conradinus Friderici II. Imperat: filius indigno fato apud Neapolim securi percuteretur. Crusius *annal.Suevic.lib.2.part.3.cap.19.* Bodin.*2. de Rep.5. in fin.* Thuan. *lib. 1. hist.* Münster. *in Cosmogr de* Italiâ *c.73.*

b) Subest Pontifici, Alciat. *7. cons. 3. num.1.*

c) Libertatem accepit à Rudolpho 600. Ducatis. Naucler. *vol. 2.gener. 44.* Sigon.*lib.20. de regno* Ital.

d) Hujus recuperandæ Imperator jus & potestatem habet, non secus ac domino in servum fugitivum perpetua manus est injectio.Br.*in l.ult. D.solut. matrim.* Bodin.*1.de Rep.c.9.*

e) Libertatem acquisivit 12000. vel ut Choppinus 25000. ducatis. Decius *cons.528.*

f)10000.

f) 10000. Coronat. ab Imperat. Henrico V. libertatem adepta eſt. Bodin. 1. *de Rep*. 9.

g) Quæ ab imperio Jura ſuperioritatis obtinuit, Alex. Randens. 1. *reſp*. 31. *num*. 38 *lib*. 1.

h) Hodie Pontifici ſubeſt. Alciat. 7. *conſ*. 3. *n*. 1.

i) à Carolo IV: Imperat. 12000. fl. libertatem acquiſivit. Marta *de juriſdict. p*. 1. *c*. 33. *num*. 108.

k) Hæc Caroli Magni & Nicephori Impp. ævo libertatem adepta eſt. Albericus de Roſate *in l*. 1. *C. de ſuamma trinit*. Carolus Sigon. *de Regno Italiæ lib*. 4. Ant de Petra *de jure quæſit. non toll. c*: 4. *q*. 4. *num*. 34. & 42. Contaren. *de Rep. Venet*. Purpurat *in l. Imperium* 3. *n*. 145. *de juris*. Nicol Feſtachius *de Æſtimo. p*. 4. *cap*. 7. *num*. 27. & *ſeqq*. Bozius *de ſtatu Ital*. 3. *c*. 3. *n*. 15. Marta *p*. 1. *de jurisd*. 33. Muſcorn. *de jurisdict. n*. 129. Moditius §. *plebiſcitum. dub*. 34. *n*. 6. Bartolus *in l. hoſtes. de capt. & poſtlim. reverſ.* ubi dicit, precariam hanc Venetorum libertatem pro libitu ab Impp. revocari poſſe, *per l*. 22. *de leg*. 3. Quod & Æneas Sylvius *de ortu & autor. imper. Rom*. fatetur, dum ait:

ait; *posse Imperatorem tam a seipso quam à suis antecessoribus data privilegia declarare, interpretari, ac rum causæ fuerint, abrogare.* Vide Paurmeist.*d c.4.n.57. & seqq.* Cluten. *in Syll.rer.quot.*θ.12.

Privilegio quidam frui dicuntur expresso, quidam tacito.

Expresso privilegio se exemptos adserunt Veneti a) (L.) ac Genuenses. b) Ita quoq; Rex Galliæ. c) Hispaniæ. d) Angliæ e) Ungariæ f.) Poloniæ g) Daniæ h) communi imperii consensu, à communi ordine exempti putantur. i)

*(L.) In venetis miravarietas.*1.*p.*682.*libertatem Venetis adscribit q. ad dominium Ecclesiæ pertineant. Quod sanè ne per febrim quidem unquam Venetæ libertatis protectoribus in mentem venit.* 2. *Hic expressum privilegium allegat.*3. *p.*690.*Tacitum privilegium allegat.*3.*p.*690. *Tacitum privilegium eosdem allegare scribit.*

a) Privilegium Venetorum se vidisse testatur Alberic.de Rosata *in d.l.C.de summa Trinit.*

b)Ge-

——— Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias assumere robare gentes
Concidere has. Sic magna fuit censuq; virisq;
Perq; decem potuit dare tantùm sanguinis annos
Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas.
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum,
Clara fuit Sparte, claræ viguêre Mycenæ,
Nec non & Ceropis, nec non Amphionis arces:
Vile solum Sparte est, altæ cecidere Mycenæ,
Oedipodioniæ quid sunt, nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

Quid Romano Imperio à principio fuit fortius ac splendidius? Idem tamen hodie non nisi tenuis magni corporis umbra. Sleid. *de 4. Monarch. l. 3.* & palea è pingui culmo. Deplumant Aquilam Turcus, Callus, Hispanus, Danus, Principes Italiæ, Veneti, Lotharingus, Helvetii, Belgæ, ita quidem, ut hodie reliquiæ Imp, Romani

mani vix quadragesimam portionem veteris Monarchiæ æquent. D. Frch. *in not. ad lib.2.P.de Andl.c.18.in fin.*

Heu mihi quo Latiæ vires, Urbisq; potestas
Decidit.

Mansit tamen, manebitque quandiu hic mundus. P. de Andl. *de Imp. Rom c.ult.* Virgilius. 2. Georgicor.

—— *Non res Romanæ, perituraq; regna.*

Causa autem Rerump. eversionis & mutationis est prima vel secunda. Prima est Deus, qui certam cuiq; Reip. uti singulis hominibus, & plantis, & animalibus durationem ac velut ætatem constituit. vid. Richt. *axiom.polit.37. & seq.* Cujus justissimæ Dei voluntatis causa quidem ignota nobis esse potest, nō potest tamen esse injusta. Nam Dei est dare & adimere regna cui velit. Daniel *cap.4.vers.14.* pro summo ipsius in res omnes imperio. Lamb. Danæus *lib 3.Polit.Christ. cap.5.* Secundæ causæ, quib9 regna & Resp. mutantur & evertuntur sunt Idolatria, scelera & flagitia subditorū, seditiones, bella intestina, &c. de quibus Danæ. *d.c.5. & in aphorism.* Keckerm. *lib. 1. Polit. c.26.27. & seqq.* Ut verò

omnibus conſtet, quam anguſtis ſit hodie incluſa limitibus imperii amplitudo, ecce tibi pennas plurimas Aquilæ noſtræ, heu nimium laceratæ, avulſas, ob oculos ponam.

Cauſæ igitur hujus morboſi & turbidi ſtatus multæ, ut dixi, ac variæ ſunt, quas multorum ſtatuum Imperii exemptiones juſtiſsima Dei voluntate ſecutæ ſunt.

Eſt autem exemptio nihil aliud: quam vindicatio ſtatus ab immediata imperii ſubjectione.

D. Vietor. *d.loc.concl.9.*

Quidam de facto, quidam de jure ſe exemiſſe dicuntur.

Facto loca quædam ab exteris, quædam à Civibus ablata ſunt.

Ab exteris, Boruſſia a) & Livonia. b)

a) Quæ tam diu habita fuit pro imperii membro, donec Albertus Marchio Brandeburgicus invito Cæſare Regi Poloniæ clientelare præſtaret obſequium. Sleid.

Sleid. *de stat. Relig. lib. 7 p. 154.* ob id à Camerâ imperiali proscriptus. Sleid. *lib. 8. p. 176.* G. Schonb. 5. *Polit. 7.*

b) Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. 4. num. 28.*

A Civibus exempta est Helvetia, & Belgium. b)

Bodin. *1. de Rep. 7. & 9.* Item *5. cap. 5.* Lips. *2. de constant.* Paurmeist. *d. c. 4. num. 29.* D. Vietor *d. loc. concl. 2.*

b) Belgæ utut sint liberrimi cives, omnimodam tamen & plenam superioritatem non habent, sed imperio adhuc subjecti sunt. Reichsabschied/de anno 1548. Nach dem auch von unsern Burgundischen. Sleid. *lib. 20. de stat. relig. in fin.* Idq; non tantùm diplomata & privilegia ab Imperatoribus accepta convincunt, quæ confirmari sibi à novo Imperatore petunt, Dn. Bortius *de legation. & legat. θ. 6.* Sed etiam Belgæ ipsi in libello quodam supplici statibus Imperii an. 1570. in Comitiis Spirens. exhibito, allegante Bertram. *de Comitiis, θ. 38.* his verbis testantur: *Ipsum deniq; Carolum Imperatorem nõ ita pridem universam illam ditionem inter sacri imperii or-*

dines ac limites Augustæ publicis Comitiis Germaniæ Principibus assentientibus retulisse, ut essent in Imperii tutelâ contra omnem vim atque injuriam: eoque nomine ad omnia Imperii comitia Legatos ex provinciâ Belgicâ missos fuisse, tributumque ad Turcæ vim repellendam imperatum præsentasse, ac etiamnum hodiè litem inter Brabantiæ Ducem ac Episcopum Magdeburgensem, uter eorum in Comitiis digniori loco sedere debeat, in judicio esse. Ita ut indubiè inferioris Germaniæ provinciæ ab Imperio alienæ existimari non possint.

Iure exempta referuntur vel per conventionem vel per privilegium.

Ex conventione quidam habere dicuntur immunitatem á quibusdam, quidam verò plenam & absolutam libertatem.

A quibusdam exemptæ sunt Burgundia, a) & Lotharingia, b)

a) Etsi omnes Principes, & cujuscunque status homines, in causis turbatæ pacis publicæ, Cæsaris jurisdictioni universali sunt subjecti, nõ obstante privilegio concesso Duci

Duci Saxoniæ, M. Brandeburgico, & Duci Lotharingiæ, quo ex judicio Cæmeræ exempti ſunt: domus tamen Burgundica cum ſuis ducatibus hoc in caſu libera eſt. Nam ſubditi Ducis Brabantiæ ob violatam pacem publicam à loco domicilii non evocantur, ſed coram judice ordinario loci ad pœnam Banni, & juris communis conveniuntur, prout ex concordiâ ſive transactione Burgundica, Burgundiſchen vertrag / in Comitiis Auguſtanis an. 1548. inter Carolum Quintum Imper. & ſtatus Imperii celebratâ conſtat. Geil 1. *de p.p.cap*.11.*n*.6. Mynſ. *cent*. 5. *obſ*.58. *n*.2. Quæ tamen transactio Ducem à jurisdictione imperii haudquaquam eximit, per ea, quæ notat Br. *ad l. hoſtes. num*.4. *cum. ſeq de capt. & poſt.lim.reverſ.* Geil. *d.lo.* Bernhard. Bertram. *de Comitiis* θ.38. Siquidem ad comitia non minus ac cæteri ſtatus vocatur, ut ex ſubſctiptione Receſſuum Imperii apparet. Nec ab oneribus imperii immunis eſt: nam ad ordinaria imperii onera, quantum duo Electores ad Rhenum, & ad expeditionem Turciam quantum tres, contribuere tenetur. Michael. *de jurisd. concl.* 22 *lit.c.* (*L.*)

(L) Verba illa ad Rhenum, non habentur in dem Burgundischen Vertrag/ *sed indestinctè duo Electores exprimuntur*, so viel als zween Churfürsten Anschläg sich erstrecken.

b) Quæ privilegio Imperatorio ex judicio Cameræ exempta est, vigore transactionis ratione ducatus Lotharingiæ cum statib9 imperii initâ Noribergæ Anno 1542. Mynſ. *d. obſ. num. 1.* Mansit tamen nihilominus Dux Lotharingiæ, status Imperii, Bertram. *d. loc.* utpote qui Comitiis Imperii interesse solet, & ad tertiam partem collectæ Ectori indictæ obligatur, nec minus ex constitutione pacis publicæ in Camerâ forum sortitur. Michael *d. concl. 22 lit. d.*

Plenam libertatem sibi tribuunt urbes ac provinciæ Italicæ, q. ad jus & dominium Ecclesiæ pertinentes, quas vulgò patrimonium D. Petri vocant: Suntq́ Siciliæ a) Bononia b) Florentia c) Mediolanum d) Lucana e) Senas f) Astensis g) Placentia h) Pisa i) Venetia, k) & aliæ.

(L) *Urbes*

(L.) *Urbes & provinciæ quæ ad patrimonium D Petri pertinent, plenam libertatem sibi nec tribuunt, nec tribuere possunt. Pontifici enim subjacent.* 2 *Malè adjus & dominium Ecclesiæ referuntur Florentia, Mediolanum, Luca, Sena, Pisa, Venetia.*

a) Hæc imperio adempta eſt, cum ultimus Suevorum Dux Conradinus Friderici II. Imperat: filius indigno fato apud Neapolim ſecuri percuteretur. Cruſius *annal. Suevic. lib. 2. part. 3. cap. 19.* Bodin. *2. de Rep. 5. in fin.* Thuan. *lib. 1. hiſt.* Münſter. *in Coſmogr de* Italiâ *c. 73.*

b) Subeſt Pontifici, Alciat. *7. conſ. 3. num. 1.*

c) Libertatem accepit à Rudolpho 600. Ducatis. Naucler. *vol. 2. gener. 44.* Sigon. *lib. 20. de regno* Ital.

d) Hujus recuperandæ Imperator jus & poteſtatem habet, non ſecus ac domino in ſervum fugitivum perpetua manus eſt injectio. Br. *in l. ult. D. ſolut. matrim.* Bodin. *1. de Rep. c. 9.*

e) Libertatem acquiſivit 12000. vel ut Choppinus 25000. ducatis. Decius *conſ. 528.*

f) 10000.

ait; *posse Imperatorem tam à seipso quam à suis antecessoribus data privilegia declarare, interpretari, ac rum causæ fuerit, abrogare.* Vide Paurmeist.*d.c.4.n.57.* & *seqq.* Cluten. *in Syll.rer.quot.*θ.12.

Privilegio quidam frui dicuntur expresso, quidam tacito.

Expresso privilegio se exemptos adserunt Veneti a) (L.) ac Genuenses. b) Ita quoq; Rex Galliæ. c) Hispaniæ. d) Angliæ e) Ungariæ f.) Poloniæ g) Daniæ h) communi imperii consensu, a communi ordine exempti putantur. i)

*(L.) In venetis miravarietas.*1.*p.*682.*libertatem Venetis adscribit q. ad dominium Ecclesiæ pertineant. Quod sanè ne per febrim quidem unquam Venetæ libertatis protectoribus in mentem venit.* 2. *Hic expressum privilegium allegat.*3.*p.*690.*Tacitum privilegium allegat.*3.*p.*690. *Tacitum privilegium eosdem allegare scribit.*

a) Privilegium Venetorum se vidisse testatur Alberic.de Rosata *in d.l.C.de summa Trinit.*

b)Ge-

b) Genua sive Janua, est præcipua Italiæ Resp. & Liguriæ caput, quæ primum patuit Romanis, Liv. *lib. 2. decad 5.* post Regi Galliæ subjecta est, Decian. *cons. 649. n. 1.* donec anno 1528. se in libertatem vindicaret, Mart Bella *de Rep. Gallic. com. lib cap 24. n. 27.* Ludv. Guicciardin. *Rer. memor lib. 3.* Francisc. Guicciatd *histor. lib. 19.* quam Carolus V. Imp. anno sequenti confirmavit. Menoch. *cons. 2. n. 52. vol 1.* Quæ tamen libertas ad omnimodam exemptionem non protenditur. D. Paurmeist. *d. c. 4. n.* [illegible] Id quod ex præjudicio quodam in causa Finariensi satis liquet quo Ferdinandus Imp. inter Marchionem Finariensem actorem, & Genuenses reos ad tribunal suum vocatos judicio sistentes judicem competentem sese pronunciavit, ac impetrata facere coegit, anno 1560. horum ad Pontificem interposita appellatione plane refatatâ. Bodin *1. de Rep. 9.* Paurm. *d. loc.* [illegible]. Cluten. *in syllog. th. 14. lit. d.* Thuan. *hist. lib. 36.* Th. Michael. *de jurisd. concl. 20. lit. c.*

c) Qui juxta Caroli M. testamentum (quod apud H. Mutium *in Caroli vita*, & Goldast. *tom. 1. constit. fol. 145* legere licet) Impe-

Imperatori Romano subesse debet. Kirchner. *de legat. lib.1. in fin.* Unde initio diplomatum Carolus imperii Romani Gubernatorem, deinde Dominum & Regem Francorum, Longobardorum & Saxonum Dominatorem sese nominavit. Clut. *in Syll. th.10. lit. b.* Zoanet. *de Rom. Imp. numer. 203.* Krantz *3. Saxon. metropl c.35.* Besenb. *de jur. imp. c.2. & 3.* Choppin. *2. de doman. tit.2. n.11.* Hodie superiorem nullum agnoscit Festas. *de æstimo & collect. p.4. c 7. n 44.* vid Nicol. Ubald. *in tract. de success. ab intest. num.81. & seqq.* Chassan. *de glor. mundi. p.5. consid.30.* Bodin. *1. de Rep. cap 8 & 9.* Dec. *cons. 269. num.6.* Idem *cons.70. num. 4. Et consil.300.* Pisard. *ad decis. Papæ 114. 339.*

d) Et hic (ut ut hodie sit Monarcha & totum continens in suo regno Joh. Redin. *de Major. Princip. vers. Imperatoriam Majestatem num 37.* nec superiorem agnoscat. Guilhelmus de Monferrat. *de success. regn. dubio 1. n.40.* excepto Ducatu Burgundiæ. (*L.1.*) Vasq. *1. ill. quæst. 12. num.15.* Besold *de appellat. cap.4. num.6.* Castald. *de Imp. quæst.53.*) olim imperio paruit. *l.2 §. post aliquot. de orig. jur. c. volum. 11. q.1.*

Gutier.

Gutier. 3 *practi. quæst* 13. *num* 3. Vasæus *in Chron. Hisp tit.*1 *c.*13. Primo autem Hispaniam invaserunt Gothi, qui expulsis Romanis anno 404. illic sedem collocarunt. Parlador. 1. *rer. quot. c.* 3. *& lib.* 2. *cap.* 21. quib exactis Hispani anno 714. ex hostium faucibus, immensis laboribus, impensis atq; periculis regnum eripuerunt. Parlador. *d. loc.* Procop. *lib.* 3. *bell, Vandal.* Petra *de jure quæsit. non toll. cap.* 4. *num.* 15. Marian. *lib.* 9. *rer. Hispan. cap.* 5. Johan. Garzias *de Hispan. Nobilit* Zach. Viet. *de causs. exempt. conclus.* 2. Et quia hoc sine Imperatorum auxilio & impensis factũ, omnigenam exemptionem allegant Quos refutat Vasq. 1 *controv. c* 22. *n.* 15. ubi dicit Casaris Honorii jussu & gratiâ factum esse. Universum autem (ut hoc obiter addam) regnum Hispaniæ hodie in decem regna est divisum. 1. est Apuleæ. 2. Arragoniæ. 3. Andelasiæ. 4. Castellæ. 5. Galliciæ. 6. Granatæ. 7. Legionis. 8 Majoricarum 9. Neapolitani 10. Siciliæ. Quibus adjunge regnum Portugaliæ, sive Lusitaniæ, quod imperio subfuit. *(L.2.) l. in Lusitania. de censib.* Anton. Hansman. *de remonetar. th.* 7. *lit. f.*

(L.1.) In

(L 1) In excessu peccavit Baronius tom. 11. annal. ubi pleraq; Hispani Regna Pontificis feuda scripsit. qua de causa edicto Regio. 3. Octob. A. C 1610. damnatus. In defectu peccat noster. Nam & respectu regni Neapolitani, atq; Siciliæ, superiorem recognoscit Hispanus, Pontificem Romanum. Martha de jurisdict. part. 1 c. 26 n. 26. & seqq.

(L. 2.) Aut intelligit per Regnum Hispaniæ Hispaniam ipsam, & regna ad eandem pertinentia contermina, aut totum illud, quod Hispano paret. Utrum egerit, errorem non effugiet hæc regnorum distributio. Priori respectu, quatuordecim Hispaniæ regna sunt, teste Cluverio lib. 2. introduct. Geograph. c. 5. Scilicet 1 Legio. 2. Gallica 3. Portugallia. 4. Algarbia. 5. Andalusia. 6. Granata. 7. Murcia. 8. Valentia. 9. Arragonia. 10 Catalonia. 11 Navarra. 12. Castilia vetus. 13. Castilia nova, quod Toletanum Regnum. *14. Baleares Insulæ, vulgo Majorea & Minorea. Posteriori respectu, numerus erit longè auctior, præsertim si novus adjungatur orbis. Tam latè enim hodie dominatur Hispanus, ut quocunq; se die nocteq; sol vertat, nunquam in illo regno cernat occasum,*

e) Superiorem hodie non agnoſcit. Alberic.Gentil. *de Hiſpan. advoc. lib.1.c* 8. & 20. Chaſſan. *de glor mund. p.* 5. *conſid.*38. quod de facto, non autem de jure verum eſſe, dicit Gilken. *de præſcript. p.*3. *c.*6 *n.*56. Hering. *de fidejuſſor. c.*7. *n.* 575. Petra *cap.*3. *q.*4.*n.*13.

f) Hungaria à Rege Stephano in Papæ clientelam delata eſt, Steuchus *lib.*2.*donat. p.*186. D.Vietor.*d.concluſ.*2.

g) Fuit tributarius Cæſaris. Naucler. *in Chronolog. vol.*2. *gener.*35. Mindan.2. *proceſſ.*67.*num.*15. poſtea de facto ſe ſubtraxit, Hering. *d.c.*7.*n* 580. cum Lakoldus relicto Ludovico Imp. à Papa Johanne coronam acciperet. Cromer.3.*hiſtor. Polon.*Krantz.8. *Vandal.cap.*2.

h) Quem imperio ſubfuiſſe teſtatur Krantz *lib.*6.*Daniæ c* 17. ſed hodie ſuperiorem, excepto ducatu Holſatiæ neminem cognoſcit, Geil.1.*de arreſt.*6.*num.*16. Reichs Abſchied de annno 1542. §. Dieweil aber

i) P. Frider. *lib.*2.*de mand jur. c.*67.*n.*4.

Tacitum privilegium, ſeu præſcriptionem allegant Genuenſes. Veneti, ac Civitates omnes Lombardiæ.

Cæpol-

Cæpolla *in crim.conſ.17.num.45* Pacian. *conſil.149. num.9.* de qua præſcriptione Paurmeiſt. *lib.1.de jurisd.c.21.* Conf. etiam Th Mich.*d.loc.concl.8 lit.d* ubi dicit nemi-nem,ut imperatori non ſubſit, præſcribere,*arg.l.competit.6.in fi.C.de præſcript.30. vel 49.ann.*G.Schonb.5:*Polit 7.*

Verum enimverò cum omnis imperii enormis diminutio ſit prohibita, Thom. Michael.*d.loc.concl.15.* omnes à jurisdictione imperii exemptiones nullas eſſe dico cum Molinæo *in conſuet. Pariſ. tit.1. §.3. gl. 4.*Socin.*jun.conſ.60. n 53 lib.1.*Bald.*conſ.271. col.2 lib.1.*Michael. *concluſ.17* Clut. 0.11. etſi diminutio & alienatio cum juramento ſit facta *c. intellecto. de jurejur.* Zoanet. *de imp. Rom.175.* Lancellot. *in T.O.I. lib.1. c.1 §.4.* Habet enim ſe imperium ut corpus, cui ſi vel una auricula amputetur, monſtroſum efficitur.Rol. à Valle *conſ.1.n.126 vol.2.* nec eſt in marſupio Principis. Bald. *ind. c. intellecto.* Unde Imperator ſi jura ſuperioritatis & Regia à Corona & ſceptro divellit,homicida ſuæ dignitatis dicitur à Bald. *in c. licet cauſſam. de probat.* utpote cujus poteſtas in adminiſtratione & protectione conſiſtit, Mich. *concl.14.* ſicuti Tutoris

& Curatoris. Riminald. §. *num. 82. Inst. quibus allic. vel non.* Quò respicit germanicum illud: Zu aller zeit Mehrer des Reichs.

CAPUT XXIV.
& Ult.

HActenus vidimus statum Reip. Romanæ, quatenus refertur ad finem absolutum, hoc est, honestatem publicam: sequitur status relatus ad finem eminentiorem.

Qui duplex est, humanus & divinus.

Humanus est contemplatio, seu virtus theoretica.

Divinus est cura religionis & pietatis.

Keckerm. *1. Polit. cap. ult.* Imperatoris officium est subditos ducere ad omne bonum non tantùm morale & theoreticum, sed etiam virtutem religiosam, sive veram pietatem; Vide exempla *Deuteron. cap. 32. 1. Sam.*

1. *Sam. c* 12. *v.*14. *& seqq.* 1 *Reg.*8. 2 *Caron.c.* 14.20.30.*&* 34. *Psalm.*122.132. quæ eſt omnium virtutum fons, & publicæ privatæque juſtitiæ & felicitatis cauſa, inprimis in Rep. Chriſtiana, Danæus *lib.*3. *Polit. cap.* 2. Et contra.

—— Ubi non eſt pudor,
Nec cura juris, ſanctitas, pietas fides,
Inſtabile regnum eſt. Seneca *in Thyeſte.*

Eſtq́ hic ſtatus eminentior vel pacatus, vel turbatus.

Pacatus eſt ſi & Imperat. & ſubditi ſuum faciant officium.

Imperatoris officium eſt circa Scholas & religionem.

Scholæ vel ſunt paganæ, vel oppidanæ; illæ in pagis, hæ in oppidis habentur.

Oppidanæ ſunt particulares, vel universales.

Timpl. 4.*Polit. c.*3. Otto Caſman. *c.* 25. *polit.*

Particulares ſunt claſſicæ, eæq́ vel triviales vel pædagogicæ?

Zepp.*lib.*1.*Polit.Eccleſ.c.*10.

Universales sunt Academiæ seu Universitates, quæ à solo Imperatore eriguntur, confirmantur, privilegiis & immunitatibus exornantur.

Zasius *part.* 5. *feud. n.* 14. Ferrar. Montan. *lib.* 2. *feud. c.* 1. *vers. Quandocunq;*. Idem *lib.* 5. *c.* 7. *v. Regalia.* Castald. *de imper. q.* 110. *cas.* 180. Claud. Seysell. *in suo spec. feud tit. Qui feud. dar. poss.* Nic. Mozz. *de natur. feud. num.* 24. Prukm. *ad rubr. quæ sint* Regal. *c.* 3. *num.* 2 Schneid. *de feud. part.* 2. *num.* 28. D. Vult. 1 *F.* 5. *n.* 7 Sixtin. *de* Regal. *lib.* 1 *cap.* 2. *num.* 26. Cluten. *in Syll.* θ. 21. *lit. e.* G. Schonb. 4. *Polit.* 4. & 5. *Pol.* 17. Matth. Steph. *de jurisd. lib.* 3 *p.* 2. *num.* 2. Ordin. Camer. *p.* 1. *tit.* 3. §. Deßgleichen. Neq; tamen dubitandum est, quin & à Pontifice erectæ & confirmatæ, Academiæ pro veris Academiis sint habendæ. Matth Steph. *d. loc. n.* 19. Germania præ cœteris nationibus hoc nomine est felicior, quæ plures celeberrimas Academias habet. Omnium antiquissima est *Heidelbergensis*, condita à Ruperto Rufo Electore Palatino 1346. confirmata 1387. 18. Octob. *Pragensis*, à Carolo IV. Imper. & Rege Bohemiæ 1361. *Viennensis* à Rudol-

pho

pho & Alberto III. Austriæ Archiducibus, fratribus Germanis, eod. anno. *Coloniensis* curâ & opera Senatus 1388. *Erphurdiana* à Dagoberto Francorum Rege instituta, à Bonifacio IX. Pontifice Max. privilegiis honorata 1391. *Herbipolensis* à Joanne Episcopo Wirciburgico 1403. *Lipsiensis* â Friderico I. Electore Sax. 1409. *Rostochiensis* â Joan. & Alberto primis Ducibus Megapolensibus, & pariter â Senatu Rostochiensi 1415. *Gryphisvvaldiana* condita ab Uratislao IX. Duce Pomeraniæ 1456. introducta 1457. 18. Octob. *Basiliensis* â Senatu Basiliensi 1459. *Friburgensis* ab Alberto VI. Archiducæ Austriæ 1460. *Ingolstadiana* â Ludovico & Georgio, Patre & Filio Ducibus inferioris Bavariæ 1472. *Tubingensis* condita ab Eberhardo Barbato, primo Duce Wirtembergæ. 1477. inrtoducta 3. Julii. *Moguntina* â Diethero Isenburgio, Archiepiscopo Moguntino 1482. *VVitebergensis* condita â Friderico III. Electore Sax. 1502. introducta 18. Octob *Francofurdiana* â Joachimo I. Electore Brandeb. 1506. *Marpurgensis* â Philippo Hassiæ Landgravio 1526. *Argentinensis* â Senatu Argentinensi fundata 1538. privilegiis ornata 1567. I. Maji.

Regiomontana ab Alberto primo Marchione Brandeburg. primo Duce Borussiæ 1544. *Jenensis* seu Salana condita à Johanne Friderico I. Electore Sax. 1548. introducta 1558. 2. Februar. *Duacensis* in Belgio à Philippo II. Rege Hispaniæ 1561. *Dillingana* in Suevia, ab Otthone Truchsessio Walpurgio, Episcopo Augustano & Cardin. 1564. *Lugdunensis* Batavorum ab Ordinibus 1575. 1. Febr. *Julia Helmstadiana* à Julio Duce Brunsvvicensi & Luneb. 1576. *Altorpiana* à Senatu Noriberg. 1581. *Giessena* à Ludovico Landgravio Hassiæ 1607. introducta 7. Octob.

Galliæ Academiæ sunt *Parisiensis* à Carolo M. condita 781. *Lugdunensis* 830. *Montispessulana* 1196. *Aurelianensis* à Philippo Pulcro Rege Galliæ, & Clemente V. Lemovice, Pontifice Rom. 1312. *Cadurcensis* à Joanne XXII. Rom. Pontif. 1320. *Andegavensis* à Ludovico I Duce Andegavensi, Rege Siciliæ & Neapolis 1346. *Avenionensis* 1391.

Italicæ Academiæ: *Bononiensis* à Theodosio II. Imper. condita 423. 9. Maji. *Papiensis sive Ticinensis* Insubrium fundata à Carolo M. 791. instaurata à Carolo IV. Imp.

Imp. 1361. *Patavina* à Friderico II. Imp. 1221. *Ferrariensis* à Friderico II Imper. eod. anno *Perusina* in Hetruria florere cœpit 1399. *Pisana* in Hetruria instituta, & à Laurentio Medice Principe Florentino reparatus 1339. *Senensis* à Pio II. Pontif. Rom. 1387.

Angliæ Academiæ: *Cantabrigiensis* à Sigisberto Orientalium Anglorum Rege instituta 630. *Lindifarnensis* ab Osvvaldo Northumbrorum Rege 640. *Oxoniensis* ab Alfredo Rege Angliæ 895.

Hispaniæ: *Conimbricensis* in Lusitania à Johanne II. Rege Portugalliæ 1482. *Complutensis* à Francisco Ximene Archiepiscopo Toletano · *Hispalensis* à Roderico de S. Ælia: *Toletana* à Francisco Alvaro: *Granatensis* à Fernando Talabruicensi Hieronymitano 1517.

Dania habet *Haffniensem* à Christiano III. Rege Daniæ & Norvvegiæ conditam 1539

Polonia Cracoviensem à Casimiro II. Rege Poloniæ 1364. confirmatam ab Uladislao jagellone 1400.

Brabantia Lovaniensem à Joanne Duce Brabantiæ 926.

Scotia Sanctandreanam 1411.

Burgundia Dolanam â Philippo Bono Duce Burgundiæ fundatam 1426.

(*L.*) *Catalogus Academiarum imperfectus est. Germanicis adjici debet, Trevirensis, Moltzhemensis, Kontelensis, Lovaniensis Franeckerana, & si quæ sunt aliæ, quæ mihi nunc non succurrunt. Gallicis debet annecti, Bituricensis,* Pictaviensis, *Tholosana, aliaq; Idem esto judicium de cæterarum regionum Academiis, quarum Catalogus non minori quàm prædictarum imperfectione laborat.*

Constat Academia ex capite & membris.

Caput est Rector, cujus officium est, nomina Studiosorum in matriculam seu album recipere, deq; caussis ad Universitatem pertinentibus cognoscere.

Ita tamen Rectori Academiæ Reip. administratio est commissa, ut necesse habeat in reb. arduis collegarum suorum sententias exquirere, eas conferre, & collatas, si ex re fuerint, sequi Matt Steph. *d. loc. c.* 12 *n.*1. Res autem de quibus controversiæ moventur sunt civiles, vel crimiuales.

Illa-

Illarum cognitionem Rectori *in Auth. habita. C. ne fil. pro patr.* A Friderico Imp. esse concessam, omnes fatentur. De his vero criminalib. scil. vehementer Dd. digladiuntur, *An in iis quoq; Rector Academ. sit Judex, sive quod idem est, an habeat merum Imperium?* Negat. *(L.)* quia ejus nulla fit mentio *in d. auth.* quæ tantum loquitur de lite & negotio, quibus verbis causæ civiles & pecuniariæ significantur. *l. litis. de V. S. l. Labeo eod.* At v. merum imperium nemini competit, nisi cui specialiter & nominatim lege vel SCto, vel constitutione principum concessum sit, *arg. l. 1. de offic. ejus, cui &c.* Specialiter autem habent quædam tantum Academiæ ut Heidelbergensis, Ingolstadiana, Tubingen s. Lipsiensis, Parisiensis. Non igitur omnes. Pac. *ind. Auth. Treutl p. 1. disp 3 th. 4. lit. g.* Muscorn. *in tract. de jurisd. n. 75.* Kirchner. *de* Rep. *disp. 9. θ. 1 lit. c* Dn Arum. *disput. π. 2. th* 3. Vultei. *ad l. 10 n. 3. C. ubi caus. fiscal.* D. Kuback. *cent. 3. quæst. ill. dec. 9. q. 10.* Dissent. Br. *in l imperium. 3. n. 7. de jurisd.* Bl. *in proœm. D. in fin.* Accurs. *in d. Auth.* Matth. Steph. *d. c. 12. n. 89. & seqq.* Gilhaus. *in arb. judic. civ. c. 1. part. 2. §. 3. num.* 10. Scip. Gentil. 3. *de jurisd.* 17. *Affir-*

(L.) Affirmavi disput. 2. de Academ. th 8 lit. N. & in jure publico lib. 8. c. 9. num. 33. & seqq.

Membra vel sunt superiora vel inferiora.

Superiora & principalia sunt reliqui Professores, qui plerumq; quatuor constituunt collegia, videl. Theologorum, JCtorum, Medicorum, & Philosophorum, quorum quodlibet sibi Decanum eligit, qui veluti superior & caput Collegii causas collegium spectantes, regit atq; moderatur.

Inferiora sunt vel digniora, vel minus digna.

Digniora sunt studiosi, quorum scientia totus illuminatur mundus, ac propterea amplissimis ornati sunt privilegiis.

Quorum 100. refert Horat. Lucius. 180. Rebuff. *in d. auth. habita.* Quæ ad tria summa capita referri possunt, I. est ne injuria afficiantur. *d. auth.* Becht. *de securit. th. 234.* Matth. Steph. *d. p. 2 c 8.* II. Ne ob alterius cujuscunq; provinciæ delictum sive

five debitum aliquod damnum eis inferatur. *d. auth. h. n.* represaliis seu pignorationibus onerentur. Becht. *d. loc.* III. Ut coram suo Magistratu conveniantur. *d auth.* Matth. Steph. *c. 10.* Hæc sunt generalia privilegia *in d. auth.* comprehensa; specialia, quæ ex illis deducuntur multa sunt ac varia. 1. Cives coguntur Studiosis domos locare. Rebuffus *privil. 7.* Speckhan. *cent. 2. class. 1. q 11. num 4.* si scil. alias musæa commoda non inveniant. Rebuff. *d. loc. 2.* Scholares ex habitationibus & musæis à Dominis ædium, licet ipsi indigeant, impunè expelli nequeunt. Rebuff. *privil. 8.* Speckh. *d. num. 5.* 3. Pro hospitiis sive habitationibus suis, nulla onera vel munera realia subire coguntur. Rebuff. *privil. 18.* 4. In locando præferuntur aliis, si æquam pensionem offerant. l. *fin. C. de locat præd. civil.* contra *l. nemo. C. locat.* 5. Illorum libri, aliæque res, quas studii, aut aliàs necessarii usus causa transferunt, vectigalium oneri obnoxiæ non sunt. Br. *in l. ult.* §. *divus. num. 2. de publ & vectigal.* Sichard. *ad d. auth. nu. 7.* Rosenth. *in Synops. jur. feud.* *c. 5 concl. 48.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 203.* Becht. *d. loc.* 6. Mandatum re etiam integrâ favo-

re

re Scholarium morte non expirat. Rebuff. *privil.* 80. 7. Mutuum ſtudioſo filio f. datum â Patre rectè repetitur, contra SC. Maced. Speckh. *d. loc. n.* 14. 8. Æs alienû ſtudiorum gratiâ â Scholaribus contractum non ab ipſo ſolo, ſed ex communi hæreditate exſolvendum. Rebuff. *privil.* 59. 9 Fabri ferrarii malleatores, Vietores, pelliones obſtrepentes juxta Scholas vel ædes Scholares, expellendi ſunt. Horat. Lucius *privil* 46.

Atque hiſce privilegiis non ſtudioſi tantùm, ſed & famuli eorum fruuntur, *per text. in l. 4. in fin. de uſu & habit l. 2.* §. 1. & *ult. C. de Epiſc. & cler.* Geil. 2. *obſ.* 68. *n.* 6 & 1. *de p p. c. 6. n.* 21. Weſemb. *conſil.* 50. *n.* 22. Frider. *de continent. cauſſar. c.* 19. *n.* 12. Horat. Luc. *de privil. Scholar. cap. fin. n.* 2. & parentes Peck. *de jur. ſiſtend. c.* 5. *num.* 3. Fratres, ſorores &c. ipſos inviſendi cauſa venientes Bech. *d. loc. th.* 233. item Typographi, Bibliopolæ & librarii. Matth. Steph *d. loc. c* 6. *num.* 1. Dn. Kubach. *d. cent.* 3. *dec.* 9 *quæſt.* 8.

Q. *An etiam Triviales* ſcholaſtici? Omninò. Kubach. *d. decad. q.* 2. *An Clerici?*

Q. vid. Kubach. *d. dec. q.* 3. *An Profeſſores?*

Q. Ita Becht. *d. loc. th.* 232. Kubach. *d. loc. q.* 6.

Indi-

Indigni vero illis sunt Pseudoscholastici (de quibus vide sis Hypotyposin Scholast. boni, & mali Clarif. Dn. M. Heideri, Collegæ & Fautoris mei suspiciendi (qui neglectis, Professorum prælectionibus, otiosi hinc inde vagantur, quos Bacanden vulgus appellat. Becht. *d. th.* 232. Kilbach.*d.dec. q*.4. Cessat enim in his privilegii caussa, quæ est favor studiorum, ergo & ipsum privilegium. *c. Abbates in fin. de verb. signif.* cum dignus privilegio non sit, qui in leges committit.*l. auxilium 37. in fin. de minor.*

Membra Academiæ minus digna sunt Typographi, a) Bibliopolæ, Pedellus, ministri seu famuli Studiosorum.

a) De quibus & Bibliopolis, Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas.* 376. *num* 8 Matth. Steph. *d. loc. c.* 6. *n.* 13. Autor & inventor artis Typographicæ est Johannes Guthenberg Germanus, Polydor. Virgil. *lib.* 2. *c.* 7. *de rer. invent.* ubi dicit eam in media Germania Moguntiæ esse excogitatam anno Christi 1440 Etsi non desint qui hanc laudem Germanis præceptam aliisq; gentib9 adscriptam velint. Nam Pompon. Lætus Italis,

Italis, Johannes Ravu. Batavis Marc. Henningus, Petr. Maffejus, Jovius & plures alii Chinensibus: Hadrian. Junius civi cuidam Harlemensi, attribuunt.

Tantum de officio Imperatoris scholastico, religiosum sequitur, quod consistit in religionis introductione & in introducta custodia.

Circa religionis introductionem seu reformationem notanda veniunt 1. principium. 2. Objectum. 3. modus seu forma.

Principium reformationis est solus Deus, qui illam exequitur vel immediatè, vel mediatè.

Mediatè Deus Ecclesiam suam reformat vel per personas Ecclesiasticas, quale, fuerunt D. Lutherus, Brentius, Melanthon, & alii: vel operâ Magistratus.

Huc pertinet gravissima illa quæstio: Q. *An cura seu potestas religionis sive Ecclesiæ pertineat ad Principem & in specie ad Imperatorem Romanum?* Disting. inter

inter poteſtatem Eccleſiaſticam internam & externam. Illa à perſonis Eccleſiaſticis Eccleſiaſticè in Eccleſia exercetur docendo, ſolvendo, ligando, ſacramenta adminiſtrando, &c. Hæc circa Eccleſiaſticas res & perſonas exrra templum civiliter exercetur, vocaturque poteſtas κρατητικὴ. Priorem ut perſonis Eccleſiaſticis relinquimus, ita poſteriorem Principi tribuimus. Chriſt. Matth. *diſput. Polit.* 6. *th.* 24 vid. Dn. David. Paræ. *in tract. de poteſt. Regum contra Papam. pag,* 74. & Autor. *diſput. de jure printip concl.* 22. Is enim eſt utriusque tabulæ cuſtos & Præſes. *Deuter.* 17.19. *Joſ.* 8. Sic David cultum Dei reſtituit. 1. *Chron.* 13. & Amazias 2. *Chuon.* 25. & Hiskias. 2. *Reg.* 18. & 2. *Chron.* 29. Joſaphat. 2. *Chron* 17 *verſ.* 7. Joſias 2. *Reg.* 22. & 23. Ethnicos quoq; maximam religionis curam habuiſſe teſtantur exempla relata à P. Greg. *de Rep. lib.* 12 *c.* 4 & *lib.* 8. *cap.* 2. Danæ. *lib.* 1. *Polit. Chriſt* Jun. *quæſt. Pol. l.* 1. *quæſt* 6. Quam quoque poteſtatem Impp. Romani Chriſtianâ fide recepti retinuerunt, ſicuti patet ex *l.* 3. *C. de ſumma Trin.* & *Nov.* 3. ubi Imperat. Juſtinianus ait, *ſe non minorem Eccleſiæ*

clesiæ curam habere, quam propriæ vit. Hinc hujus potestatis Ecclesiasticæ vi latæ sunt leges de reb. Ecclesiæ. *Nov 7. 46. 55. 67. 120.* de personis Ecclesiasticis. *t. t. C. de Episc. & Cler. & tit. seq.* de locis sacris & eorum privilegiis. *t. t. C. de SS. Eccl. & t. t. C. de his qui ad Eccles. confug.* de diebus festis *l. ult. C. de feriis.* de Ceremoniis *t. t. C. de stat. & imag.* imò de doctrina ipsa tam fidei, *t. t. C. de summa Trinit. de haret de Apost. de Judæis,* quàm morum. *Nov. 12. 140.* Hocq; jus adeò ad Majestatem spectare dicitur, ut eos, qui in re divina, & in negotio religionis constituendo, Romanum Pontificem superiorem agnoscunt, supremos Principes vocandos esse neget Alberic. Gentil. *disput. Regia. 1.* Warenb. ab Erenberg. *c. 1. verisimil. num. 5 11. 21. & c. 2. num 2. & seqq.* Quod prima fronte multis mirum & absurdum videri possit. Annon enim Papa est caput Ecclesiæ Moscon. *de Majest. militantis Ecclesiæ, lib. 1. cap. 1.* Cui tota Ecclesia (quam ille suam sponsam vocat, *c. quoniam de immunit. in 6.*) parere debet *cap. 1. disp. 93.* Vicarius Christi? *cap. 1. vers. porrò ut benefic.* Deus in terris? Bl. *in l. ult. C. de*

de sent. rescind. Annon à Deo super regna & gentes constitutus? *c. omnes principes. de major. & obed.* Annon Imperia confert & transfert, juxta dictum. Quodcunq; ligaveris. *Apostolic. de sent. & red judic in 6.* Annon tantum Imperatori, quam Sol Lunæ, aurum plumbo, præstat? *c. solitæ. §. præterea. de maj. & obed.* Quid multis? Papæ data est omnis potestas in cœlo & in terra. Cerem. *l. 1. c. 7.* Unde nemo potest dicere Papæ, cur ita facis Speculat. *in tit. de leg. §. nunc ostendendum. v. 89.* adeò ut, si catervas animarum ad inferos detruderet, non cuiquam liceret ex illo quærere, cur id facis. *dist. 40. c. si Papa.* Siquidem factum à Papa, reputari debet factum à Deo. *c. quanto. de translat. Episc.* Sed quisnam Papæ hanc potestatem dedit? Is ipse. Quis illum caput Ecclesiæ vocat? Pontificii. At certè ut Pictores ex Horatii sententia humano capiti cervicem jungunt equinam: sic hi Parasiti extremâ audendi licentiâ mystico corpori terrenum caput, omnibus sordibus pollutum affingunt, & ex CHRISTI Ecclesia monstrum biceps faciunt, ait Aut. disput. *de jure princip. concl. 23. lit. a.* Quis unquam Ecclesiam Papæ vocavit sponsam? Boni-

facius VIII. Verum cum Christi sponsa nullos admittat procos, hoc intelligo, ait iterum autor ænonym. *in d. disput.* de muliere adumbrata in Apocalypſ. *cap.* 17. *v.* 3. Hæc enim adulterinos admittit procos, Deo ſuo immorigeros, qui ſanctum ejus nomen afficiunt convitiis, & ſupra id quod dicitur Deus, ſe efferunt, ut filius perditionis facit, de quo Paul. 2. *Thesſ.* 2. *v.* 3. *Apocal.* 13. *v.* 16. Quis denique Imperatorem Lunæ, & Papam Soli comparavit? Ipſe Papa. At ſi Papa eſt Sol, & Luna Imperator, quinq; reliqui Planetæ relinquentur Jeſuitis. Mercurius propter linguæ volubilitatem, Venus propter libidines: Mars propter ſeditiones & bella. Jupiter propter dominandi cupiditatem, Saturnus propter inquiſitionem & bella; atque ut ſydera illa erratica ab Ecliptica, quæ via Solis eſt, recedunt: ita & illi à Duce Jeſu aberrant, inquit Dn. Præcept. Simon Stenius *in reſp. ad apolog.* Jacob *Grets.* Quid? quod ab initio ipſi Pontifices, & Clerici ejus jurisdictioni legibusq; Imperatorum ligabantur. Thom Michael. *de jurisd. concl.* 10. licet hodiè jure Canonico exemptio Eccleſiaſtica illis ſit indulta, quâ

qua jurisdictione sesulari eximuntur. in 1 *de privil in 6.c.si Imperator. dist.96.* Vasq. *de success.creat.* §.22. *num.*58. *lit.*17. Tapia. *in l. fin.p.*1.*c.*6.*de const princ.* Franc Suarez *lib.*4. & 5. *de immunit. Eccl.* Decian. *in pract. criminal. lib.*4.*c.*9 *num.*1. Covartuv. *pract. observ.c.*11.*num.*5.& *c.*31.32. *in neg. possessor. p.*3. *in pr. num.*9. Nicol. Reusner. *lib.*1. *cons.*2. Fachin *cons.*55.56.57.*vol.*1.

Quæ cum ita sint, indubitanter statuo, Magistratus Politici munus & officium esse, statim ab initio administrationis suæ religionem Christianam, & verum Dei cultum tanquam feudum Imperii sui curare, plantare, & quatenus fieri potest, propagare & defendere. vid. Dn. Paræum *d. loc.* Althus. *cap.* 28. *Polit. num.* 7. & *seq.* Kirchner. *de Rep. disp.*6. θ.2. Kecherm. *disp. pract.* 35. *q.* 14. Autor. disp. *d. jure princip. concl.*21.& 22. Arnold. Clapmar.1. *de arcan. Rerump.c* 15. Besold. *class.*1.*disp.*4.*Polit.*

Objectum hujus institutionis est unitas & veritas religionis.

Nervus Reip.& Pax Ecclesiæ est religionis Unitas. Autor d. disp. *de jure princ.*

concl.24 lit. a nihilq; reperitur, quod lumine clarius præfulgeat, quam recta fides in Rep. & Principe, nihil, quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera religio. Kirchner. *d. disp.6 θ.2 .lit.b.* Unde quæritur:

Q. *An Princeps plures easq; diversas in regno suo debeat tolerare religiones?*

R. Sicut Paterfamil. in domo sua potest bonâ conscientiâ tolerare homines diversæ religionis; ita quoque bonus Princeps in suâ Rep. in quâ planè id est, quod bonus Paterfamil. in domo. Keckerm. *d. disput. pract.35. quæst. ult.* Nam & ipse Deus in sua Republ. mundana omnibus seculis diversas religiones publicè exerceri passus est. Exempla vide *1 Reg.14. & 22. 2 Reg. 12.14 & 18. Daniel. c 3. & 6.* Althus. *c 28. Polit. n 66.* Autor d. disp *de jur. princ. d. lo.* Bodin. *de* Rep. *lib.3.c.7.* Alberic. Gentil, *in lib. de jure belli* Danæus *2. Eth. 7.* Dn. Gerhard. *in coron. qq. Polit.* Prorsus tamen blasphemi nequaquam taleranda. *lib.3 C. de hæret. & Manich.* P.H.D. *art.106.* vide d. disp. *de jure princ.* Hæretici igitur refractarii, vaniloqui, mentium deceptores, *Tit.1.10.* mendaces. *Tit.1.12.* publicæ concordiæ pervicaces perturbatotes. *Tit.1.15.16.* sibi & aliis exitiosi

tiosi. 2. *Petr.* 2. 3. legitimè ex Sacra Scriptura criminis convicti, rectè puniuntur, *d.* 𝔓. ℌ. 𝔇. *art.* 106 *Exod* 32. *v.* 27. 1. *Reg.* 18. *v.* 40. *Daniel.* c. 3. *v.* 29. præſtat enim ut pereat unus quam unitas. Lipſ. *contra Dialogiſt.* Hæretici autem dicendi ſunt non illi, qui parati ſunt doceri, & meliora docti errores corrigere. *c.* 2. *in fin. de ſumma Trinit.* ſed qui in errore circa articulos fidei pertinaciter perſeverant, 2. *Petr.* 2. *verſ.* 1. & vitam veritatis blaſphemant. 2. *Petr.* 2. Nec enim error ſolus facit hæreticum, ſed pertinacia, neq; hæc ſola ſed in errore perſeverans. *Galat.* 5. *v.* 12. *Philip.* 3. *Rom.* 4. *v.* 13 *c. dixit. q.* 3. Weſenb. *in* π. *C. de hæret. n.* 1.

Modus ſeu forma inſtituendæ veræ religionis in his potisſimum conſiſtit.

I. Vt Magiſtratus ipſe veram religionem ex verbo DEI intelligat, & in conſilium adhibeat eruditos & orthodoxæ religionis amantes Theologos & Doctores.

Vide Keckerm. *lib.* 1. *Polit. c.* 32. *pag.* 518. *& ſeq.* Caſman. *c* 27. *Polit.*

II. Necessitate postulante conventus seu synodos curet haberi, in quibus de vera Religione, ex vero Dei verbo, decreta fiant, & constituantur.

Conventus seu concilia alia sunt universalia alia particularia. Universalia sunt 4. (*L.1.*) Nicœnum, celebratum anno Christi 318. à patribus 318. Constantinopolitanum, anno Christi 395. Ephesinum, anno 414. Chalcedonense, anno 507. secundum alios 445. Horum indictio in Imperio Romano penes solum est Imperatorem, Bortius *de jure majest. cap. 3. 0. 37.* Non Pontificem (*L.2.*) Autor. disp. *de jur. princ. concl. 22. lit. b.*

(L.1.) Justinianus quoq; quatuor haec enumerat concilia, in l. 8. in pr. C. de haeret. l. 7. §. 4. l. 8. § 3. C. de summa Trinit. Novell. 42. in praefat. Novell. 115. c. 3. §. 14. Novell 131. ca. Sed haec postea alia quoq; tria Oecumenica concilia secuta sunt; nimirum Constantinopolitanum secundum, Constantinopolitanum tertium, atq; Nicenum secundum, adeo ut in universum, in Ecclesia Graecorum, septem numerentur Concilia oecumenica. In Ecclesia

autem

ante in latina, longe plura forent habita de quibus alibi.

(L.2.) Si de hodiernis moribus loquimur, aliud dicendum est Recessus *Imperii Pontificem admittunt.* R. A. zu Augsp. *de Anno 1530.* §. Vnd dieweiln in vielen Jahren. *ibi:* bey Bäpstlicher Heyligkeit so viel zu fördern vnd zuverfügen/daß durch Ihre Heyligkeit/ein gemein Christlich Concilium innerhalb sechs Monaten nach endung deß Reichstages an gelegene Malstadt außgeschrieben. R. A. zu Regensp. *de Anno 1532. 1. Concilium*, betreffend. §, vnd wiewoln. *&* §. haben wil: *ibi*, Vnd das Bäpstliche Heyligkeit vnd der Stul zu Rom dasselbig judicire vnd ausschreibe. R. A. zu Regenspurg. *de Anno 1541.* §. Als wir nun nach dem allen. R. A. zu Augsp. *de Anno 1551.* §. wir ersuchen/ermahnen. etc.

III Vt cogitet fidem suaderi non cogi posse, atq; adeo in conscientias sibi imperium non vindicet.

Quemadmodum intellectus cogi non potest, ut aliquid intelligat, ita quoq; voluntas cogi nequit, ut aliquid velit. Fides

 igitur

igitur cum sit voluntatis, non necessitatis, non jubendo & minando, sed docendo & ducendo, non occidendo, sed monendo, non armorum vi, non suppliciis aquæ & ignis, sed armis spiritualibus, verbi scilicet divini prædicatione, charitate & patientiâ propaganda est, atq; defendenda. Nam *si sanguine*, inquit Lactantius *lib. 5. divin. instit. cap. 20. si tormentis, si malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur & violabitur. Nihil est enim tam voluntarium, quam religio: in qua si animus aversus est, jam sublata, jam nulla est.* Hæc ille. Quo enim majora supplicia irrogabis, eò minus proficies: cum ea sit hominibus insita natura, ut ad aliquid assentiendum spontè duci velint, non cogi. Thuan. *in præfat. histor.* Kirchner *disp. 6. de Rep. θ 2. lit. c.* Quis mihi imponat necessitatem credendi, ait iterum Lactant *d. lib. 5. c. 14.* quod nolim, vel non credendi quod velim. Quippe mentium Rex solus est Deus, Curt. *lib. 8.* Quod prudentissimus Rex Poloniæ Stephanus bene intellexit, qui dicere solebat, Deum solum sibi hæc tria reservasse, nempe *ex nihilo aliquid facere, nosse futura, & dominari conscientiis.*

Idemq;

Idemque in Germania nostra considera-tum fuit patrum memoriâ, quando pax religioni data Passavii, anno 1552. die 2. August & deinceps an. 1554. & 1566. communi ordinum consensu confirmata fuit. Quæ meritissimè Germaniæ Palladium dici potest, per quam huc usq; viguit, & in futurum vigebit Sacrosancti imperii nostri majestas, Dn. M. Syring. *in disp. de pace Relig. th. 12.* Quo nomine sibi gratulatus est sacratissimæ memoriæ Ferdinandus Imp. quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, & tolerantiæ in Religione formulam Deus sici in mentem dedisset. Crato *in Epistola præfixa historiæ Dubrau.* Impudens est igitur illud & falsissimum quod Franciscus Burckardus *in sua antonomia p. 3 c. 13.* Von der freystellung mehrerley Religion publice clamare non erubescit, hanc religionis nostræ libertatem vi Imperatori à Protestantibus esse extortam. Aut. Disp. *de yure princ. concl. 27.* Dn. Syring. *d. loc. th. 15. lit. d.* Falsissimum quoq; est Pacificationis articulos per Concilium Tridentinum esse sublatos. vid. *d. concl. 27.* Petr. Leipold *in discurs. 24 apud D. Arum. q. 1.* Besold. *concl. 2. disp. 1. th. 41.*

Cæte-

Cæterum circa hanc Religionis constitutionem quæritur *1. An Calviniani ut vocant, illa sint comprehensi?* Ratio dubitandi est, quod in constit. diserte scriptum sit, daß alle andere/ so obgemeldten beyden Religionen nicht anhengig / in diesem Frieden nicht gemeinet / sondern gentzlich außgeschlossen sein sollen. Reichsabschied de anno 55. §. Doch sollen. Bidembach. *dec. 7. cons. 8. & 9.* Dn. M. Syring. *d. loc. th. 21. lit. B.* Bertam. *de pace relig. θ 27. & seqq.* Ratio decid. est, quod sub Augustanis Calviniani sint comprehensi. (*L.*) Quirin. Kubach. amicus meus sing. *quæst. ill. dec. ult. q. 7.* Aut. d. disp. *de jure princip. concl. 29. lit. 6.* Francisc Burck. *de auton. p. 5. c. 6.* Daniel Tossan. In seiner Trostschrifft an alle gutherzige Christen Warem. ab Erenberg. *d. feder. l. 1. p 158. & 190. & lib. 2.* Autor discursus *de Augustana confessione, qui extat in Polit. Imperial. Goldast. p. 29. c. 4.* Plura non addo, cum præsertim hæc quæstio à Theologis copiosè sit pertractata. Hoc saltem dico salutarem hanc religionis pacem quorundam ministrorum immodestiâ non leviter esse turbatam, contra constitutiones Impp. Sic enim Carolus V. Imp. & ordines Im-

Imperii, in Reichsabschied zu Augspurg de anno 1530. §. Wir haben uns. Die Prediger sollen sich mit ihrem predigen unserm Abschied gemeß halten/ und fürnemlich in ihrem predigen vermeiden und unterlassen/ was zu bewegung des gemeinen Manns / wider die Obrigkeit oder gegen einander zuverhetzen/ dienen oder Ursach geben möcht. Und Gottes Wort nicht nach eines eigen willen / Nutzen/ Neyd / Hoffart / oder zuverführen der unverstendigen gemeinen Leyen predigen / darzu stumpffierens / schmehens und lesterns sich enthalten. Item. Reichsabschied zu Speyer de anno 1529. §. Und als zu. Es sol ein jeder Churfürst / Fürst / Prælat / etc. mit allem möglichen fleiß in seiner Oberkeit bestellen und verfügen/ daß mit allen Predigern füglicher und ziemlicher weiß geredt und gehandelt werde / in ihrem Predigen zuvermeiden/ was zu bewegung des gemeinen Mannes/ wieder die Oberkeit oder Christen-Menschen in Irrung zu führen/ ursach geben möcht / sondern daß sie allein das Evangelium nach außlegung der Schrifften / von der heiligen Christlichen Kirchen approbiert / und angenommen/ predigen und lehren. Und was disputir-

ſputirliche Sachen / ſich daſſelbigen zu predigen vnd zu lehren zu enthalten.

(*L.*) *Nec nomine, nec re Calviniani unquam cum Auguſtanæ Confesſionis ſocii convenerunt. Nomen tulerunt à Calvino, qui à Luthero in quam plurimis religionis capitibus diſſentit. Et ipſi, qui ea ſequuntur, nobiſcum, præſertim de perſona Chriſti, atq; de Cœna Domini, non conveniunt; Quod in aperto eſt. His ergo reſpectibus non datur dicere eos ſub Auguſtanis eſſe comprehenſos. Vidè omninò Cranium de pace religioſa parte I. probl. 13. p. 125. & quæ ego dixi lib. 1. jur. publ. c. 13. n. 33.*

II. Quæritur: *An & ſtatuum ſubditi quoq; hac religioſa pace fruantur?* Affir. *per* §. 10. *ibi.* Daß die Stände vnd Vnterthanen ſich beſtendiger gewiſſer zuverſicht nicht zugetröſten / ſondern für vnd für ein jeder ein vnerträgliche Gefahre zweiff endlich ſehen müſſen / ſolche nachdenckliche vnſicherheit auffzuheben / der Ständ vnd Vnterthanen Gemüter wieder in Ruhe vnd Vertrawen gegen einander zuſtellen / etc. Setzen demnach / ordenen / wöllen vnd gebieten / daß hinfort niemand / was Würden / Standts oder Weſens

der

der sey / und keinerley Ursach willen den andern befechten / bekriegen / berauben / fahen / vberziehen / oder in andere weg beschedigen solle. vid. Autor d. disp. *de jure princ. concl.* 28 *lit. b.* P. Leipold. *d. loc. q.* 2. Bertram. *d. loc. th.* 29. *& seqq.*

III. An etiam Nobiles Imperio immediatè subjecti? Affirmat. Bertram. *d. loc. th.* 58. P. Leipold. *d. loc. q. ult.* Neg. M. Syring. *de pac. relig th* 4. *lit. c.*

His de libertate religionis præmissis, liquidò apparet quid de Hispanica illa inquisitione, hominum carnificina & Scythica barbarie immaniore sit sentiendũ. Hæc sanè una & quidem præcipua est ex causis Belgici tumultus, sicut testatur Emman Meteran, *de reb. Belg sub. anno* 1566. Vid d. disput. *de Jur. Princ. concl* 31.

Sic constituta ac instituta est religio sequitur constitutæ custodia.

Principis officium est Ecclesiam curare non tantum gubernando & instituendo, sed etiam conservando & defendendo. vid. P. Greg. *de Rep. lib.* 8. *c.* 2. Keck. *d. c. ult.* 1. *Pol.* Otton. Casman. *c.* 28. *Polit.* Besold. *class.* 2. *disp.* 1. *th.* 49.

Sub-

Subditorum officium in statu religioso est, 1. Ut Imperatori non tantum externam obedientiam præstent, sed & ita se gerant, ut puram coram Deo habeant conscientiam.

II. Agnoscant in Imp. non tantum jus majestatis Politicum; sed etiam ecclesiasticum.

Hoc præceptum omnes omninò obligat, nullis exceptis, ne clericis quidem, quibus de jure nulla competit potestas, nedum majestas, sed saltem religionis cura, sine ulla Jurisdictione & imperii exercitio. Aut. disp. *de jure princ. concl.* [illegible] Gregor de Heimburg. *in admonitione de injust. usurpationibus Paparum ad* [illegible] *quæ extat apud Goldast. In tract. de Monarch. Imp Rom. p. 557.* Keckerm. *c. ult. Pol. lib. 1. p. 520.* Huc spectat, quod dicitur Ecclesiam esse in Rep. non Remp. in Ecclesia. Walterus ab Erenberg. *de regn. subsid. c 1. num. 18.* suscepta enim est Ecclesia à Rep. non Resp. ab Ecclesia. Kirchner. *disp. 6. Carol. 1. lib. 4. de Rep.*

Status imperii Romani turbatus est. 1. Ob dissensum Imperatorum & Principum

pum à subditorum in religione. 2. Ob dissensum Impp. & Principum. 3. Ob dissensum religionis inter ipsos subditos. 4. Ob seditiones. 5. Ob bellum sacrum religionis caussa susceptum.

Refero huc canonem Keckermanni quem habet *d. c. ult. p.* 526. omni laude dignissimum. *Cogitet* (inquit) *Princeps, dissensiones in religione per se non afferre mutationes, sed per accidens, quatenus nempe vel ipse Princeps inveteratam suam opinionem nimis obstinatè vult tueri, vel quatenus sub specie religionis quæritur suppressio subditorum, vel deniq; quatenus inter subditos aliqui sint, qui sub religionis specioso titulo occultu ac fraudulentis machinationibus turbant statum Politicum.* Hæc ille. Quod si igitur Magistratus contra legem Dei subditis aliquid imperaverit, ipsi obedire non tenentur *d. disp. de jur. princ. concl.* 35. nec tamen iis hoc concedendum est, ut adversus Magistratum suum in religione dissentientem, exiliis licet ac suppliciis & persecutionibus sæviat, exsurgant, ipsiq; obedientiam in aliis denegent, quicquid,ogganiant Jesuitæ qui indifferenter

cunctos armant in sacra Principum capita. Fugiant illi potius, & spontaneum exilium eligant, quàm furiosè in unctos Domini insurgant, aut si fugere non possint, debent patienter ferre, quod ferendum est, dum tandem Proceres Regni ferocientis Magistratus libidinem pro officio refrænent. Vid. Alberic. Gentil. 1. *de jure. belli cap.* 10. Warem. & Erenb. 1. *de fœder. cap.* 2. Val. Forster. *part.* 2. *de jurisd Rom. sect.* 6. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyran. q.* 3. Dn. Joh. Gerhard. *in cent. quæst. Polit dec.* 10. *th.* 7. Bidembach. *consil. Theol. dec.* 2. *cons.* 5. Keckerman. *d. c. ult.* d. disp. *de jur: princ. concl.* 35 36. 37. & 38. Zachar. Vietor *de caus. exempt. concl* 14. Castellan. *lib.* 3. *de offic. Regis*, *c.* 12. Danæus *lib.* 2. *Pol. c.* 5.

GLORIA TIBI DOMINE

JESU, qui es omnia, & super omnia, & præter omnia. Scal. *exerc.* 365. *sect.* 2.

INDEX
Rerum & Verborum.

A.

An-

Bur-

Chórep-

Cir-

Com-

Con-

Eduar-

Episco-

F.

Fœdera

Geor-

Hunga-

Josua

Leg itos

Machi-

M.

Miss

Ponti-

Prin-

Quæsto-

Q

R.

Reg-

Reli-

Roma-

[illegible]

T

Vasal-

Wolf-

W.

F I N I S.

ERRATA.

Pag.27.*lin.1.belluinam* lege beluinam.
Pag.35.*lin.5.[illegible]* lege Dominiumq;
Pag.45.*lin.8.à fin.Parricicatus* pro Vaticinatus
Pag.69.*lin.6.à fin.nisi* pro nisi
Pag.74.*lin.13.Sanctuariaq;* pro Sanctuariaq;
Pag.114.*lin.3.à fin.pag* 80. lege p.106.
Pag.128.*fortitudinem* pro fortitudinem
Pag 144 *lin 9.existimant* pro existimant
Pag 151 *lin 12 c.17 pag* 404. pro pag 568.
Pag 221 *lin 5 supra pag.* adde 213.
Pag 248 *lin.8 à fin.* (L) *VI.* deleatur (*L*)
Pag.267 *lin 6.Quod ex* lege quod lex
Pag 289 *lin 9. à fin. vid. Autor pag. 206 in prin.* lege pag 184 fin. Et Maximilianus I. &c:
Pag.291.*lin 7 à fin.rejus rei* legis ejus rei.
Pag.313.*lin.1. Statuit autor* adde sup pag. 310.
Eadem p.lin.7.Ejusdem p. lege pag.311.
Pag.318.*lin 5.à fin. si quem errorem recognoscit.* pone non recognoscit.
*Ead.p.lin 9.à fin.regalia habent.*adde pag.325.
Pag.323 *lin 5. à fin.lib t* pro lib 1.
Pag.328.*lin 5. à fin.vide supra* adde (*L*) Si de Rege pag.310
Pag.363 *lin.3.vide supra* adde (*L*) non dispensabo Pet.
Pag.392.*lin.13 sup n.64.* leg.sup.p.321.
Pag.423.*lin.1 p.296* lege 418.

Pag

Pag. 5[illegible] *lin.* [illegible] [illegible] addе p.7[illegible].

Pag. [illegible] *lin.* 4 *a fin.* [illegible] propi[illegible]

Pag. [illegible] *lin.* 2 *intr.* c. 9 adde p. [illegible]

Pag. [illegible] *lin.* [illegible] *sup.* [illegible] pone cap. [illegible] p. [illegible]

Eadem pag. lin. 8 *a fin.* [illegible] [illegible]

adde [illegible]

Pag. 576. *lin.* 6. *sup.* [illegible] lege [illegible] cap [illegible]

Pag. 604. *lin.* 12 *supr* pone (vid. sup. p. [illegible]

paulo post &c.)